

PETER DER ZWEITE,

Graf von Savoyen, Markgraf in Italien,

sein Haus und seine Lande.



[illegible] THEIL.

URKUNDEN.

PETER DER ZWEITE,

GRAF VON SAVOYEN, MARKGRAF IN ITALIEN,

SEIN HAUS UND SEINE LANDE.

EIN CHARAKTERBILD DES DREIZEHNTEN JAHRHUNDERTS,

DIPLOMATISCH BEARBEITET

VON

L. WURSTEMBERGER.

VIERTER THEIL.



URKUNDEN.

BERN,
STÄMPFLISCHE VERLAGSHANDLUNG.
1858.

ZÜRICH,
FRIEDRICH SCHULTHESS.
1858.

Stämpflische Buchdruckerei (G. Hunerwadel.)

PROBATIONES HISTORIÆ

PETRI SECUNDI

COMITIS SABAUDIÆ, MARCHIONIS IN ITALIA.



1. Fundatio Abbatiæ Novaliciæ. **726. Januarii 30.**

III Kalendas Februarii anno V regnante theodorico rege, Indictione IX. fundata est Abbatia Nouelicis in pago segucinu cum consilio Walchini episcopi et „*cnm consensum pontefecum uel clerum nostrorum mauriennale et segucine civitatum*" per Abbonem.

Monumenta historiæ. patriæ. Chart. I. No. VIII. p. 15.

2. *Novalicia a Saracenis devastata.* **972. Aprilis 21.**

XI Kal. Maji, anno pontific. Johannis XIII Papæ Septimo. Imperii Ottonis XI°., ejusque æquinominati filii V°., Indict. XVª. Johannes XIII Papa concedit Cœnobio Bremensi, inter Padum et Ticinum, immunitates et privilegia, in gratiam translationis hunc in locum, monachorum cœnobii Novalitiensis, a Saracenis devastati.

Mon. hist. pat. Ch. I. No. CXXXVI. p. 228.

3. Mentio Humberti Comitis. **1015.**

Anno XXIII regnante Rodolpho Rege „*die vero regnante Rodolpho rege*" Eldegardis vidua Ayrberti Comitis dat pro anima viri sui et salute „*Rodolpho regis nostri*" bona que maritus sibi legarat apud Villam Satiniatis in pago Equestriaco et ad sepulturam mariti, ubi tumulari optat ipsa, mansum illum indominicatum in prædicta villa, quod in Cauliaco et Impelinaco habebat, etc. Testes, decem Comites quorum Septimus Humbertus Comes. *(Nulla illis prænomina possessoria nec gentilitia.)*

Zibaldone Pingoniano.

4. *Bertholdus Comes, firmat chartam Rodulphi Regis Burgundiæ.* **1016. Pimpeningis.**

In nomine etc. Rodolphus ... Rex. Notum volumus esse ... qualiter quidam ex fidelibus nostris, Amiso nomine venit ad nos postulans, ut sibi per prestariam concederemus quandam

terram S. Mauricii. Cui assensum prebentes... largimur prefato Amisoni et uxori ejus... mansos duos... in Comitatu Bargensi [1]), sive in valle Nugerolensi [2]),... laudante Burcardo Episcopo et loco Agaunensium Abbate, etc. etc. Et ut hoc a nobis factum esse videatur et a nemine etc. suis consimilibus ad firmandum dare jussimus. *Bertholdus Comes* firmavit. Cuono Comes et filii ejus firmaverunt. Seligerus f. Adalger f. Actum Pimpeningis [3]) in presentia quam plurimorum hoc videntium, die dominico, anno incarnationis domini nostri J. C. M.XVI anno regni Rodolfi regis quam pii XXVI. Ego Franco vice Pandolfi Cancellarii subscripsi.

Guichenon, Pr. p 3. e Cartul. S. Mauricii Agaun. Dom. Bouquet, XI. 546 Cod. dipl. Zeerlederianus. I. p 26.

5. *Mentio Beroldi de Saxonia.* **1020. Mense Julio.**

In loco de Tallueriis, Anno MXX in mense Julio. Beroldus de Saxonia, prorex arelatensis pro rege potent^mo^. Rudulpho, et a Augusta Majestate creatus vicarius-accipit in suum salvum guardagium et tutelam locum de Tallueriis in pago albauense. Actum in eo loco de Tallueriis, laudante dno meo Imperatore, et genito meo Karissimo Vberto. *Monogrammata Beroldi et Uberti, Aquila biceps.*

Mon. hist. pat. Ch. I. 431. (Quasi indubite, Charta adulterina).

6. *Humbertus Comes Maurianensis.*
1010, vel 1021, vel forsitan, 1091. Junii 14.

Actum Regnante Henrico Imp. VIII., XVIII Kal. iulii, luna III. „Ego Humbertus comes et Theobaldus Episcopus Maurianensis donamus" etc. canonicæ b. Johannis Baptistæ in episcopatu Maurianensi, et cet.

Docum. Sig. e mon di Sav. I. 95. (Disquisitionem circa annum, v. L. I. C. 4 Nota 3).

7. *Lanterbus, Episcopus Lingonensis, condonat Humberto Comiti, et Amedeo et Burcardo filiis ejus, Ambiliacum.*
Lingonis. 1022. April 8.

Anno MXXII. Indict. V. VI Idus Aprilis. Lanterbus, s. Lantbertus, Lingonens. Episcopus, deprecante Burcardo, Lugdun:

[1]) Inter Arolam fluvium, lacum Novocastrensem et Sanam fluvium.
[2]) Inter lacus Novocastrensem et Bienuensem.
[3]) Dubium num sit villa Pampigny in Waudo, seu Bümpliz Bernæ vicina.

Archiepiscopo *(Rodulphi Burgundiæ-Regis fratre)* condonat Amico suo Humberto comiti, filiisque ejus Amedeo et Burcardo Episcopo, potestatem S. Mameti, vulgo Ambiliacum, in territorio Genevensi sitam, cum omnibus dependentiis, decem modo mausis exceptis, quos sibi retinet Ermengardis Regina.

Inv. Prov. Gebenn. Fascic. 35. §. St. Mamet dit d'Ambily. No. 1. Doc. Sig. e mon. I. 97.

8. *Umbertus Comes.* **1024. Octob. 19.**

Die Lunis XIIII Kal. Novembris, regnante Rodulfo Rege anno XXXII. Indict. II. Concambium bonorum in valle Augustana inter Brocardum Episcopum Augustæ, et Katelmum quemdam, firmante, sigillumque suum apponente Umberto comite. (Indictiones anni 1024 fuerunt VII et VIII).

Documenti monete e sigilli appart. alla Storia della Mon. di Sav. di Cibrario e Promis. I 100.

9. *Abbatia de Talueriis fundata a Regina Ermengarde, consilio Umberti Comitis.*

Sine loco, anno nec die. Ante 1032. (1025?)

Ermengardis, Rodulphi Regis conjux, et ex permissione senioris sui dicti Rodulphi, consilioque Archiepiscoporum et Episcoporum, Leodegarii Viennensis et Emmonis Tarentasii, Frederici Genevensis et Pontii Valentini, et Comitis Umberti, et aliorum, fundat Ecclesiam abbatialem de Talueriis in pago Albanensi. Signum Umberti Comitis.

Guichen. Pr 3.

Adscribitur hæc charta anno 1025, *(Leo Menabrea, sur les Etudes hist. pag. 53)* Leodegario enim sedem Viennensem, non nisi novissimis annis regui Rodulphi regis ascendente.

10. *Umbertus Comes, sigillum apponit donationi Rodulphi Regis Burgundiæ.*

Sine dato: paulo ante annum 1032. (1029.)

Rodulphus Rex Burgundiæ, et Regina Ermengardis dant Monasterio Athanacensi villam que vocatur Lemensis, ibique monachos collocant, et prioratum fundant, consilio Leodegarii Archiepiscopi Viennensis. Signa Rodulphi Regis, Ermengardis Reginæ, Vmberti Comitis, Oddonis, Leodegarii Primatis, et aliorum.

Guich. Pr. 4.

11. Hubertus Comes, Advocatus Ermengardis reginæ Burgundiæ.

Sine anno, die et loco. Post annum 1032.

Ermengardis Regina, pro remedio animæ suæ *sive* senioris sui Rodulfi olim in Christo quiescentis, patris, matris, fratrum, et ceterorum propinquorum suorum, condonat ecclesiæ Cluniacensi duos mansos in pago Genevensi, in villis Filingiaco et Cimilatis, per advocatum suum comitem Hubertum.

Documenti sigilli e Monete de' Principi di Savoja. I. 102.

12. Umbertus Comes, Amedeus filius ejus.

Sine temporis indicatione, Sæculo XI.

Aymo Petræfortis tradit cœnobio Cluniacensi villam suam, dictam Mons Ermenoldi, in pago Gratianopolitano, in Comitatu Savogensi sitam. Signa Umberti comitis, Amedei filii ejus, Burcardi, Oddonis et aliorum.

Guichen. Pr. 5.

13. Umbertus P. Maurianensis, filius Beroldi de Saxonia, principans in valle Augustæ Salassorum. **1040.**

Convivium pro anniversario institutum in Ecclesia parrochiali b. Eusebii de Quarto in valle Augustana, anno MXL sedente in Cathedra B. Grati, felicis recordat. Arnulpho Episcopo, e: principante in valle nostra Augustæ salassorum, Umberto P. Maurianensi, filio illustris Beroldi de Saxonia, qui Umbertus eodem anno legavit Capitulo etc.

Guichen. Pr. 5. Charta, suspectæ autenticitatis.

14. Donatio Huberti Comitis, Ecclesiis Augustanis facta.

1040. ante 24 Septembris.

Anno ab Incarn. MXL. Indict. VIII. Donatio huberti comitis, Ecclesiis facta b. Johannis et S. Ursi in Civit. Augusta, bonorum in Avisiaco et in Valle digna in Comitatu Augustano sitorum. Signata, primo a huberto comite: Infra autem anni indicationem sequuntur signa Oddonis, Amedei comitis, Aymonis Sedun. Episcopi, Brochardi filii huberti comitis, et postremo, a prænominatis sepositum; „† Petrus Marchio, filius Oddonis Marchionis et commitissæ ataleldæ, laudans firmavi."

Mon. hist. pat. Ch. I. 530.

Arbitrantur editores Monumentorum, Signa ista, Humberti comitis, filiorum et nepolis ejus, et Aymonis Episcopi, qui rexit Ec-

clesiam Sedunensem annis 1049 et 1059, in hac charta anni 1040 coacervata, apposita fuisse diversis temporibus a viris supranominatis, et successive, in testimonium confirmationis illius donationis, ut quisquis eorum, potestate nacta, Vallem Augustanam adiisset.

15. *Humbertus Comes, Amadeus et Odo, filii sui.*
1042. Junii 10.

IIII Idus Junii, luna XVIII. Indict. X. Anno ab Incarnat. MXLII. Regnante Henrico Rege, Humbertus Comes et filii ejus Amedeus et Odo donationem faciunt Ecclesiæ ad Scalas in pago antiquitus vocato Lavaserone.

Guich. P. 7.

16. *Petrus Marchio, filius Oddonis Marchionis et Adheleidæ comitissæ.* **1064. Jul. 31. In prato Bonizonis etc.**

In prato S. Vincentii de Villa, dicto Cambiana iuxta rivum Tepex, in loco qui vocatur pratum Bonizonis,... Anno Incarn. MLXIV. pridie Kalend. Augusti, Indict. II. Sub papilione in judicio residet Dominus Petrus Marchio, filius quond. bonæ memoriæ Oddonis Marchionis, simul cum Domina Adheleida Comitissa matre sua. † Signum Domini Marchionis.

Guichenon, Pr. 22.

17. *Agnes Pictaviensis, relicta Petri Marchionis.*
1078. Octob. 26. In Monast. S. Mariæ Pinerolis.

Anno ab Incarn. D. MLXXVIII. VII Kalend. Novemb. Indict. II. Agnes. filia Guilielmi Pictaviensis Comitis et relicta olim nob. Marchionis Petri, professa ex natione sua lege vivere Salica, donationem facit dicto Monasterio b. Virginis in loco qui Pinarolis vocatur.

Guichenon, Pr. 23.

18. *Adalegida, relicta Oddonis Marchionis.*
1079. Julii 4, Taurini.

Die Jovis, quarto die mensis Julii.. anno Incarn. MLXXIX. Indict. II. — In monasterio SS. Solutoris, Adventoris et Octavii, constructo foris et prope civitatem Taurini, non multum longe de porta quæ dicitur secusina. Adalegida cometissa filia Maginfredi Marchionis, et relicta quond. Oddonis *idemque* Marchionis, in presentta domne agnetis cometissæ, filiæ Wilelmi comitis et relictæ quondum petri Marchionis, facit donationem predicto monasterio, in Calpice et Covacia, pro salute animarum, videl. Maginfredi, patris, Adalrici astensis episcopi,

patrui, Berthæ, matris, et Petri marchionis filii, prædictæ Comitissæ Adalegidæ.

Mon. hist. pat. Ch. 1. 660.

19. Adelegidæ Comitissæ donatio pro animabus Genitorum, filiorumque suorum. **1080. Martii 8.**

Anno ab incarn. MLXXXVIII die mensis Martii, Indict. III. (lege MLXXX. VIII die mensis Martii, Indict. III: Indictio enim 1088 fuit undecima) Adelegida Comitissa, filia Manfredi Marchionis, condonat Monasterio SS. Martyrum Solutoris, Adventoris et Octavii, pro animabus Manfredi Marchionis, Berthæ genitricis, Petri Marchionis et Amedei Comitis, defunctorum filiorum suorum, alteram medietatem bonorum suorum in Calpice et Capellam ibidem sitam.

Guichen. Pr. 21.

20. Donatio Adelegidæ comitissæ, relictæ Oddonis Marchionis. **1083. April 22. Taurini.**

Die Sabati, X Kalend. Magi, anno incarn. MLXXXIII. Indict. VI. In civitate Taurini, in palatio super portam secusinam, Donatio Adelegidæ Comitissæ, relictæ qnd. Oddonis Marchionis, et Agnetis, item Comitissæ filiæ qnd. Uuilielmi Comitis, et relictæ qnd. petri similiter Marchionis: condonant socrus et nurus Monialibus B. Mariæ Secusinæ et S. Laurentii Ulciensis ecclesias et decimas aliquot in Valle Secusina.

Mon hist. pat. Ch. 1. 664. Guich. Pr. 20.

21. Uberti, Amedei filii, viventis lege romana, donatio. **1094. Septemb. 14.**

Anno ab incarn. millesimo nonagelimo quarto, quarto decimo die mensis setembris. indict. secunda. Ego ubertus filius quondam *amedeo* qui *professo* sum ex nacione mea lege uiuere romana, etc. donationem facio Ecclesiæ S. Mariæ Eporediæ etc.

Autenticum in tabulario Episcopali Eporediano: illinc prelo evulgatum a D. Provana.

22. Huberti comitis, Amedei filii, ex natione viventis lege Romana, donatio. **1098. Novemb. 29.**

Anno ab inc. MXCVIII. III Kal. Decembris, Indict. VI. Vmbertus Comes, filius quondam Amedei, professus lege vi-

vere Romana „ex nacione mea," donationem facit Monasterio b. Mariæ Pinerolii, iuris sui in loco, Ferrevidas dicto etc.

Guichen. Pr. 27, omissis vocibus «ex nacione mea,» quarum additione ex autographo, correxit chartam istam, ill. Napione, in observationibus suis circa quosdam nummos Pedemontanos.

23. *Agnes, Petri filia.* **1110. Martii 13. Laterani.**

Tertio Idus Martii, Indict. III. Paschalis Papa confirmat donationem quam fecerat „Agnes siquidem Comitissa, Petri „Marchionis filia, quæ derelicto seculo Monasterii quietem „elegit," Abbatiæ Fructuariæ.

Guichen. P. 24.

24. **1125.**

Amedeus Comes de Savoia donat Amedeo Abbati Altecombe terram de alodio suo super ripam *loci* (*lacus*) de Castellione, que olim Charaya, nunc autem Alta cumba nuncupatur. M. C. XXV.

Guich. pr. 31.

25. **(1149.) Martii 30.**

III Kal. Aprilis. O. amedeus comes. (*Sine anni indicatione.*)

Anniversarium Monasterii Abundantiæ in tabullario aulico Taurin.

26. *Faidiva, sive Faldida, uxor Humberti III Comitis Maurianæ.* **1151. Januarii 3.**

Anno Incarn. MCLI. Indict. XIV. tertio nonas Januarii. Umbertus Comes, Amedei Comitis filius, donationem facit Deo, b. Mariæ et S. Laurentio Ulciensi, volente et hoc idem faciente uxore sua nomine Faidiva... Pro hoc dono dedit Præpositus Umberto Comiti et Faldidæ Comitissæ XII libras secusienses, etc.

Guichen Pr. 41,

27. *Humbertus, comes de Sabaudia.*
Sine ullo dato. Inter annos 1149 et 1160.

Aymo (*scil. Amedeus*) Episcopus Lausannensis. scribit Humberto venerabili „Comiti de Sabaudia," ut caveat Ecclessiæ S. Mauritii, ne lædatur a Domino Raynaldo quodam, qui illi ecclesiæ erat infensus.

Guichen. Pr. 38.

28. *Humbertus, Comes de Sabaudia.*

Int. annos 1149 et 1160. Sine dato.

Amedeus Lausann. Ecclesie minister humillimus, Humberto venerabili Comiti de Sabaudia, sal. Cum devoto servitio Rev. Comes pater vester, in suo recessu mihi tanquam intimo amico injunxit studiose, ut ad honorem dignitatis vestre et ad incolumitatem terre evigilarem; (admonet) illum ut defendat monasterium B. Mauritii contra læsiones cujusdam Domini Raynaldi, inimici dictæ domus.

Guichen. Pr. 38.

29. *Umbertus Maurianæ et Savoiæ Comes et Italiæ Marchio.* **1167. Augusti 17. ap. S. Ambrosium.**

Anno ab Incarn. MCLXVII, Indict. XV. Epacta XXVIII. feria V. luna XXVIII, et XVI Kal. Septembris, ap. S. Ambrosium. Umbertus Maurianæ et Savoiæ Comes et Italiæ Marchio litteras protectorias confert Ecclesiis Ulciensi et S. Mariæ Secusiæ, in præsentia Wilelmi, Maurianensis Episcopi.

Guichenon, Pr. 42.

30. *Umbertus Comes de Savoia et Marchio de Italia.*

1170. Decembris 5.

Anno MCLXX luna 22. Nonas decembris, regnante Imperatore Frederico. Umbertus Comes de Savoia et marchio de Italia, condonat Monasterio Abundantiæ quærimonias suas.

Guichen. Pr. 42.

31. *Pactum Henrici II, Angliæ Regis, cum Humberto III Maurianæ Comite, de matrimonio Johannis, filii Regis, cum Alaïde, filia Comitis.* **1173.**

Hoc est Cirographum inter Regem et Comitem Maurianæ de Matrimonio inter Joh. Filium Regis et A. Comitis filiam. Quum in dubium venit, quod a memoria recedit, repertum est in rei gestæ testimonium, perhennis rescripti remedium. Noverit igitur tam prior ætas quam futura posteritas, quod Humbertus Comes Mauriensis et Marchio Italiæ concedit totum Comitatum suum et omnes alias terras suas, quascunque habet vel deinceps adquisierit, Johanni, filio Henrici illustrissimi

Regis Angliæ cum Filia sua primogenita, Aalis nomine, si Filium ex uxore sua non habuerit. Si vero filium legitimum susceperit, concedit eis in perpetuum, et Heredibus eorum Russillum cum toto mandato suo, sive pertinentiis snis omnibus. Concedit similiter eis et heredibus eorum Perecastel cum omnibus pertinentiis suis, et præterea totum Comitatum Belicensem sicut enm habet, illis concedit. Donat etiam ei totam vallem Novalesiæ, Camberiacum quoque cum omnibus pertinentiis suis, Aiz, Asperum montem, Rochetam, Montem majorem, Cameram cum Burgo et toto mandato. Ista omnia cum omnibus pertinentiis suis eis incontinenti citra montes concedit in perpetuum. Ultra montes quoque illis et eorum heredibus donat et concedit in perpetuum, Tauriuum totum cum omnibus pertinentiis suis: Cavoroth, Colegium cum omnibus pertinentiis suis, et omnia feuda que tenent de ipso Comites de Canaveis et eorum servitia et fidelitates. In Comitatu quoque de Castroamunt similiter feuda fidelitates et servitia. In valle Augustensi concedit eis Castellionium in perpetuum, contra omnes homincs quos de illo tenet Vicecomes Augustæ. Hæc omnia præfatus Comes concedit prædicto filio Regis Angliæ in perpetuum cum filia sua prænominata ita libere integre et quiete in hominibus et Civitatibus Castris et aliis munitionibus, in pratis, pascuis et molendinis, in bosco et plano, in aquis et vallibus et montanis et paragiis et passagiis et in omnibus aliis rebus, sicut unquam Pater ejus, aut ipse ea melius tenuit omnia quæ subscripta snnt aut liberius. Vult etiam dictus Comes, quod incontinenti, aut quandocunque placuerit Domino Regi Angliæ, quod Filio ejus fiant et præstentur hominia et fidelitates ab omnibus hominibus suis per totam terram suam salva fidelitate sua quamdin terram tenebit. Præterea concedit eis et heredibus eorum in perpetuum quicquid juris habet, in toto Comitatu Graciopolitano et quicquid in eo adquirit vel adquirere poterit. Si autem filia sua primogenita supradicta in fata concesserit, quodcumque concessit primogenito illustrissimi Regis Angliæ filio, cum secunda Filia sua, eadem, sicut scriptum est, cuncta concedit. Hanc præscriptam conventionem tenendam inter Dominum Regem Angliæ et Comitem Maurianæ juraverunt ipse Comes Maurianæ, et Comes Gebennæ, Rodolfus Alamannus, Nantelmus de Muolano, Sefredus de Alavarno, Rodulfus de.... Aimo et Eimericus de Brienzion, Willelmus frater Comitis, Gozellinus de Morestello, Amedeus de Nangen, Odo de Voiron,

Berlio et Pontius de Fabricis, Lodoicus de Balma, Theobaldus de Vileta, Pontius et Wifredus de Cunslef, Guido de Teis, Amedeus de Tornun, Ysmido de Sancto Michaele, Odmarus Labra, Joscelinus et Ricardus de Cordum, Giroudus de Margenza: Berlio de Monte Falcone, Engwicio de Aviano, Berlio de Torenciis de Chambel, Sofredus Gamerii, Hugo de Alviler, Uboldus de Rumille, Lodoicus de Asma, Anselmus de Belento, Willelmus de Siduins. Sofredus et Petrus de S^to Genesio, Ungrinus de Fabricis, Willelmus de Bocozel, Angelmus de Castellano, Umbertus Reinerii, Will. de Porta, Will. Eruns, Gido de Candiaco, Petrus de Arresio, Arbertus Cornuz, Hugo de Chinis, Will. de Albusin, Henricus de Fulciniaco, Will. de Nangeon, Emericus Vicecomes de Briencon. Omnes isti prænominati juraverunt, quod Comes Mauricensis hanc conventionem firmiter servabit, et si ab ea aliquo modo resiliret, juraverunt, quod ad vocationem Domini Regis Angliæ vel nuncii ipsius, et etiam sine omni vocatione, si Comes resiliret, ex quo hoc scient, reddent se obsides Domino Regi in terra sua ubicunque voluerit, et tamdin in sua captione morabuntur, donec Comitem ad Regis beneplacitum revocaverint, vel cum ipso Rege, pro voluntate ipsius composnerint. Petrus quoque Tarentas. Archiepiscopus, et Arducio, Gebenn. et Willelmus Maurian. Episcopi, et Abbas S. Michaelis, coram positis Evangeliis, de mandato Comitis firmiter promiserunt quod ad beneplacitum Regis, et quando voluerit, personam Comitis excommunicabunt, et terram suam sub interdicto ponent, si Comes hanc pactionem inter eos factam, non servaverit. Idem facient de personis hominum Comitis et terris eorum, per quos stabit quod non servetur pactio inter Regem et Comitem facta; et tamdiu Comitem et eos, qui pacem servare noluerint, et terras eorum sub interdicto tenebunt, donec Domino Regi fuerit satisfactum. Dominus Rex hanc fecit conventionem et concessionem præscriptam cum Comite Mauriensi, et eam de mandato ipsius tenendam juraverunt Comes Will. de Mandeville, Will. Comes Arunniæ, Radul. de Faa, Will. de Curci, Will. de Humez, Fulco Panel, Rob. de Brivecurt, Will. Mangat, Theobaldus Chabot, Will. de Muntusum, Pet. de Muncasson, Ganfridus Forestarius. De cetero sciendum est, quod Comes suam secundam filiam nuptui tradere poterit, cui voluerit, sine nimio Comitatus detrimento, postquam primogenita filia ejus Filio Regis fuerit desponsata, vel per legitimam ætatem, vel per Romanæ Ecclesiæ dispensationem. Incontinenti vero mittet

Rex Comiti Mille Marcas Argenti, et quam cito filiam Comitis recipiat, ad minus habebit alias mille Marcas Argenti, et quidquid fuerit de MM marcis residuum, recipiet Comes quando matrimonium inter filium Regis et filiam Comitis fuerit contractum per legitimam ætatem vel Romanæ Ecclesiæ dispensationem. Si autem Dominus Rex, quod Deus avertat, ante in fata concesserit, vel extra terras suas profectus fuerit, neque ipse neque ipsi, qui de mandato suo juraverint, vel aliquam Comiti securitatem fecerint, tenebuntur de præscripta conventione, nisi Dominus Rex filius Regis. et sui. In terram Regis Angliæ venerunt ex parte Comitis Mauriensis, Marchio Montis Ferrati et Gaufridus de Plozac, et Berilo filius ejus, et Richardus Comitis Cancellarius et Berlo de Camboe et Petrus de Boret castellani, et Petrus de S. Genesio et Petrus de Taurino milites et Gaufridus de Aquabella et Rodulfus de Warei burgenses, qui juraverant tactis SS. evangeliis quod conventionem factam inter Regem et Comitem de filio Regis et filia Comitis, sicut legitime facta, scripta et intellecta sunt, facient comitem firmiter observare, et nisi eam observaverit, juraverunt quod ad vocationem domini Regis vel nuntii ipsius, et etiam sine omni vocatione, si comes resiliret a conventione, ex quo hoc pro certo scirent, se reddent obsides Regi in terra sua, et tamdin in captione sua morabuntur, donec comes ad beneplacitum Regis revoce*tur* vel cum dom. Rege pro voluntate sua com*ponant.* Juraverunt etiam prædicti nuncii quod comes filiam suam secundam non tradet nuptui, donec ejus filia primogenita filio Regis matrimonio sit copulata, vel per legitimam ætatem vel per Romanæ ecclesiæ dispensationem, nisi de consilio et voluntate domini Regis eam interim alii donaverit: juraverunt et illi, quod pecuniam quam recepit vel recipiet comes a domino Rege, si filia comitis vel filius Regis, quod absit, forte in fata concesserit, antequam matrimonium inter eos fuerit contractum, totam reddet Regi vel beneplacitum Regis inde faciet, vel cui Rex assignaverit, et prædicti juratores donec fuerit soluta, si voluerit Rex et quando voluerit, se reddent ei obsides in terra et potestate sua. Juraverunt similiter quod concessionem Umberti junioris facient, pro posse suo, habere filio Regis Russilon et Perecastel, et quicquid ei a comite concessum est in comitatu Belicensi. Si forte hoc Umbertus concedere noluerit, juraverunt quod comes dabit ei legitimum excambium ad arbitrium abbatis de Clusa, et Reginaldi archidiaconi Sarum,

vel aliorum legitimorum per Regem assignatorum, si illi præsentes esse non possent.

***Rymer**, Acta publica, T. I. P. I. pag* **11.** *Foedera etc. int. Reges Angliæ p.* **28.** *Roger Hoveden, ad ann.* **1173.**

Temporis, locique hujus conventionis indicatio desideratur in ipsa hac Charta. Legitur vero apud Rogerium Hoveden, historiographum Angliæ illius temporis: «A° gratiæ M. C. LXXIII° qui est annus XIX regni regis Henrici filii Matildis Imperatricis, idem Rex fuit die natalis Dom. ap. Chinon..... Et post natale misit Rex pater pro rege filio, et profecti sunt in Alverniam usque ad montem Ferratz, et illuc venit ad eos Hubertus Comes de Mauriana et adduxit secum filiam suam primogenitam Aalays, quam Rex pater comparavit pro V. millibus marcis arg. ad opus filii sui Johannis etc » Scribit etiam Matthæus Parisiensis, Historiographus Seculi XIII, pag. 127: «A°. Dom. M. C. LXXIII Rex Anglorum Henricus Johanni filio suo..... vix septennem filiam Huberti comitis de Moriana primogenitam, quam ex relicta Henrici ducis sustulerat, in sponsam accepit.»

32. **1188 v. 1189. Martii 4.**

Martii. IIII Non. O Humbertus can. nr. comes Sabaudie.

Obituarium coenobii b. Mariæ Habundantiæ. Sine anni indicatione.

33. Thomas I Comes Maurianensis, donat Monti Jovis nemus de Ferrea. **1189. Aprilis 1. Aquæbellæ.**

Thomas Comes Maurianensis et Marchio Italiæ, pro salute animæ Humberti patris sui, donat hospitali Montis Jovis nemus de Ferrea, et alia nemora montis cohærentia et domui necessaria, cum facultate viæ faciendæ ad deferenda inde ligna in domum hospitalis, et cum pascuis jumentorum onerariorum. Cum sigillis ipsius Thomæ Comitis, B. matris ejüs, Episcopi Maurianensis, et dilecti nostri Marchionis Montisferrati. Testes undecim nominati. Datum Aquæbellæ... Anno dominice, Incarn. millesimo centesimo octuagesimo nono, ad Kalendas Aprilis.

Mon. hist. pat. Ch. I. 950.

34. Henricus VI. Rom. Rex. in gratiam recipit Thomam, Sabaudiæ Comitem, illumque redintegrat in possessiones patri ejus Humberto Comiti a Friderico Imperatore ablatas, retinens ad manus Imperii Episcopatum seduuensem. **1189 Maji 7.**

In nomine Sancte et individue trinitatis. Henricus VI. divina favente clementia Romanorum rex semper augustus. De regalis celsitudinis equitate procedit, ut sacro fideles Imperio et devoti digna meritorum remuneratione donentur, et

rebelles seu contumaces condigna ultionis puniantur severitate. Notum igitur facimus vniuersis Imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris. Quod cum Humbertus quondam Sabaudie comes manifestus hostis Imperii propter suorum multitudinem excessuum et precipue quod allodia et bona Episcopo et Episcopio S. Johannis in Taurino ex antiqua fidelium donatione collata violenter abstulerat, et ad frequentem serenissimi patris nostri.... Friderici Romanorum Imperatoris semper Augusti exhortationem et nostram incorrigibilis et contumax existeret, tandem de plurimis et etiam peremtoriis citationibus, contumaciter absens, venire contempserit. Nos vniuersa allodia et feuda que ipse intra fines Romani Imperii possidebat, observato omnimode ordine iudiciario, et per iustam Principum Imperii sententiam et parium suorum abiudicavimus, et eum secundum iustitiam condemnatum perpetuo Imperii banno subiecimus, in qua condemnatione diem clausit extremum. Post cuiùs mortem, cum filius eius Thomas, ex multa maiestatis nostre miseratione, in gratiam Imperii et nostram rediret, ex ipsius consensu et bona voluntate et communicato Principum Imperii consilio, Sedunensem Episcopatum ad manum Imperii retinuimus specialiter, cuius Ecclesie Episcopi ante tempora illa de manu Comitum Sabaudie per aliquod tempus recipiebant regalia. Sub ergo hac forma Episcopatum illum Imperio specialiter retinuimus ut Ecclesia Sedunensis et eiusdem Ecclesie Episcopi ad coronam Imperii iure perpetuo pertineant, ac de manu Imperii regalia accipiant. ad cuius rei certiorem evidentiam Wilhelmum Episcopum, qui tempore illo Sedunensi Ecclesie presidebat, de regalibus investivimus, qui investituram regalium Sedunensis Episcopatus de manu nostra recepit, eamque omnes eius successores de manu Imperii sunt recepturi. Ad ampliorem quoque Sedunensis Ecclesie dignitatem et exaltationem, Imperiali simul et regali edicto statuimus, ut nullus de cetero Sedunensis Episcopus investituram regalium nonnisi de manu Imperii recipiat et a corona Imperii nunquam alienetur. Iura et libertatem Sedunensis Ecclesie manutenere et defensare satagentes, et alienata cupientes revocare, vuiuersa bona ipsius, tam mobilia quam immobilia, que nunc possidet, vel in posterum poterit legitime adipisci, sub nostram et Sacri Imperii protectionem suscepimus. Statuentes ut nulla persona secularis vel ecclesiastica hanc nostram constitutionem audeat violare, uel ei ausu temerario contraire. Quod si quis attemptare presumpserit, in sue temeritatis penam sexaginta

libras auri puri pro pena componat, medietatem fisco regali, reliquam partem passis iniuriam. Ut igitur hec in perpetuum rata permaneant et inconvulsa, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione iussimus communiri. Hujus rei testes sunt Bonifacius, Novariensis Episcopus. Walbertus Augustensis Episcopus. Rambertus Maurianensis Episcopus. Iohannes Imperialis Aule Cancellarius. Bonifacius Marchio Montisferrati. Albertus dux de Tecke. Willelmus comes de Masco. Albertus comes de Dasberg. Sibertus comes de Werde. Emingo Comes de Liningen. Ru lolfus de Rabrechtswilre et Frater ejus Henricus. Vlricus de Vrselingen Henricus Testa Marescallus. Homfridus de Walkenstin. Trudhardus. Wiselo de Berge et alii quam plures.

Signum Domini Henrici sexti Romanorum Regis invictissimi. Ego Joannes Imperialis Aule Cancellarius vice Cunradi Moguntinensis sedis Archiepiscopi et Germanie cancellarii recognovi. Acta sunt hec Anno incarnationis M°. C°. LXXX°. VIIII°. Indictione VII. Regnante Domino henrico sexto gloriosissimo Romanorum Rege et semper Augusto. Anno regni ejus XIX° Datum apud Basileam. Nonis Maji. feliciter. Amen.

Per vidimus d. d. 8 Jan. M. CCC. XXX. coram Aymone Episcopo Sedunensi et tribus Notariis publicis.

Gallia Christiana XII. Instrum. Col. 433. Coll. Diplom Halleriana Ms. XXI. 603, in Bibl. urbana Bern. adservata.

35. *Thomas I Comes Maurian, consentiente Bonifacio Marchione Montisferrati tutoris sui, donat S. Johanni Maurianensi.* **1189. Junii 12.**

Thomas, Dei gratia, Maurianensis Comes et Marchio Italiæ per manum dom. Lamberti, maurian. Episcopi, et consilio B. matris suæ et quamplurium baronum suorum, præsente tutore suo Bonifacio Marchione, et auctoritatem suam tutoris more præstante, donat Canonicis S. Johannis, pro anima patris sui, quicquid ipse pater suus possidebat in monte Berengier. Confirmat dictis canonicis, quicquid a tempore Umberti, abavi Thomæ, Comitis maurian. possident, apud S. Remigium, apud Cuinam, apud villarios super Cuinam, in vilario bernonis, et Incursia et apud S. Apertum. Sigilla apponunt, ipse Thomas Comes, B. mater sua, Bonifacius Marchio Montisferrati, tutor Comitis, et ex mandato ipsius, testes, barones, Gunfredus de Miolano, Aimericus de briannensis, Aimo de Camera, Pontius et Vuifredus conflens fratres. Actum anno ab

incarn. dom. nostri I. C. M. C. LXXXVIIII. pridie Idus Junii. Ego Marchionis Montisferrati filius tutor Thome subscribo et ex officio tutele dona confirmo.

Guich. pr. 44. Mon. hist. pat. Ch. I. 951.

36. *Thomas I Comes Maurianæ abolet malum abusum plebis in ecclesiam Augustanam, consulente Bonifacio Marchione Montisferrati, tutore.* **1191. Sine die.**

Thomas Comes maurianensis et marchio in Italia, vestigiis inhærens Amedei Comitis, avi sui, pro remedio animæ suæ et animarum prædecessorum suorum, et consilio Bouefacii marchionis Montisferrati, tutoris sui, concedit et remittit illam pessimam invasionem, quæ fieri solet in domo episcopi augustensis, migrantis ad dominum. Jubet, quod omne inventarium decedentis episcopi reservetur episcopo venturo, canonice electo. Remittit Episcopo August. tertiam partem omnium *talearum* et accidentium in Civitate Augustana et in subburgo S. Vrsi, et recipit sub. protectione sua ecclesiam August. domum Episcopi, et res canonicorum S. Mariæ et S. Vrsi sub comminatione poenæ C. librarum cameræ Comitis solvendarum per infractores præsentis mandati. Factum anno Incarn. dom. M. C. XC. I. præsente Lamberto Episcopo Maurian.

Mon. hist. pat Ch. I. 978.

1191. Sine die. Alia charta Thomæ Comitis Maurian. et marchionis in Italia, ejusdem tenoris, adiecta stipulatione, quâ redditur et restituitur Valperto Episcopo August. tertiam partem tallearum et accidentium quæ in futurum fieut in civitate et suburbio. Redduntur ultro, Ecclesiæ et Episcopo Augustensibus, quædam possessiones et bona in Valle augustana. Hæc omnia, cum consilio et voluntate Bonifacii Marchionis Montisferrati, tutoris Comitis, et baronum suorum, præsentibus, Lamberto maurianensi episcopo, et sedecim aliis testibus, magnopere nobilibus Vallis Augustanæ. Anno incarn. dominicæ M. C. XC. I.

Mon. hist. pat. Ch. I. 980.

37. **Sine anno: verisim. post annum 1191.**

Statuta et privilegia civitatis Augustæ, a Thoma Maurian. Comite et Marchione Italiæ dictæ civitati, nec non suburbiis concessa, visis calamitatibus, oppressionibus et injuriis dictæ civitati illatis: tradit illam libertati, consilio Episcopi Walberti et baronum suorum motus.

Mon. hist. pat. Leges I. 33. Docum. Sig. monete di Savoja II. 82. Invent. Ducat. August. Fasc. I. No. 16.

Corroboratæ sunt hæc immunitates Augustæ civitatis et suburbiorum, a Thoma II, prædicti Thomæ I filio, tutore Bonifacii comitis, verbotenus, Anno MCCLIII Indict. XI. et IX. Kal. Sept.

38. *Wilermus Comes Gebennensium et Valdensium.* **1192.**

Approbatæ principum consuetudinis est, suis largitionibus Ecclesiarum possessiones ampliare, potestateque a Deo sibi tradita a raptorum incursibus easdem viriliter defensare. Eapropter ego, Wilermus, Gebennensium *et Valdensium Comes,* notitiam tam presentium quam sequentium transmitto, me ad exemplar bonæ memorie Prædecessoris mei Aymonis Comitis Gebennensis, ob remedium animarum Antecessorum meorum et meæ, Deo et b. Mariæ Talveriensis Monasterii servitoribus, per manum Raymundi prioris, duas partes decimarum correatæ meæ in Anneciaco et duas decimarum vineæ, et decimam prati mei, et quatuor domos cum ipsis casalibus, in eodem Anneciaco sitis et pastum omnium porcorum Talveriensium monachorum in silua mea, quæ vocatur Chevennieu, et totum servitium et exactionem quam habebam in prædicti loci capellano, et totum dominium, quod habebam, sicut comes et bonus Advocatus in Ecclesiis, quæ sitæ sunt in Anneciaco novo et veteri perpetua donatione confirmasse, et sigilli mei auctoritate roborasse. Hujus donationis et confirmationis, apud Anneciacum vetus factæ, testes sunt Magister Fulco, Joannes de Mayetes, Turumbertus de Lucingio, Willermo de Insula et multi alii. Processu vero temporis hanc donationem et confirmationem sic factam Humbertus filius meus, bona fide laudavit et confirmavit unde testes sunt, Raymundus prior Talveriensis, Joannes de Mayetes, Turumbertus de Lucingio et multi alii. Facta est antem hujus concessionis et confirmationis carta anno IncarnationisDominicæ MCLXXXXII. Indict. X Epacta IV. Concurrente III. Celestino summo pontifice, Henrico Romano Imperatore.

Guichen. Biblioth. Sebusiana, Cent. I. No. LXVIII.

39. *Thomas Comes Sabaudiæ investit Abbatem de Alcrest de terra sita prope Chillon.*

1195. Mense Augusto. ap. S. Mauritium.

A°. dom. incarn. MCXCV. mense Augusti. Ego Thomas Comes Sabaudie inuestiui henricum abbatem de Alcrest et

conuentum ejusdem domus de illa terra, que uocatur grandis campus iuxta castrum Guilonis ita tamen ut in ea uineam faciant et ex uino illo duas partes habeant et nos tertiam partem habeamus in tinis sicut consuetum est expresso. reliquum autem quod dec appellatur domni concedimus et ne aliquo etc. impressione sigilli nostri roboramus. Actum est hoc apud S. Mauritium. Testes sunt, Mag. Albertus. Aimo de Turre. Jacobus de porta S. Vrsi. Guigo de Teis. Villebertus de Aiuiano. Petrus de Saissel. Guifredus marescalcus. Mauricius notarius.

Monum. hist. pat. Chart. I. p. 1027.

40. *Cessio Castri Curnillionis, Thomæ Comiti Maurianæ facta per Abbatem S. Ragneberti.*

1196. Novembris 30. Camberiaci.

Ap. Camberium in templo, A. D. M. C. LXXXX. VI. in festo S. Andreæ, Cœlestino PP. præsidente, Henrico Romæ fel. imperante, D. Raymundo Archiep. Lugdun. existente. Cessio Castri Curnillionis, facta per Reynerium Abbatem S. Ragneberti, Thomæ, Comiti Maurian. et Sabaudiæ, et Marchioni Italiæ, multis reservatis sibi juribus et fidelitatibus. Thomas vero jurat Abbati fidelitatem de castro, et quod bona fide defenderet Abbatiam, et res ipsius. Juraverunt cum Comite viginti milites ejus: et Episcopi Gratianopolitanus et Maurianensis præsentes, promittunt, Comitem, et terras ejus, in illorum Episcopatibus sitas, interdicere, si ab istis conventionibus resiliret, donec abbati satisfaciat.

Guich. Pr. 45.

41. *Libertates civitatis Secusiæ, juratæ a Thoma Comite et a Nichola uxore ejus, filia comitis gebennensium.*

1198. Febr. 25 Ap. Secusiam in mon. S. Justi.

Anno Incarn. dom. millesimo centesimo nonagesimo VII Indict. decimaquinta post mortem Henrici Imperatoris, V Kalend. marcii. Pactum Thomæ Comitis et Marchionis cum civitate Secusia, de libertatibns et immunitatibus nee non legibus istius Civitatis, iamprius obtentis ab Amedeo Comite et Marchione, et juratis ante Episc. Maurian. Henricum. Factum et juratum in manus Ubondi, Abbatis S. Justi Secusiæ, a Thoma Comite et Marchione, et ab uxore ejus Nichola, filia comitis gebenuarum, et ab eorum consiliariis et baronibus, etc.

Mon. hist. pat. Leges munic. I. 5. Circa datum, v. L I. Cap. 7. Nota 4.

42. **1200. Martii 5.**

Thomas Comes Sabaud. et Amedeus ejus filius, dant Abbati Sancti Marci jurisdictionem Condomiarum.

Zibaldone Pingoniano, cum nota in margine: Nota quod hic Amedeus non erat nisi quinque annis.

43. *Concessiones Philippi Romanorum Regis, Thomæ Comiti Sabaudiæ factæ.* **1207. Junii 1. Basileæ.**

In nomine sancte et individue Trinitatis. Philippus secundus diuina fauente clementia Romanorum Rex, et semper Augustus. Regalis excellentie immensa benignitas, preclara fidelium suorum perpendere consuevit obsequia, eisque pro benemeritis munificentie sue beneficia liberalius impertiri. Quapropter ad uniuersorum Imperii fidelium tam presentium quam futurorum notitiam volumus peruenire, quod accedens ad presentiam nostram Karissimus consanguinens noster Thomas Comes Sabaudie, apud Basileam, sub frequentia Principum et multorum Imperii fidelium, feudum suum, quod per successionem a suis progenitoribus ad ipsum devolutum erat, de manu nostra recepit, nosque eum juxta priscam Imperii consuetudinem, de universis bonis illis, prout Principum et Curie nostre dictavit sententia, per tria vexilla investivimus. preterea ut plenius liquere sincerum affectum nostrum faciamus, quem citra eundem consanguineum nostrum habemus, et quo incessanter ad ipsius utilitatis et honoris augmentum, intenti esse cupimus, de gratia Regie liberalitatis feudo suo, quod prius ab Imperio tenuit, addimus sibi, concedimus et confirmamus Villam de Kario nec non villam de Testona cum omnibus appenditiis et tenementis earum, et cum omni iure et integritate, quemadmodum ad Imperium spectare dignoscuntur, ut ipse Comes et sui heredes easdem possessiones ab Imperio et a nobis nostrisque successoribus jure feudi teneant et recognoscant. Sciendum quoque est quod memoratus consanguineus noster Comes Sabaudie, castrum Melduni a nobis recepit in feudo, et nos fideliter promisimus, in ipso castro et in omnibus pertinentiis ejus, eum manutenere et contra omnes homines defensare. Statuimus igitur et regio edicto firmiter precipimus, ut nulli vnquam persone alte vel humili, ecclesiastice sive seculari, licitum sit sepefatum consanguineum nostrum in hac nostra donatione et concessione molestare aut ei aliquo improbitatis ausu contraire, quod qui facere ausus fuerit, in vindictam transgressionis centum libras auri puri componat,

quarum medietas camere nostre, reliquum passis iniuriam persolvatur. Ad cuius rei certam imposterum notitiam, hanc ducalem paginam exinde conscribi jussimus, et Majestatis nostre bulla insigniri. Testes hi sunt. Amedeus Bisuntinus Archiepiscopus. Conradus Spiren. Episcopus. Henricus Argentinensis Luitoldus Basiliensis Episcopi. Comes Stephanus. Willelmus Viennensis et Matisconensis Comes. Galcherus de Salinis, Ricardus Comes Montis beligardi. Comes Fridericus de Ferreto. Comes Sibertus de Vuerda. Comes Fridericus de Tolre. Comes Rodolphus de Hauspurc. Comes Fridericus de Liningen. Conradus et Walcherus de Horburc. Fridericus de Schouwinberc. Henricus de Scharpfinbaum. et alii quam plures.

Signum Domini Philippi secundi Romanorum Regis invictissimi.

Acta sunt anno Dominice Incarnationis millesimo. CC° VII° indictione decima. Regnante Domino Philippo secundo, Romanorum Rege glorioso. Anno Regni ejus decimo. Datum apud Basileam, Kalendis Junii.

Guichen. Pr. 48. Lünig, Reichsarch. pars spec. Cont. II. Sect. III. T. VI. pag. 3.

44. *Bellum Thomæ Comitis Mauriennæ cum Bertoldo Duce Zæringiæ.*

1211 Octobris 18. 1212. Januarii 1 et 13.

Fragmenta Chartularii Lausannensis, in Bibliotheca publica Bernensi adservati, ad hoc bellum spectantia.

Fol. VIII^{vo}. Rogerius suscepit episcopatum Lausannensem post Landricum. (1174).... et multas substentavit guerras. pro libertate ecclesie, et fecit castrum de Lucens quod tamen per guerram fuit combustum, et refecit turrem de ripa quam Thomas comes Sabaudie diruerat, et acquisivit multas possessiones, sicut in Kartulario meo continetur, et tenuit episcopatum per XXXVII annos. *(Edit. Lans. p. 45.)*

Fol. XXV^{to}.... Nemus quod dicitur truncus erat desertum et pascebaut ibi animalia. per guerram ducis Bertoldi et Th. comitis de Sabaudia crevit nemus, et supradicti inhibuerunt ne alii preter eos irent in snpradictum nemus. Fol. XCV. Anno incarnationis dominice M°. CC°. XI°. decimo quinto Kalendas Novembris pacificati sunt dux Bertoldus et comes maurianus Thomas iuxta cenobium de Alcrest. *(Edit. Laus. p. 111.)*

Fol. XCVI[to]. Anno incarnationis dominice MCC. undecimo dominica infra octavam Epiphanie luna secunda Rogerius Episcopus lausann. resignavit episcopatum in capitulo lausannensi in manu abbatis de Alcrest et prioris sancti Marii, etc. etc. Eodem anno in octava Epiphanie feria sexta electus fuit Bertoldus de Novo Castro thesaurarius in episcopatum lausannensem unanimo consensu tocius capituli lausannensis. *(Ed. Laus. p. 424, 425.)*

Fol. CIX°. Fecit (Rogerius Episcopus) etiam turrem in ripa sub Lausannam. quam dominus landricus episcopus decessor suus fecerat ante. Set Thomas comes maurianensis eam diruit per guerram. *(Ed. Laus. p. 502.)*

45. **1212. Mense Martio.**

Thomas Comes confirmat Abbati Monasterii S. Justi Secusiensis quicquid illi concesserant Comites Amedeus et Humbertus, avus et pater Thomæ Comitis: ratificat et laudat hanc confirmationem Amedeus, filius Thomæ Comitis.

Zibaldone Pingoniano.

46. Donatio Thomæ I Comitis Maur. domui Carthusiæ, præsente Amedeo primogenito ejus.

1217. Aprilis 2. Tarentasiæ.

Anno Incarn. MCC. XVII. Indict. V. secundo die mensis Aprilis. In Tarentasia, in viridario Tarentasiensis Ecclesiæ. Thomas Com. Maurian. et in Italia Marchio, donat domui Carthusiensi, IV libras fortium annuatim in pedagio S. Regniberti, etc. Huic donationi interfuit Amedeus primogenitus filius dicti Comitis, qui hanc donationem concessit et laudavit, etc.

Guich. Pr 52.

47. Cessio Thomæ I Comitis Maur. S. Mauricio facta, Amedeo et Humberto filiis suis præsentibus.

1217. Novembris 8. Agauni.

Anno Incarn. MCCXVII. VI Idus Novembris. Cedit Thomas Maurianensis Comes et Marchio, consentientibus filiis suis Ameheo et Humberto, S. Mauritio et fratribus ibidem Deo servientibus, quidquid iuris habebat in hospitali S. Jacobi apud S. Mauritium. Aymo, Abbas Agaunensis.

Guichen. Pr. 52. Doc. Sig. Mon. 118.

48. *Pactum Matrimonii inter Hartmannum, Ulrici, Comitis Kyburgensis filium, et Margaritam, Thomæ Comitis Sabaudiæ filiam.* **1218. Jun. 1.**

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo octavo, Kalend. Junii apud Meldunum, Dominus Thomas Comes Savoje, in presentia multorum nobilium dedit filiam suam Margaritam Comiti Artemanno, filio Comitis Vldrici de Kibor, quam ipse Artemannus in sua bona fide recepit. Et quia ipsa infra nubiles annos erat, iurauit ipse Comes Artemannus, quod cum ipsa ad nubiles annos perveniret, desponsaret eam et duceret in vxorem, nec eam pro meliori aut deteriori dimitteret, et quod ipse non fecerit nec faciet vnde matrimonium inter eos possit impediri, et quod ipse eam sic custodiri faciet, quod nec ab ipso nec ab alio ante desponsationem cognosceretur, et si forte quod absit, ipse Artemannus in infirmitatem incideret et previderet mortem suam ante desponsationem, ordinaret pro posse suo qualiter sine corruptione vel alio impedimento ipsa apud Castrum de Chillon dicto Comiti de Savoja vel ejus heredi redderetur. Comes autem Sabaudie promisit dare ipsi Comiti Artemanno in dotem pro filia sua Mille Marcas argenti quas debet reddere in proximo festo Omnium Sanctorum, et alias mille Marcas a presenti festo Pentecostes ad vnum annum, et hec duo millia marcarum argenti debet reddere in manu Domini Bertholdi Comitis de Novo Castro et Domini Wullielmi Destavaye. Et ipse Comes Artemannus donavit pro melioramento Margarite vxori sue duo millia marcarum argenti que ipsa debet habere super Friburgum, quod est in Episcopatu Lausanne, uel super fideiussores posset recuperare ea que de conuentionibus tenentur. Et si ipsa haberet heredem a Comite Artemanno, et ipse ipsam morte preveniret, ipsa posset remanere Domina cum herede secundum bonos vsus terre. Comes vero Vldricus pater donauit filio suo Artemanno extra partem filiorum suorum pro melioramento Castrum doutedenges cum militibus et appendimento et hisguestort cum appendimento et curiam de murisenges et de tiecebac cum appendimento et castrum de ripolcens cum appendimento, et omnes illi qui sunt de melioramento debent facere fidelitatem dicte Margarite cum ad tempus nuptiarum pervenerit. Et Comes Vldricus pacto promisit Comiti Savoje quod Fribors esset in partem Comitis Artemanni. Si uero, quod absit, ipse Comes Artemannus ante nuptias uel

post, ipsam Margaritam dimitteret, incurreret penam duarum millium marcarum argenti, et eas peteret et haberet Comes Savoje super castrum de oleicis et super Outedenges, et idem Comes Savoje si dicte conventiones ei non intenderentur, potest eas requirere per ecclesiasticam et secularem potestatem. Has omnes conuentiones iurauit attendere ipse Comes Artemannus et cum ipso et pro ipso pater ejus Vldricus Comes de Kibor et Comes Garnerius frater ejus, *(scil. Hartmanni)*, et Comitissa uxor Comitis de Kibor laudauit et fideiussit in manu Bertoldi, Comitis de Castro nouo, se hec omnia obseruaturam. Item iurauerunt pro Comite Artemanno, Comes Bertoldus de Nouo Castro. Arnoldus de Rotenbor, Vldricus de Gronenbor, Vldricus de Balma. Auguiloz Danxola. Artemannus de Boteucoue. Borcardus de Bauis. Gotefridus senescalcus de Kibor. Comes Albertus Daubespor. Comes Ro. de Tiertaiz. et omnes isti debent stare obsides Lausanne uel apud Meldon donec conuentiones attendantur. De conuencionibus Comitis Savoje et pro ipso Comite iurauerunt eius filii Amedeus et Vmbertus. Comes Bertoldus de Nouo Castro, Vmbertus de Bozosel. Nantelmus de Miolan. Amedeus de Vileta, Petrus de Saissel. Berlio de Chandion. Guido de Gerbais. Aimo de Pontvero. Amedeus de Saisson. Petrus de Damaisius. Ro. de Conteiz. Guifredus Marescalcus. videlicet stare obsides in Uillam nouam donec attendantur. Ricardus de Camera promisit in sua fide.

Autenticum, in tabulariis aulicis Taurinensibus, sub Inventario Matrimoniorum principum Sabaud. Fasc. I. Ch. I. Apographum ap. Guichen. Prob. 62, sed mendosum. Cod. dipl. Zeerleder. I. 189—191.

49. *Beatrix, filia Thomæ I comitis Sabaudiæ, desponsata Raimundo Comiti Provinciæ.*

1219. Junii 5. ap Draonerias (Dronero).

Anno Dom. M. CC. XVIIII. nonas Junii. ap. draonerias. Thomas, D. G. comes Sabaldie et marchio in ytalia, promittit Episcopis B. et L. Antipolitano et Diensi recipientibus nomine Raimundi Berengarii, D. G. Comitis Provinciæ et Forcalquerii, MM marcharum argenti fini, ratione dotis dandæ dicto comiti cum filia sua, per terminos infrascriptos, etc. Jurant observationem hujus promissionis A. et V. filii Thomæ comitis, et A. cometissa uxor ejus: et promittitur ultro, comitem Thomam ostagium facturum in Lombardia, si conventioni dictæ non

satisfaceret; vel, si a transitu in Italiam impediretur, loco suo ostagium facereut filii ejus A. et W.

Docum. Sig. et Mon. II. 120.

50. *Tractatus Thomæ I Sabaudiæ Comitis cum Episcopo Lausannensi, ad castrum Melduni spectans.*

1219. Julii 3. Buric.

Anno Incarn. M°. CC°. decimo nouo, V Non. Julii apud Buric (?) Conciliatio Thomæ Sab. Comitis cum Bertoldo, Episcopo Lausannensi, circa iura cujusque illorum in castro burgoque Melduni. Spondet Comes, se recogniturum in feudo tenere ab Episcopo, quæcumque tenuerant antea in feudo ab illo, Comites Gebennesii: promittit homagium et fidelitatem Episcopo et ut custodietur Castrum nomine Ecclesiæ Lausann.: pollicetur Comes Episcopo solutionem centum librarum Lausann. qui e contra renunciat pro se successoribusque suis exactioni placiti vel mutagii. Promittit ultro Episcopus justitiam faciendam Domino de Volteus, et quod in gratiam acceperit Dominum de Blonay. Accedunt plures aliæ concessiones et conditiones, ab utraque parte alteræ concessæ. Præsens fuit Landricus Episcopus Sedunensis.

Inv. Duc. Sab. Fasc. I. Convol. apogr. N°. 4. Charta N°. 9 et 11. Stor. della Mon. di Sav I. 261-262.

51. **1219. Julii 4.**

Concordia T. Comitis Sabaudiæ cum Aymone Abbate Agaunensi de juribus utriusque in valle Bagnes, consentientibus Amedeo et Humberto, filiis Comitis, præsente Laudrico Episcopo, Sedunensi.

Mon hist. pat Ch. I. pag. 1258 Haller Coll. dipl. ms XXV. 555 Bibl. Bern. Zibaldone

52. **1220. s. die.**

Amedeus Episcopus Maurianensis condonat Canonicis b. Johannis Maurianensis ius quod ipse habebat in decimis, a Petro de Turre prius datis dictis Canonicis.

Zibaldone.

53. *Donatio hospitali Montis Cenisii facta a Thoma comite Maur. Margarita uxore ejus, Amedeo et Vmberto filiis eorum.* **1221. Decemb. 27. Styli vulgaris.**

In nomine SS. Trinitatis, Anno Dom. Millesimo CC. Vicesimo primo, Indict. VIIII. VI Kal. Januarii, die videl. S. Johannis Evangeliste, presentibus infrascriptis testibus, Dom.

Thomas comes Maurienn. et in Italia Marchio, et domina Margarita comitissa et vxor ejus, filiique eorum Amedeus et Vmbertus, pro remedio animarum suarum et antecessorum suorum, donant hospitali Montis Cenisii et Præposito illius, Capellam dictam Comitis, cum omnibus redditibus juribusque ad eam spectantibus, a palo Bonissonis inferius versus Italiam. Apposuerunt sigilla Comes, Comitissa et ambo filii, de quibus extant rudera, scil. de Sigillo Comitissæ apparet species fœminæ equestris cum falcone; de perigraphe legi potest: Sig. Com.... de Sab. De alio sigillo extat scutum triangulare, cum Aquila explicata, cuius vero perigraphe penitus deleta, exceptis litteris SABA. Quarti Sigilli, equestris, perigraphe omnino est clapsa.

Invent. Abbatiarum citra et ultra Montes, § Montis Cenisii, Fasc. I. N°. 17. Guich. Pr. 53.

54. *Concambium inter Thomam comitem Sabaudiæ et Aymonem de Ponte vitreo.*

1222. Januar. 9. (1221 St. Incarn.)

Concambium Thomæ Comitis Sabaudiæ cum Aymone Domino Pontis vitrei, qui resignat in gratiam Comitis, quicquid habuit in castro, mandamento et dependentiis Sallionis (in Vallesia) a laeu Lemano usque ad montem Jovis, et in toto Episcopatu Sedunensi; e contra antem accepit a dicto Comite, quicquid iste possederat in Mandamentis Pontis Vitrei, Uginæ et Castellaris.

Inventar. Comit. Gebenn. Fasc. IV. §. Vgine, N°. 1.

55. *Novissimum vestigium vitæ Humberti, filii Thomæ Comitis.*

1222. Jan. 12. (forsan Anno vulg. 1223 adscribenda Charta.)

Anno MCCXXII. II Id. Januarii. Aymo Grangia, ex delegatione Humberti filii Thomæ Comitis, ab eodemque Humberto recoguitus arbiter inter priorem Burgeti et Willelmum de Monte Jay, militem, filium Amadei de Chambariaco, dat sententiam pro Willelmo.

Zibaldone.

56. *Petrus Dux Britanniæ Comes Richemontis.*

1223. Ex mera coniectura Campolionis.

Sine anno nec Loco. Petrus, Dux Britanniæ in epistola ad Henricum III Angliæ regem, circa liberationem G. de Luci,

militis captivi, titulo utitur. Petrus, Dux Britannie, Comes Richemontis.

E collectione dicta: Lettres des Rois et Reines d'Angleterre et de France p. Champollion. I. 29, Ex Archiv. Turris Londin.

57. 1224.

Pactum Thomæ Comitis Maurianæ cum fratribus Stephano et Bernardo dou Vilar, de lite inter eos vertente circa locos Fisternam et S. Raginbertum.

Inv. Chablais. Fasc. III. §. Festerne N⁰. 3.

58. Concordia Thomæ I Comitis cum Landrico Episcopo Sedunensi. 1224. s. die nec loco.

Concordia Thomæ com. Sabaud. et Landrici Episcopi Sedun. hisce conditionibus. Cogantur versa vice Malefactores stare in judiciis; nulla pars bona alterius sine ejus consensu, acquirat. Dabit Comes, in augmentum feudorum, castrum Morgex Episcopo, qui spondet solvi Comiti in omni sedis mutatione, placitum XV librarum, quod, unâ cum placito regalium, solveretur XC. libris. Ecclesiæ sedun. manus servitio Comitis adstringatur à Monte Jovis usque ad aquam frigidam: si vero offenderetur Chillon castrum, succurrere tenetur Episcopus illud omnibus cum viribus suis. Futuræ discordiæ non armis, sed judicio quatuor arbitrorum dirimantur. Jurarunt observationem huius pacti, Episcopus et Capitulum Sedunense, plures cives et probi homines civitatis et Diœcesis sedunensis; et ex parte Comitis, ipse Thomas Comes, Amedeus primogenitus illius, Comitissa, uxor Thomæ, eorum quatuor filii clerici, videl. Willelmus, Thomas, Petrus et Bonifacius; Aymo Dominus Fuciniaci, Vmbertus de Viletta, et plures alii. Juratum est in manus Arluini, Archiepiscopi Tarentasiæ, qui promittit submittere interdicto terras, pacta supradicta lædentium.

Inv. Trattati col. Vallese, Fasc. I. N⁰. 4 et pag. 1. codicis. Cibrario Mon. di Sav. I. 275. Zibaldone Pingoniano.

59. 1225. Febr. 6. Avillianæ.

A. D. M. CC. XXV. Indict. XIII. VIII Idus Februarii. Avillianæ, ante Ecclesiam S. Mariæ. Thomas Com. Maurianensis, et in Italia Marchio, confirmat Præposito Ulciensi Ecclesiam S. Mariæ Avillianæ.

59. a. 1225. Aquæbellæ.

A. D. MCCXXV. ap. Aquambellam. Thomas Comes Sabaudiæ et in Italia Marchio, confirmat Domui de Abundantia omnes possessiones suas in territoriis de Festerna, Alingio et Monteis.

Guich. Pr. 53 et 54.

60. *Willelmus I Comes Gebennensis, Aymo, Dominus Falciniaci, Cono Præpositus Lausannensis.*

1225. Maji 10. Tonon

MCCXXV. VI Id. Maii, ap. Tonon in platea sub arboribus. Conventio Wilhelmi Comitis Gebennesii et Aymonis Domini Falciniaci, litigantium, compromittendi discordiam inter illos vertentem in Probationes et arbitros, inter quos recensetur et Cono, præpositus Lausannensis.

Inv. Gebennensii, Fasc. I. N°. 4.

61. *Foedus Thomæ I Comitis Sabaudiæ cum civitatibus Genuæ et Astæ contra Alexandriam et Vercellas.*

1225. Mense Junio. Astæ.

Foedus Thomæ Comitis Sabaudiæ cum civitatibus Januæ et Astæ contra civitates Alexandriam et Vercellas: spondet comes; se conducturum confœderatis suis CLXXX Kataphractos in auxilium, quorum stipendia solverentur a Januensibus, et qui, ab ipso comite conducti, militentur duos menses. Legati Januensium fuerunt, Porcus de Porcis, et Willelmus Pinavizius.

Cibrario Monarch. di Savoja I. 281.

62. *Venditio Advocatiæ Lausannensis, a Comitibus Kyburgi facta Aymoni domino Fuciniaci.* **1225.**

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Comites de Chiburhc Wernherus et H. vendiderunt domino Haymoni de Fuciniaco advocatiam Lausannensem et omnia que pertinent ad eamdem, quam habuerunt iure hereditario a domino Duce Bertoldo avunculo eorum, et promiserunt eidem Aimoni garentiam et defensionem per omnia pro posse eorum et in omni Curia, et inde habuerunt tercentum marchas argenti, et eorum Consiliarii triginta marchas. Ad hoc fuerunt testes vocati et presentes, Giraldus et Henricus et Petrus fratres de Granciuno, Cono de Staviolo, Ulricus di Wippens, Cono de Pratis, Wilhelmus de Gressie. Ut autem quod actum est, ratum et firmum in perpetuum habeatur predicti Comites presentem cartam sigillorum suorum munimine fecerunt roborari. Actum est hoc inter duas aquas*) ante pontem de Oltudenges. Actum anno ab incarnacione domini. MCCXXV.

Gingins, Rectorat de Bourgogne, p. 207. ex Archivo aulico Taurinensi.

---

*) Arola et Sana, confluentes.

63. Cessio advocatiæ Lausannensis, facta Willelmo de Ecublens, Episcopo Lausannensi, per Aymonem dominum Fucigniaci. **1226 Junii 19. Lo Biert iuxta Preverenges.**

Recuperavit etiam dictus dominus W. episcopus a domino Bertoldo de Novocastro monetam Novicastri, quam Vldricus auus suus acquisierat a Rogerio episcopo lausann. etc. Recuperauit etiam ab Aymone domino de Funcinie advocatiam lausann. cum pertinenciis, qui eam emerat a comitibus de Kybor, Warnerio et Armanno. qui eam dicebaut ad se iure hereditario pertinere, quia filii erant sororis Bertoldi ducis Taringie, cuius pater eam emerat ab Ottone et W. dominis de Garestei qui eam habebaut in feodum a Landrico lausann. episcopo contra cuius prohibitionem dictus dux eam emit. Dedit etiam dictus W. episcopus supradicto Aymoni de Funcinie pro sepedicta aduocatia CCC. XX marcas argenti et remisit ei dictus episcopus et capitulum dampna que intulerat ecclesie lausannensi pro dicta aduocatia vltra ualentia M. marcarum.
Chartular. Lausannense, in Bibliotheca Bernensi. Fol. VIII. Ed. Laus. p. 47. 48.

Discordia que uertebatur inter Wulelmum episcopum Lausann. et Haimonem dominum de Fucinie super atuocatia Lausann. quam idem Haimo dicebat se emisse a Comitibus de Ciborc. Taliter fuit pacificata quod remissis ex vtraque parte omnibus perditis et expensis et inimiciciis. Dominus de Fucinie guerpivit et dedit dicto episcopo et ecclesie Lausann. quicquid iuris uel calumpnie habebat in dicta atuocacia et episcopus et ecclesia lausann. dedit ei CCC. XXX. marcas argenti. Actum in nemore vltra preuerenges iusta lo biert anno incarnationis dominice M°. CC°. XX vj. XIII Kalendas iulij. testes cono prepositus: Wulelmus thesaurarius cono de fonz. Nicolaus de Chauornai. Jacobus de grallie. Johannes de Cossonai. Rodulfus de Wulfleus. Girardus de Burgo, canonici lausann. abbas de Alcrest et monacus suus. hugo prior paterniacensis. hugo prior de lustric burcardus de fruenci. monachus, poncius de cicun canonicus S[t]. Stephani Bisuntii. paris de templo, li beaus clers de bisuncio, petrus sacerdos de sancto germano, henricus de fruenci clericus. prior Sci. Surpicij. petrus dominus sancti martini et Richardus et Wulelmus nepos ejus. Wulelmus de estavajel et Wulelmus nepos eius. Vldricus de Wippens. Rodolfus de Rota. Renaldus de Botens. Gerricus et petrus frater eius et Jacobus de Albona. Girardus et Wulelmus et Stephanus de Gumuens. Wulelmus et Vm-

bertus de Wulfleus. Nicolaus dapifer. Vmbertus uillicus. petrus albus. Wulelmus beuer. Rodolfus turumbertus. petrus dapiferi. dalmacius de lausanna. petrus de evonant. Wulelmus de orseius. petrus de rubea. aqua. umbertus de capella. Wulelmus de Willens. Wulelmus de crissie. Jacobus de pullie. ugo de vileta. Remundus de pentala. W. et W. et Reinnundus descubleius. petrus de Sancto germano. Stephanus girardus petrus fratres. Wulelmus bretuns de chesaus. milites. petrus girardi. Girardus. Mastins. dalmacius bovers. P. frianz. P. desriaz. Warnerus de panteraia. bovo. franconis. Jacobus tiemari. Jacobus runginel. oldricus albrici. burcardus valiers. Gigo. burgenses lausanne. petrus de Willens. vmbertus de estavaiel. interfuit etiam dominus haimo episcopus gebennensis. Nantelmus de Miolaus. Rodulfus de Camera. et Wulelmus de graissie frater ejus. Rodolfus de toiri. Rodolfus de lucingio. et W. de Chemvis frater eius. petrus de Saisel. Jacobus de Duin. vmbertus de vileta. yeblo de granzon. Girardus de Sarrata. yeblo de monz. et henricus filius eius. Wulelmus et nicolaus et Stephanus fratres de monz. petrus de voseirie. W. dasneres. W. de boggo. cono et Stephanus de cossonai. Nicolaus de deiges. Rodolfus de S° georio. milites. Ugo de Somon. Rifiers de S° Georio. Bartolomeus delacomposta et alii multi. Jurauit eciam dominus de fucinje in manu episcopi gebennensis quod ipse redderet episcopo lausannensi litteras quas habebat a comite de Kiburc de dono et emptione aduocacie et si essent forte perdite ipse faceret suas in quibus contineretur illas si aliquando contingeret illas inuenjrj, eas nichil ualere. Iurauit eciam quod de dono et guerpina que faciebat ecclesie lausannensi de aduocacia redderet episcopo lausannensi cartam sigillo suo sigillatam et jta redijt ad fidelitatem ecclesie lausannensis.

1226. Junii 21. Lausanne.

Die dominica sequenti dictus episcopus convocatis in ecclesia beate marie Lausann. clero et populo de assensu omnium excumunicavit et omnes Sacerdotes qui presentes erant cum eo candelis accensis omnes illos qui forsan aliquando ausu temerario dictam aduocatiam separent a mensa episcopali infeodatione uel uenditione uel donatione uel impignoratione uel quolibet alio modo alienationis et omnes illos qui ad hoc consilium uel assensum preberent.

Cart. Laus. fol. CXII. Ed. Laus. p 523. 525. Mon. hist. pat. Ch. I. col. 1292.

64. Thomas Comes Sabaudiæ vicarius Imperatoris in Lombardia. **1226. Novembris 8. Albinga.**

Thomas Comes Sabaudiæ, Vicarius in Lombardia Domini Frederici per Dei gratiam Rom. Imperatoris et Regis Siciliæ et Suriæ, concedit, nomine dicti Imperatoris et tanquam Vicarius ejnsdem, jurisdictionem ordinariam et merum Imperium in tota Civitate Massilia, et in Communi dictæ Civitatis, sub stipulationibus in hoc instrumento expressis. Actum in Civitate Albinga *(Albdiga, ap. Guich.)* anno Nativitatis Domini M. CC. XXVI. Indictione XIV. die octava mensis Novembris.

Guich. Pr. 54.

65. Thomas et Petrus de Sabaudia Canonici Lausannenses. **1226. Novembris. 24. Lausannæ.**

A incarn. M. CC. XXVI. in vigilia B. Katherinæ, actum in Capitulo Lausann. Pronunciat dictum Capitulum interdictum et excommunicationem in omnes raptores et damnificatores bonorum suorum, qni restitutionem vel satisfactionem negaverint, Testes, Wulelmus Episcopus, Cono, Præpositus, et viginti duo Canonici, quorum decimus nonus, Thomas de Sabaudia, et vigesimus secundus Petrus de Sabaudia.

Chartul. Laus. Ms. fol. CXIII⁰. Ed. Laus. p. 533.

65. a. Thomas et Petrus de Sabaudiæ Canonici Lausannenses. **1226. Novembris 28. Lausannæ.**

A. Incarn. M. CC. VXVI. die tercia postfestum S. Katherinæ. Act. in Capitulo. Ratihabitio a capitulo, venditionis. casalis petri filii hermefre, hominis ligii dicti capituli, factæ petro de Salvion. Testes W. Episcopus, Cono Præpositus, et iidem viginti duo Canonici prioris Chartæ (65) inter quos Thomas de Sabaudia decimus nonus et Petrus de Sabaudia, vigesimus secundus.

Chart. Laus. F. LXXXIII. N. Ed. Laus. p. 360.

65. b. Thomas Comes Sabaudiæ, uxor et quator filii ejus, fidejussores Willelmi Comitis Gebennensium. **1227. Maji 2. (VI Nonas Maji).**

Guillelmus Comes Gebennesii, soluit plures Ecclesias de querela Petri Portarii de Rumilliaco, et dedit Comes tutelam filiorum Petri Amedeo de Jais et Jacobo de Curnana, Castellano Montismeliani: et dedit eorum matrem Maltidam de Lulio, in vxorem eidem Castellano; qui fidelitatem fecit Comiti Gebenn.

salua fidelitate Thomæ, Comiti Sabaudiæ debita, et habent de bonis pupillorum CCC Marchas argenti. Dat fideiussores Thomam comitem Sabaudiæ et vxorem ejus, Willelmum Electum Valentin. Petrum Præpositum Augustæ, Thomam, Præpositum Valentin. et Bonifacium, filios comitis Sabaudiæ: et Rodolfum de Greisiaco, Willelmum de Cuyno, Albertum de Compeys, et alios. Guillelmus comes dat fidejussores, dominam A (*Alasiam*) vxorem suam, Rodolphum filium suum, Falconem de Monte S. Martini, etc.

E «Zibaldone Pingoniano,» verbotenus deprompta.

66. **1227. Maji 5.**

Dom. Amadeus filius et Vicarius domini Thomasii Comitis Sabaudie, vicarii et legati domini Fr. Romanorum serenissimi Imperatoris per totam Italiam et per marcham de Tregusio, et specialiter Saone et Albingane.

Monarch di Savoja I. 283. ex Arch. Camerali, Invent. Titoli e scritture per feudi, Fasc. P. M.

67. M. Comitissa, uxor Thomæ Comitis, et filii sui, Thomas, Amedeus, et Aymo. **1227. Mense Decemb. Scalis, in castro.**

Anno gratiæ M. CC. XXVII, mense Decembre, sedente in vrbe Gregorio Papa, regnante Friderico Rom. Imp. M. Comitissa Maurian. vxor Thomæ Comitis Maurianensis et Marchionis Italiæ, donat vnum Mausum Domui Carthusiæ. Laudant donationem, Thomas, Com. Maurianæ, et „filii mei“ (*loquitur Comitissa*) Amedeus et Aymo: et sigillis roborant, Thomas, Com. Maurianæ, et Marchio Italiæ, et M. Comitissa Maurianæ; et Nos, Amedeus et Aymo, fratres, Dom. Thomæ Comitis et Dominæ M. Comitissæ filii.

Guich. Pr. 56.

68. Margaretha filia Amedei primogeniti Thomæ Comitis, desponsata Bonifacio Marchioni Montis ferrati.

1228. Januar. 18. Avillianæ.

A. D. M. CC. XXVIII. XV. Kal. Februarii, Indict. I. Thomas Comes Maurianæ, donationem facit Bonifacio, Marchioni Montisferrati, feudorum aliquot in Valle Mutti, in Colegio et in Planitie, nomine dotis Margarethæ, futuræ uxoris Bonifacii, et filiæ Amedei de Sabaudia, primogeniti Thomæ Comitis.

Invent. Matrimonior. Princip. Sabaud. Fasc. II. Matrim. Margar. et Bonif. N°. 1. Datta, Pr. d'Acaja II, 4.

69. **1228. Junii 17. ap. Bellicum.**

Thomas Comes, electus judex, dat testimonium pro Willelmo de Gratapallia, circa feudum de Clariaco. Sigillum comitis, cum perigrapho: Sig. Thome Comitis Maurianensis et Marchionis Italie. Act. Bellici, XV Kal. Julii. A. D. MCCXXVIII.

Zibaldone Pingon.

70. **1228. Julii 13. ap. Perosam.**

Fœdus Andreæ Guigonis Dalphini Vienn. et Albonensis, cum civitatibus Taurini, Pinerolis et Testonæ, contra Fridericum Imperatorem et Thomam Comitem Sabaudiæ. Dalphinus fit burgensis dictarum trium civitatum.

Mon. di Sav. I. 293. ex Archiv. urbano Taur.

71. *Mors Willelmi Episcopi Lausannensis, et vacantia sedis.* **1229. Martii 23. et Aprilis 1—8.**

A°. incarn. M. CC. XXVIII. X Kal. Aprilis obiit Willermus Lausann. episcopus, ora noctis fere tercia, et tenuit episcopatum annis VIII. circa sex edomadas mjnus, etc.

Nouerint vniuersi quod nos C. Prepositus et capitulum Lausann. administrationem in spiritualibus et temporalibus ecclesie lausann. que ad nos sede vacante spectare dinoscitur. nobili viro domino P., Preposito Gebennensi, filio comitis Sabaudie gerendam conmisimus donec de pastore nostre ecclesie sit provisum. uel donec conmissionem huiusmodi nobis placeat revocare. data anno domini M°. CC°. XX°. nono. die veneris ante dominicam de ramis palmarum.

Chart. Laus. Fol. CXVI. Ed. Laus. 557.

Post eum *(scil. Willelmum Ep.)* fuit nec nouum nec quaquam mirabile vota plurium in duo separari, orta in Capitulo discordia. duo fuerunt electi et duravit contentio per duos annos, etc.

Chart. Laus. fol VIII. Ed. Laus. p. 49.

72. *Petrus de Sabaudia, præpositus Augustæ, procurator ecclesiæ Lausannensis.* **1229. Sine die.**

„P. prepositus gebennensis filius comitis Sabaudie, procurator lausannensis ecclesie uacante sede, omnibus etc.“ testatur, nicholaum dapiferum lausannensem, donasse sacristiæ dictæ ecclesiæ jura sua in quadam vinea, etc.

Mon. hist. pat. Ch. I. 1308.

73. *Pax inter Comitem Gebennensem et dominum Fuciniaci.*
1229. Martii 24. Rost, sup. Castellarium Malporte.

A. D. M. CC. XXVIII. die octavo exeunte Martio, apud locum qui dicitur rost, supra castellarium quod vocatur malporte. (Styli Paschal.) Pax inter Willelmum Comit. Gebenn. et Aymonem Dom. Fuciniaci. Aymo cedit Comiti jura sua in Castro Fuciniaci, ac sese agnoscit hominem ligium illius.

Invent. Gebennesii, Fasc. 1. N°. 4.

74. *Beatrix Comitissa.* **1230. Apr. 8.**

Anno Domini MCCXXX. sexto idus aprilis fuit hic tumulata illustris ac reuerendissima domina et piissime recordationis parens comitum hinc ac inde dormientium. Sabaudie comitissa. Requiescat in pace.

Annivers. Altecumbense, in Chronico hujus monasterii, ap. Mon. hist. pat. Scriptt. I. 673. Desideratur in contextu nomen comitissæ: forsan lapsus calami scriptoris.

75. *Donatio Hartmanni Senioris Comitis de Kyburg. Margarethæ de Sabaudia facta propter nuptias.*
1230. Sine mense nec die.

Quoniam cum frequenti lapsu temporum memoria simul labitur hominum. ne a posteris calumniari possint facta subscripta. memorie pagine presentis sunt commendata. Nouerint igitur uniuersi tam presentes quam posteri. quod H. comes de Kiburch cum consensu fratris sui Ul. Constantiensis canonici et H. filii fratris sui beate memorie Wer. quondam comitis de Kiburch, donum propter nuptias uxori sue filie comitis Sabaudie apud Bochisfluo sicut ius et consuetudo expostolat contulit. res subscriptas usque ad terminum uite iam dicte comitisse libere et quiete ab ea possidendas, et post mortem ipsius ad heredes predicti comitis deuoluendas, sunt antem hec nomina locorum in quibus res iste date propter nuptias site sunt et hij termini. Castrum Windegge et ibidem thelonium. aduocatia Shennis et omnia qne iure proprietatis ad eundem comitem pertinent. a cliuo qui Gastirn dicitur usque. ad extremitates montium qui Andimin et Kirchinze nuncupautur. Addidit quoque his sepedictus comes Wixinanch. Keminatun. et Rossiberc. Omnia que predicta sunt cum omnibus appeuditiis. hominibus nobilibus et ignobilibus seruis et ancillis predicte comitisse sunt donata, et in his omnibus antequam hec facta fuisset donatio. Ul. predictus frater comitis et H. filius fratris sui pie memorie in presentia multorum iuri suo renuntiaverunt. Verba quoque ad hanc donationem propter

nuptias pertinentia dominus D. de Steinegge docuit. et isti nobiles in his testimonium perhibent ueritali. L. dominus de Regiusperc. et L. eiusdem filius. Vl. de Clingen. A. de Warte. G. de Kemitun. Vl. de Wezzincon. Wal et H. fratres de Huniwilere. B. de Esschilincon. D. de Bluminstein. H. de Togiwilere. R. et A. fratàes de Winterberc. H. de Humilincon. Constet insuper uniuersis presentem paginam inspecturis. quod. H. comes sepedictus cum argento quod pro dote nuptiali receperat villam Veltheim cum iure patronatus ecclesie seruis et ancillis et Agchirn cum omnibus appenditiis conparauit. et uenditores rerum istarum ut ad manus nobilis uiri L. domini de Regiusperc in his iuri suo renuntiarent petiit qui recepto omni iure proprietatis plenum ius quod receperat. sepedicte comitisse contulit, et eam in earundem rerum possessionem misit. In eodem vero loco quo hec facta sunt. Vl. iam dictus Constantiensis canonicus et H. filius fratris sui Wer. quondam comitis. iurati promiserunt, ut iam dictam comitissam post mortem mariti ipsius H. sepedicti comitis manutenerent fideliter ac defenderent et res predictas libere et quiete eam possidere permitterent. Sub hac etiam forma iuramenti quidam de ministerialibus comitis antedicti et F. notarius ipsius. et quidam de ciuibus de Winterture, et serui de Argowia fidelitatem et debitum seruitium predicte comitisse firmiter promiserunt. Sunt autem hec nomina ministerialium. G. dapifer. et D. pincerna. G. de Ozzingen. H. he Wurminhusin. C. et Wal. P. H. fratres de Slatte R. et H. fratres de Adelincon. C. et J. fratres de Winterture. B. et Vl. fratres ipsius. Nomina civium. A. Scultetus. C. et R. fratres sui. C. Liubeherze. H. et Her. fratres Scornin. R. filius Volmari. Vol. Gluria. R. et C. fratres Bletan. B. Her. R. fratres filii compatris. W. teloniator. C. Cherlinch. Serui et ministri de Argowia. B. de Lon. Vl. de Badin. Vl. et C. de Hedingen. C. de Slatte: H. pictor. Vl. de Ilnowe. Vl. de Hiltschilche. H. de Hohtorf. R. de Seon. Wer. minister et Wer. filius suus. Ad conseruationem autem huius rei et robur in posterum ualiturum. C. uenerabilis Constantiensis episcopus et uenerandi Augie maioris et sancti Galli abbates. et ipse H. comes sepedictus presentem paginam sigillorum suorum munimine roborari iusserunt. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini. M. CC. XXX. in locis supradictis et ad tale factum idoneis.

Deperditum est Sigillum Hartmanni Comitis: extant sigilla, taliter circumscripta, talique ordine pendentia: † Hienricus Dei gratia Avgiensis Abbas. † S. Chunradi Dei gratia Abbatis Sci Galli. † Cunradus Dei Gra Constantiensis Eps.

76. *Donatio Thomæ Comitis, facta Domui Altæcumbæ, et ratihabita a Comitissa M. et a septem filiis ejus.*

1231. Febr. 26. Petræ Castelli.

„In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Nouerint „vniuersi preseutes et futuri. Quod Ego M. Comitissa Sabaudie „et marchisa in Ytalia, Et nos Amedeus. Aymo. W. electus „Valentinus. Thomas. Petrus. Bonifacius et Philippus, filii Thome „Comitis Sab. et Marchionis in ytalia," etc. ratas habebunt donationes dicti Comitis, quas facturus est Domui de Altacumba, „que fuerint sicut continebitur in Carta dicti Comitis." etc. Actum est hoc anno Dom. M°. CC°. XXXI°. Quarto Kal. Marcii. ap. Petram. Castelli.

E codice membranaceo, inscripto : Transsumptum seu Vidimus donationum etc. factarum Religioni de Altacumba, p. 59.

78. *Bonifacius, Episcopus Lausannensis.* **1231. Martii 11.**

Anno Dom. incarn. millesimo ducentesimo trigesimo, V. idus Marcii. Dom. gregorius papa dedit ecclesie lausann. in Episcopum dom. Bonefacium Scolasticum Coloniensem etc. misit autem capitulum aput coloniam etc. et duos alios canonicos, qui eum. adduxerunt in civitatem lausann. anno ab incarnatione Domini M°. CC°. XXX°. primo. (st. incarn.)

Chartul. Laus. Fol. VIII^{vo} ed Laus. p. 49.

78. *Concambium bonorum inter Thomam Comitem et fratres de Sallion.* **1232. Jan. 15. (1231. St. Incarn.)**

Concambium inter Thomam Comitem Sabaudiæ ex una, et fratres Petrum et Jacobum de Sallion ex altera parte. Cedit Comes dictis fratribus omnia quæ possederat in loco Aillo *(Aquila, Aigle)* cum jurisdictione et redditibus, reservatis quibusdam rebus illic enumeratis: et recipit e contra a dictis fratribus, castrum de Sallion cum appendentiis in utraque parte Rhodani fluvii. Act., XVIII Kal. Februarii, a Dom. MCCXXX primo.

Inv. Chablasii, Fasc. 1. §. Allio, N°. 1.

79. *Concambium Thomæ Comitis cum Guigone de Saillon, bonorum in saillon, Aureo Monte et S. Tryphone.*

Sine dato: ante 1233; ex conject. 1232. Januar. 15.

Concambium inter Thomam Comitem Sabaudiæ et Marchionem in Italia, ex una, et Guigonem de Saillon, qui cedit Comiti quidquid possidebat prope seille et recepit a Comite quidquid iste possidebat in Aureo Monte *(Ormont)* et domum

suam de Sancto Tryphone, et ruinam Bosonis, et manoperam de Ollous, et plures homines.

Inv. Waudi, Fasc. I. Convol. Membran. II. N⁰ 4.

80. *Donatio Thomæ Comitis Abbatiæ Altæcumbæ facta, laudantibus M. uxore sua et septem filiis suis.*

1232. Martii 3. apud Petram Castelli.

Anno M. CC. XXXII. Indict. V. V°. Nonas Martii Thoma Comes Sabaud. condonat Abbatiæ Alltæcumbæ locos Meyrieus Clarafon, Frisine et alios. Laudant donationem M. Comitissa Sabaudiæ, Amadeus, Aymo, Willelmus Electus Valentinus, Thomas, Petrus, Bonifacius, Philippus, filii Thomæ Comitis.

Transsumptum et Vidimus donatt. factar. Religioni de Altacumba, Cod. Membran. in Arch. Ant. Zibald. Pingoniano in cuius margine legitur : nota quod erat Beatrix de Gebennis et vide M.

81. *Thomas Comes, confert villæ suæ de Chamberiaco privilegia et libertates.*

1232. Martii 4. Chamberiaci, ap. templum.

Anno millesimo, ducentesimo trigesimo secundo, Indicione quinta, quarto nonas Marcii. Thomas Comes Maurienne et in Ythalia marchio confect suæ villæ Chamberiaci Chartam Statutorum, privilegiorun, et libertatum, quâ uti debent habitatores ipsius villæ et agri infra terminos constitutos. Iurant ista statuta, ipse Comes, filii ejus, Amedeus, et Petrus Præpositus Augustensis, Berlio de Chamberiaco, Nantelmus de Mediolano *(Miolano)* et Vmbertus de Seyssello. Sigillis suis corroboraverunt Chartam istam, Thomas Comes, domina Comitissa vxor sua, filii ejus supradicti et Guillielmus Valentin. electus, Archiepiscopi Viennensis et Tarantasiensis, Episcopus Bellicensis. Sedecim testes, quorum primus Willielmus Electus Valentin. Comitis filius.

Docum. Sig. Mon. de' Princ. di Sav. II. 126. Promis, Sig. p. 96. Confirmata sunt hæc Statuta, per Amedeum V Comitem Sab. XV Kal. Sept. 1285.

82. *Venditio burgi Chamberiaci, Thomæ comiti facta a Berlione de Chamberiaco.*

1232. Mart. 15. Camberiaci et ap. Petram Castelli.

Anno Dom. M. CC. XXXII°. Idib. Martii, Indict. V. Berlio de Chamberiaco vendit burgum Chamberiaci, cum omni iure, quod possederat illic, et infra limites descriptos, cum hominibus terris, censibus, dominiis, Vicecomitatu, Vicedominatu, venditis,

domibus, bannis, Leldis, justiclis, talliis, aquis et earum decursibus, viis publicis et privatis, Thomæ Comiti Sab. pro XXXII millibus solid. fort. Secusinis. reservando sibi, leldam lignorum, pedagium de Camberiaco, et aliquot alia iura in charta venditionis enumerata. Investit Comes Berlionem de feudo Montisfortis, pro illo et heredibus suis. Laudant emtionem et infeodationem, Comitissa Sabàudiæ, et Amedeus, Willelmus Electus Valentin. Petrus, augustens. Præpositus, Thomas, Bonifacius et Aymo, filii prædicti Comitis. Actum, Chamberiaci, in foro Stephani *(et inferius)*: actum ap. petra castrum. Pendebant, *(tempore Pingonii)* Sigilla, Comitissæ, equo insidentis, cum perigraphe: SIGILL.... COMITISSE SABAVDIE VXORIS CHARISSIME... Comitis Thomæ, Willelmi et Berlionis. In limine chartæ, extat et ratihabitio Willelmi filii Berlionis, prædictæ venditioni adscripta.

Inv. Prov. Sabaud. Fasc. II. §. Chambery N⁰. 1. Ping. Chron. fol. 273. Zibald. Pingon. inter. Chartas Thomæ I

83. *Confirmatio emtionis Chamberiaci per uxorem et duos filios Thomæ Comitis.* **1232, s. die nec loco.**

Beatrix vxor Comitis Thomæ, Amedeus primogenitus et Aymo, filii ejus, confirmant emtionem Camberiacensis burgi, a Thoma Comite factam, per contractum specialem. Testes: Aymo de Chamberiaco, Martinus de Foresti, Guido de Fabricis, Amicus Prior de Voglens. Sigillum Comitissæ, species elegans Comitissæ equo insidentis, falconem in pugno ducentis, clarissime circumscriptum: † SIGIL. BEATRICIS COMITISSE SABAVDIE.

Pingon. Chron. Fol 263-274.

83. a. *Litteræ Henrici III Regis Angliæ, comiti Sabaudiæ, Thomæ I, circa jacturas, quas filius ejus in Anglia sustinuerat.* **1232. Aprilis 20. Westmonasterii.**

Rex nobili viro et amico in Christo Karissimo comiti Sabaudiæ. salutem. Referentibus nobis priore et monachis S. Trinitatis Cantuariensis, quibus quasdam litteras transmisistis, intelleximus quod vehementer moti et perturbati eratis, super quibusdam dampnis et injuriis, illatis in regno nostro filio vestro super redditibus suis ibidem optentis. Ad quod, in primis, vestram cupimus scire dilectionem, quod grave nobis admodum est et molestum, si quæ dampna sustinuit in regno nostro, super aliquibus reddituum suorum memoratus filius vester, quum teste eo quem non latent abscondita cordium, volumus et præcepimus quod homines, res et redditus ipsius filii vestri,

per totum posse nostrum tuti consistant et defensi, sicut nostra dominica. Et hoc satis declarabit operum subsequentium effectus, quum, in quibuscunque poterunt procuratores ipsius filii vestri coram nobis declarare quod aliquas jacturas vel dampna sustinuerit, hæc ita digne faciemus emendari, ablata plene restituendo, et illis, qui hujusmodi scelus, in dedecus nostrum audebant, tam gravem poenam infligendo, quod et vobis et ipsi filio vestro multipliciter satisfiet in hac parte. Nec est necesse, nec expedit, si placet, quod memorati procuratores exeant terram nostram, sicut fieri mandastis; quoniam, quam cito, quibusdam minis stolidis perterriti, nobis id significassent, eos et res filii vestri in partibus Kantiæ, in quibus tunc agebant, in plena fecimus pace consistere, nec aliquis eos postea molestavit, vel molestabit: immo tuti et securi stabunt in terra nostra, sicut aliqui ex nostris, quos cariores habemus. Serenitatem igitur vestram attentius exorandam duximus quatinus, si quam indignationem erga nos, vel nostrum regnum, val aliquem de nostris, occasione supradicta concepistis, eam remittere velitis; indubitanter scituri quod offensam vestram, ut amici nostri specialis et dilecti, cupimus et volumus modis omnibus devitare, et ea desideranter facere quæ debeant amicitiæ vestra complacere. Teste meipso, apud Westmonasterium, XX. die Aprilis, anno regni nostri XVI°.

Rymer I. 1. 110. Foedera I. 203.

84. *Confirmatio Statutorum Secusie, per Amedeum, Comitem Sabaudiæ.* **1233. Martii 7. Secusie in Capit. S. Justi.**

Anno dom. M°. CC°. XXX°. tertio, indict. VI., septimo mensis Martii. Amedeus comes Sabaudie et in Italia Marchio, filius quondam Dom. Thome comitis. Confirmat Statuta, a patre suo concessa degentibus in territorio secusiæ, scil. a ponte albarici usqne ad palum Bonizzonis, et jurat earum observationem, una cum domino Alberto de Turre, Amedeo de Ginule et castellanis, Domino David, Auillianæ, et Petro, Secusiæ. Acta fuerunt hec Secusiæ in capitulo S. Justi.

Mon. hist. pat. Leges I. 9.

85. *Pacificatio Aymonis de Sabaudia cum Episcopo Sedunensi.* **1233. Maji 18. iuxta Morgiam.**

Anno Dom. M. CC. XXXIII. XV Kal. Junii. Concordia inter Landricum Episcopum Sedun. et Aymonem de Sabaudia, mediante Willelmo Electo Valentin: dirimitur discordia oborta

ratione Castri Montishordei, ab Aymone super terra Ecclesiæ Sedunensis muniti. Cedit Episcopus Aymoni dictum castrum sub conditione diruendi fortalitii. Accipiat Aymo deincept regalia, et habeat feudum de Chillon. Castra vero de Seya et Chamossa, et pontem de la Racina servet in pace Ecclesia Sedun. Permaneant in vigore conventiones anteriores inter dictam ecclesiam et comites Sabaudiæ: remittantur ab invice damna facta per totum tempus guerræ, nominatim, damna ab Aymone illata hominibus de Chamossa. Promittit Aymo, se ecclesiam Sedun. defensurum in judicio et in guerra, in possessione fructuum huius pacis: fit deinceps bona pax sub poena XX libr. Mauris. reddituum annuorum contra infractorem, arbitrio Jacobi de Grillier. Aymo faciet approbare conventionem a fratribus suis. Juraverunt illam, ipse Episcopus, Aymo, Petrus de Sabaudia Præpositus Augustanus, Vicedominus et Major Sedun. Petrus de Turre, Amedeus de Raronia Major de Aragnon, Castellanus de Martignie, Castellani de Chillon et de Saillon. Sigilla Episcopi, Capituli, Electi Valentini, et Aymonis, (Leo erectus, gradiens).

Inv. Tractat. cum Valleria, Fasc. II. N⁰. 1. Ping. Chr. f. 278. Cibr. II. 5.

85. a. *Notitia de pace inter Aymonem de Sabaudia Thomæ Comitis filium, et Landricum Episcopum Sedunensem.*

1233. Maji 18. Apud Morgiam.

Landricus egit antistitem XXIX annis continuis, absque interruptione. Hoc apperte testantur instrumenta Valleriæ quibus ita constat. Quod bene deffinitum est testimonio instrumenti irrefragabili. Notum sit igitur omnibus in Xto renatis. quod Ego Willermus de Morgia vice Aimonis Cancellarii hanc cartam scripsi anno ab incarnatione Domini M. CC. VII philippo regnante Landrico fideliter episcopante. Postmodum successive a prædicto anno M. CC. VII. instrumenta Valleriæ testantur, Landricum præfuisse Episcopatui Anno M. CC. IX, MCCX, et ita continue sine interruptione usque ad annum domini M. CC. XXXVI. Postremum instrumentum sic habet: Notum etc. Ego Mathey hanc cartam scripsi vice Henrici Cantoris et Cancellarii Sedun. Actum Seduui anno dom. M. CC. XXX sexto, X Kal. Octob. Landrico Episcopante et Friderico imperante: Constat etiam instrumentum concordiæ et pacis initæ inter Aimonem quond. filium comitis Sabaudiæ et Landricum Episcopum Sedun. In quo castrum de Monte ordeo ecclesiæ Sedun. appropriatur.

Item castrum de Seya in pace remanet Ecclesiæ Sedunensi. Actum iuxta Morgiam Anno domini M. CC. XXX. tercio, XV. Kalend. Junii.

E ms. intitulato: Catulogus Donimorum Episcopnrum Sedunensium quorum nomina in tabula, libro obituum Valeriæ depromta, recensuntur per P. Branschen, Can. Sedun. die 19 Jan. 1579. Coll. Dipl. Haller. T. XL. 691. in Musæo Bernensi.

86. *Amadeus Comes, Beatrixque Comitissa, hæc nomine filiorum suorum, confirmant S. Petro de Novalicio, donationes antecessorum ipsorum.* **1233. Maji 23. ap. Petram Castrum.**

Anno M. CC. XXXIII. X Kal. Junii. Amedeus Comes Sabaudiæ et Marchio tn Italia, dat et confirmat Monasterio S. Petri de Novalicio, pro salute animæ Thomæ Comitis patris sui et antecessorum suorum, omnia a Majoribus suis prius concessa. Idem promittunt et ratum habent, Beatrix Comitissa, pro Wulielmo Electo Valentinensi, et Bonifacio Electo Bellici, et Aymoné, et Petro Præposito Augustæ, et Philippo fratribus.

Guichen. Pr. 66. Pingon. fol. 279.

87. **1233. Junius 1. Iuxta Morgiam.**

Kal. Junii. A. D. MCCXXXIII°. Transactio inter Landricum Episcopum Sedun. et Aymonem filium Thomæ quond. Comitis Sabaudiæ, mediante Willelmo Electo Valent. Aymo accipit jus Regalium Sedun. Ecclesiæ, et recognoscit feudum de Chillon ab Episcopo. Sigillum Aymonis, Leo erectus, gradiens.

Zibald. Pingon.

88. **1233. Julii 18.**

Amedeus Comes Sabaudiæ, de consensu Dominæ Beatricis Comitissæ, confirmat jura et privilegia villæ Montis Meliani. Act. XV Kal. Augusti, A°. MCCXXXIII.

Pingon. Chron. f. 280.

89. **1233. Novemb. 10. ap. S. Ambrosium.**

Donatio Amedei Comitis Sabaud. facta Carthusianorum domui de Monte Benedicti, pro remedio animarum Thomæ Comitis patris, et Humberti fratris, suorum. A. M. CC. XXXIII. Indict. VI. die decima mensis Novembris.

Pingon. Chron Sab. fol. 277. v°.

90. *Donatio Aymonis de Sabaudia, Abbatiæ Altæripæ facta.* **1233. apud Chillum. Sine meuse.**

Haymo, filius quondam bonæ memoriæ Thomæ, Com. Sab. et March. in Italia, dat, pro remedio animæ suæ, patris sui,

et animarum antecessorum suorum, Monasterio Altæripæ, et in manus Hugonis Abbatis illius, VI libras lausann. censuales annis singulis, pro præbenda unius monachi. Assignantur istæ libræ sex, super duo molendina in villa Melduno, de quatuor, quæ inibi sita sunt sub turre castri, et solventur annuatim a Castellano Melduni in festo S. Martini. Et celebrentur pro hac donatione, in Monasterio Altæripæ anniversaria pro se, pro matre sua, et pro fratribus et amicis suis. Testes, Petrus Abbas et Nicolaus Alpensis. Rodulphus comes de Grueria, Richardus, dom. de S. Martino, Jacobus, dom. de Albona. Humbertus de Feinex, castellanus de Melduno, Vmbertus miles de Sottens, Petrus de Villens, Petrus de Superpetra, Rodulfus de Melduno, Vldricus minister de Villanova. Act. A°. incarn. dom. MCCXXXIII ap. Chillum.

*Archiv Altirip. Mon. h. p. Ch. I. **1305**. Hall. Coll. dipl. XX. 74. (Vide L. I. C. II. Nota 13.)*

91. *Testamentum Aymonis, domini Fuciniaci.*

1234. Msc. Febr. Ap. Castellionem.

A. D. M. CC. XXXIII. Mense Februarii. Aymo, Dominus Fuciniaci declarat, se instituisse hæredem universalem suam Agnetem filiam suam, quam dederat Petro de Sabaudia, filio „condam" Thome Comit. Sabaud. in vxorem, in casu, quo ipsi Aymoni decedere contingeret nullo ex corpore suo hærede masculo relinquente. Reservantur ea, quæ ipse constituerat in gratiam alterius filiarum suarum Beatricis. Si autem filium haberet Aymo ex uxore sua, ille hæres erit ejus, et constituetur Petro dos matrimonii sui, ad arbitrium Willelmi Electi Valentini, et Aymonis de Sabaudia, fratrum dicti Petri, Henrici de Chanvent, Willelmi de Greysi, et Jacobi de Albona. Act. ap. Castellionem.

Invent. Matrim Fasc. II. Matrim. Petri de Sab. N°. 1. Zibald. Guich. Pr. p. 78. Datum secundum stylum Paschalem.

92. *Testamentum Petri de Sabaudia.* **1234. Mense Febr.**

Ego Petrus filius quondam Thome Comitis Sabaudie notum facio vniuersis presentes litteras inspecturis quod constituo heredem tocius terre mee et omnium bonorum meorum filium vel filiam quam habebo ab Annete filia Nobilis uiri Ay. domini fuciniaci. quod si forte quod absit contingeret ipsam uiuente me decedere, ad dictum et Arbitrium venerabilis patris et domini Wj Electi Valent. et Ay de Sabaudia fratrum et henrici de Chanuen, domini Willi de Greissie, et domini Jacobi de Albona dicte Anneti dos assignetur. et hec omnia bona

fide me seruaturum iuraui. In huius rei testimonium huic carte ad preces ·meas et instanciam venerabilis pater Episcopus Gebenn. Sigillum suum cum sigillo meo apposuit. Hujus Rei testes sunt petrus abbas de Alpibus. petrus prior Repositorii. W. de Greisie. Rodulfus et Riferius fratres de sancto georio. Actum apud Castellionem Anno domini M°. CC°. XXX°. tertio mense februarii.

Deperdita sunt sigilla.

Pingonius (Zibaldone), describit Sigillum Petri, suo tempore nondum avulsum: Aquila sedens et retrospiciens, circumscripta: S. PETRI DE SABAUDIA. Sed alio loco, in eodem libro, describit idem Sigillum paulo diverse: Aquila sedens, retrospiciens, cum luna supra caput ejus, cornibus supinis: Sigilli perigraphe: S. PETRI PREPOSITI AVGVSTENSIS.

Ex Inventario testamentorum Comitum et Principum Domus Regiæ Sabaudicæ, Fasc. 1. N°. 1.

93. **1234. Jun. 12. ap. Gaiam.**

Amadeus Comes de sustentatione fratrum agit cum Thoma fratre, præsentibus Willelmo, Bonifacio et Philippo: et Aymonis Petrique votis studet respondere, quia Petrus Augustam Prætoriam sibi vendicabat. Crastino Pentecostes A. D. M. CC. XXX. IV.

Pingon. Chronicon, fol. 281.

94. Homagium Amedei, Domini de Jaiz, Petro de Sabaudia factum pro castro de Jaiz. **1234. Junii 12.**

Nos frater Jacobus Prior de Divona monachus S. Eugendi Jurensis, nos frater Girardus Prior domus Bonimontis ordinis cisterciensis notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod nos vidimus, legimus, etc. Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod Amedeus dominus de Jaiz fecit homagium petro de Sabaudia filio Thome quondam Comitis sabaudie salua fidelitate Comitis gebennensis, et Amedeus dominus de Jaiz dedit dicto petro castrum de Jaiz pro allodio et recepit illud in feudum ab eodem, concedens eidem petro vt inde possit facere guerram uel pacem contra omnes homines pro uoluntate sua sicut de suo et dictus petrus de Sabaudia dedit dicto Amedeo de uoluntate et mandato Aymonis domini fucigniaci sexaginta libratas terre annuales quas dictus Aymo dominus fucigniaci habet apud divonam et inde usque ad clusam de Jaiz. exceptis feudis militum ad extimationem arbitrorum domini de Granzon. Ebali domini de Monte, Willelmi de Gresye et Rodulphi de sancto jorio et illorum quos secum vocare voluerint in hoc facto si forte comes Gebennensis diceret quod

istud dictus Amedeus de iure facere non posset. dicens castrum de Jaiz esse de feudo suo. predictus Amedeus debet stare iuri. super hoc si causam comes sibi stare iure noluerit et si Comes Gebennensis *emuteret* castrum de Jaiz, jam dictus Amedeus debet facere recompensationem feudi alibi de allodio suo. quod si non posset terram de allodio suo invenire summa sexaginta libratarum supradictarum debet inquiri secundum quantitatem defectus et ista debent fieri ad arbitrium petri domini de Granzon. et Willelmi de Gresye. preterea promisit dictus petrus prefato Amedeo consilium et auxilium in omnibus negociis suis. di (*vox illegibilis*) stare iuri voluerit et ius capere. Si autem contingeret dictum petrum vel. A. uxorem suam sine herede de ipso et de ipsa decedere. dicta terra domini de fucigniaco ad ipsum debet libere reuerti et sine aliquo impedimento et castrum de jaiz dicto A. remanere in alodium sicut prius. In cujus rei testimonium. Aymo dominus fucigniaci. petrus de Sabaudia. Amedeus dominus de Jaz presentem cartam sigillis suis roboraverunt. Datum anno domini M°. CC°. XXX°. quarto in crastino pentecostes.

Vidimus factum ap. bonum montem, in Vigilia b. Johannis baptiste, M°. CC°. LXX°. quarto.

Visum per Magistrum Bernardum officialem curie M°. CC°. XC°. primo.

Ex archivo Divionensi, scheda Gex. Fasc. I. Charta Communicata per dom. E. Mallet, judicem Gebennensem. Zibald. Ping. Chron. Sab. f. 281.

95. *Concordia Aymonis de Sabaudia cum sex fratribus suis.*

1234. Julii 21. ap. Chillon.

XII Kal. Augusti. A°. MCCXXXIV°. Amedeus Com. Sab. Willelmus Elect. Valent. Bonifacius Bellici Electus, Thomas, Petrus et Philippus, fratres, Thomæ Comitis filii, liberam faciunt potestatem Aymoni, fratri eorum, donandi uni ex illis, cuivis voluerit, duo e castris, quæ nemo ex iis ad manum suam teneret, nil obstantibus pactis inter eos factis: quæ castra recipiens recognoscet in feudum ab Aymone et successoribus illius.

Inv. Duc. et Prov. Sabaud. Fasc. I. N°. 4. Convol. Ch. 5.

96. *Concordia Amedei IV Comitis Sabaudiæ cum fratribus suis Petro et Aymone, circa hereditatem paternam.*

1234. Julii 23.

In nomine domini amen. Anno eiusdem M°. CC°. XXX quarto, decimo Kal. augusti. Notum sit omnibus presentes

litteras inspecturis quod cum inter illustrem uirum amedeum comitem Sabaudie ex vna parte et aymonem et petrum fratres ipsius ex altera super portione hereditatis paterne discordia mota esset tandem per manum venerabilis in Xpo wilielmi valentini electi et thome fratrum ipsius comitis martini de virieu et willelmi gratapallha fuit dicta discordia amicabiliter et de voluntate partium sic sopita. Vallis auguste remanet comiti et comes pacem sicut in presentibus literis continetur semper illibatam seruabit neo per se nec per alium terram aymonis offendet uel offendi permittet immo ipsum contra omnes bona fide iuuabit. Tota terra citra montem iouis usque ad aruam tam in feodis quam in dominicaturis aymoni remanet supradicto. Sed saluis ecclesiarum feodis eam totam a comite in feodum dictus aymo tenebit. Et comes faciet quod omnes fratres sui pro portione hereditatis paterne que contingit eumdem eam liberam et *quitiam* clament aymoni. post aymonem uerò tota terra predicta tam in feodum quam alodium communiter tam ad comitem quam ad fratres ipsius redibit. Vt autem hec inuiolabiliter obseruentur ab aymone, securitas talis fiat videlicet quod omnes castellani aymonis jurent in manu comitis tam ad fratrum suorum quam ad opus ipsius quod castra restituant cum carnis aymo debitum soluerit vniuerse nec possit aymo mutare aliquem castellanum donec ille quem nouum poneret in manu comitis tam ad fratrum suorum quam ad opus ipsius simile fecerit iuramentum. Omnibus etiam coadintoribus aymonis quicumque fuerint et illis nominatim de valle augusta comes faciat bonam pacem et eos bona fide in sua iusticia contra omnes deffendat: Et si ad cognitionem electi valentini et thome vel alterius uel alicuius ipsorum nomine uel unius, non defendet eos comes, possit eos aymo defendere et iuuare et repetere iniurias atque dampna irrogata eisdem et comes aymonem et terram suam propter hoc non offendat debet iusuper quatuor milia librarum gebennensis monete dare comes aymoni ex quibus in continenti de triginta milibus solidorum liberabit aymonem et in proximis octabis sancti andree soluet ei similiter uiginti quinque milia solidorum de residuis uero uigintiquinque milibus solidorum a suis creditoribus eum quitari faciet usque ad terminum prenotatum ita quod a creditoribus usque ad octabas pasche prorogationem habeat subsequentes. Quod sī in octabis Sancti andree solutionem et quitationem a creditoribus comes non faceret prout superius est expressum extunc comes tenetur cum comite gebennensi berlione

de turre milite et thoma fratre suo in castro de anaisse obstagium obseruare et poterit comes et eius obsides in obstagio per octo septimanas morari. Et sj in obstagio defectum facerent uel ultra octo septimanas in obstagio morarentur aymo nec de homagio nec de pactis aliis superius habitis teneretur eidem sed terram suam totam uel partem uni ex fratribus uel pluribus uel etiam alii cui uellet sine contradictione comitis uel alicuius fratris sui dare uendere uel obligare ualebit et castellani aymonis erunt similiter a iuramento comiti prestito absoluti. Actum est etiam quod omnes illi qui cum aymone in ualle augustensi fuerunt a· morte bone memorie thome quondam comitis sabaudie vsque ad diem presentem de aliquo dampno dato emenda forefacto uel banno a comite uel alio aliquo de parte comitis conueniri non possint excepta tregua que vsque ad hanc diem debet tam ex parte aymonis quam comitis emendari. Item si ante solutionem uel quitationem peccunie supradicte secundum quod est actum superius aymo decederet castellani aymonis comiti et fratribus nisi soli electo castra reddere non tenentur donec de quitatione et solutione peccunie esset plenarie satisfactum. Petro det comes incontinenti et *guitia* tradat ei castra de lunnes et S^cm^ regnebertum et omnia que percipiunt castellanie nomine castellani eorundem castrorum et in redditibus insuper centum marchas argenti et hoc debet comes tam a se quam ab alio bona fide deffendere et seruare eidem et eum contra omnes iuuare. Petrus autem in feodum a comite debet ista tenere verumtameu ista pro parte hereditaria que ipsum contingit non dantur eidem immo debet nichilominus aymone excepto cum comite et aliis fratribus communiter remanere et taliter expectare per annum post annum uero si non laudaret se de comite tenetur comes eidem dare partem suam de hereditate ad arbitrium memorati electi aymonis et thome uel duorum de istis si alius nollet uel interesse non posset ita tamen quod duo castra predicta et centum marche preter partem que eum continget non remanebunt eidem veruntamen sine aymone dum uiuet non poterit dictum negocium terminari. Item si petrus infra annum guerram mouerit comiti et post cognitionem electorum dictorum et thome uel unius eorum si alii nollent uel interesse non possent infra XL. dies nollet dampnum emendare illatum comes ipse de pactis huiusmodi teneatur in nullo et quantum ad factum petri similiter nec aymoni. Si uero comes in predictis uel in aliquo defficeret predictorum et ad requisitionem

aymonis et petri infra XL. dies post cognitionem valentini et bellicensis electorum et thome uel vnius ex eis uel duorum si alii uel tercius nollent uel interesse non possent idem comes non emendaret deffectum extunc aymo tam a fidelitate prestita comiti quam a pactis aliis de terra uidelicet eidem comiti, et ejus fratribus remanenda post decessum ipsius esset penitus absolutus. Similiter castellani aymonis a juramento de castris reddendis comiti et fratribus ipsius prestito erunt siquidem absoluti. Et aymo terram suam totam uel partem uni de suis fratribus uel pluribus uel cuicunque uoluerit dare uendere obbligare uel alienare ualebit contradictione comitis uel alicuius de suis fratribus non obstante. Dari etiam debent a comite fideiussores pro predictis omnibus obseruandis willelmus comes gebennensis aymo dominus fuciniaci S. dominus de villariis et martinus de vireu. Qui omnes si comes in supradictis uel in aliquo defficeret predictorum fidelitatem aymoni faciant et ad eum cum suis feudis deuoluantur. Omnia autem ista fratres comitis approbarunt et quod ea teneant et teneri faciant iuramento firmarunt. Quod si comes uel aymo et petrus contra predicta uel aliqua predictorum uenirent et requisiti post cognitionem electorum ualentini et bellicensis et thome uel vnius eorum si alii nollent uel interesse non possent infra XL. dies emendare non uellent alii fratres debent illum uel illos iuuare tam in placito quam in guerra contra eum uel eos qui contra omnia supradicta uel aliquod predictorum uenire presumerent uel uenirent. Insuper super hoc dari debent littere archiepiscoporum et episcoporum quorum super hoc littere requirentur. Quod si in predictis uel in aliquo predictorum defficeret comes uel aymo et petrus et requisitus uel requisiti infra XL. dies emendare nolit uel nollent ipsi archiepiscopi et episcopi eum uel eos qui faceret uel facerent deffectum excommunicarent et terram eius uel eorum supponerent interdicto. Item aymo pacem assecurauit eamdem per fratres suos et per comitem gebennensem. Et sciendum quod aymo terram suam dare uendere obbligare uel alienare non potest si pax predicta et pacta obseruentur eidem. Preterea est sciendum quod si in pace ista ommissa sunt uel obscura aliqua predicti IIII^or valentinus electus et thomas martinus de vireu et gratapallha potestatem habent supplendi plus dicendi et interpretandi si in hiis que sunt scripta inueniantur aliqua dubia uel obscura. Item ex parte aymonis iurauerunt henricus de aliugio boso et petrus de montiliis guigo de ponte vitreo petrus de sallhon

portarius de chillon et aymonetus de uillanoua promittentes sub prestito iuramento quod ipsi pacem predictam seruabunt et procurabunt fideliter quod comiti et fratribus castra aymonis reddantur post decessum ipsius si pax et pacta sicut superius est expressum aymoni et petro seruent si uero non seruarentur essent absoluti ab huiusmodi iuramento. Item actum est inter comitem atque petrum quod si contingeret aymonem decedere infra annum securitas talis fiat quod si in pactis habitis in aliquo uel in omnibus defficeret comes ei et post cognitionem electi valentini et thome infra XL. dies non emendaret deffectum petrus a fidelitate in qua tenetur comiti uel teneri ualeret ex tunc esset penitus absolutus. Promisit etiam comes dictus prestito ad sancta euangelia iuramento quod si ad cognitionem predictorum duorum deffectum non emendaret eumdem infra terminum prenotatum tam ipse quam comes gebennensis et berlio de turre miles post requisitionem petri eiusdem uel nuncii sui certi infra octo dies uenire apud aneisshe tenebuntur ibidem ostagio seruaturi quousque super predictis fuerit satisfactum P. predicto. Promisit eciam idem comes sub prestito iuramento quod infra mensem postquam intraverit sabaudiam dabit pro obsidibus eo modo quo dati sunt alii supradicti stephanum de villariis rodulphum de greise berlionem de camberiaco antelmum de miolens humbertum de vileta aimericum de brianso et W. de beufort uel si omnes istos dare non posset quatuor de istis dabit ad minus et preter istos dabit si potest aymonem dominum fusciniaci post pacem factam ad inuicem inter eos. Sciendum est eciam quod licet superius sit expressum quod ab vtraque parte treuga debeat emendari non intelligatur quod si in emendatione treuge aliquis inueniatur defectus quod propter hoc pena aliqua in presenti carta posita committatur vt autem super premissis fides plenior habeatur nos Willelmus electus valentinus et thomas martinus de vireu et gratapallha nos amedeus comes Sabaudie et nos aymo et petrus et nos b. electus bellicensis et philippus fratres eiusdem comitis sigilla nostra presentibus duximus apponenda in testimonium predictorum. Actum chillon anno et die quibus supra.

Ex Inventario Documentorum Ducatus et Provinciæ Sabaudiæ, Fasc. I. Convol. membran. N°. 4 Charta 16. Dalla Storia dei Principi d'Acaja, II. 6. Sigilli dei Princ. di Savoja, 103, Epitome. Zibald. Ping.

97. **1234. Novemb. 28. In Palatio Secusiensi.**

Amedeus Comes Maurianensis, et Marchio in Italia, confirmat Canonicis Ecclesiæ Ripaltæ eleemosynas antecessorum suorum, Amedei, Vmberti et Thomæ Comitum, pro salute animarum eorum et suæ. Anno MCCXXXIV. quarto Kalend. Decembris, Indict. VII.

Guich. Pr. 66. Pingon. Chron. fol. 284.

98. **1235. Februarii 16.**

Amedeus Comes Maurianæ et Marchio in Italia, Thomæ filius, pro se et aliis fratribus, facit pacem et concordiam cum Reverendo Hugone, Episcopo Taurinensi. XIV. Kal. Martii, A. D. M. CC. XXX. V.

Zibaldone.

99. *Litteræ Henrici III, Regis Angliæ, Amedeo Comiti Sab. et Willelmo, electo Valentino, ad desponsationem cum Alienora nepte illorum spectantes.*

1235. Junii 22. Wodestoke.

Anno regni Henrici III. XIX. Henricus III Angliæ Rex, Amedeo IV Sab. Com. ac Willelmo electo Valentino fratribus nunciat, se copulam matrimonii initurum cum nepte, sororis illorum, Comitissæ Provinciæ, filia, postquam aliis jampridem initis sponsalibus *„cum certi nobilis filia"* renuntiasset. Commemorat amicitiam progenitorum ipsius Regis ac Sabaudiæ Comitis, quam refulcire cupit. Impedimentorum facit mentionem quæ, ratione prioris sponsionis dubiosam reddunt consummationem huius matrimonii, cui Amadeus, consanguinitatis cum sponsa memor, favere quam potissime vellet. Act. ap. Wudestoke, die vicesima secunda mensis Junii.

Rymer I. I. 118.

100. **1235. September. 23.**

Testamentum Amedei Comitis Sab. et Marchionis Italiæ: instituit Thomam fratrem suum, heredem in Comitatu et Marchionatu, in casu, quo ipse decederet sine prole mascula. A°. Dom. MCCXXXV. VIII^{vo} exeunte Septembris.

Inv. Testam. Princ. Sab. Fasc. I. N°. 2.

101. **1235. Septembris 23.**

Amedeus Comes Sab. Thomam fratrem suum constituit locumtenentem in tempore absentiæ suæ, cum omnimoda potestate et auctoritate exercendi, in omnibus ditionibus Comitis

ipsius jurisdictionem et imperium. A. MCCXXXV. VIII^{vo} exeunte mense Septembris.

Inv. Testam. Princ. Sab. Fasc. I. N°. 2.

102. *Litteræ Reginæ Franciæ, Henrico III regi Angliæ perscriptæ, de desponsatione ejus, sorori dictæ Reginæ, Alienoræ de Provincia.* **1235**. **Octob. 8. Parisiis.**

Dat. Parisius die lune post festum b. Remigii, (sine anno) Margaretha Regina Franciæ Henrico Regi Angliæ, scribit de salute illius et de sua propria: inde pergit: Super hoc autem quod nos rogastis, ut Karissimam sororem nostram reginam Anglie ad vos accedere festinaremus, significamus excellentie vestre quod, licet in societate ipsius interesse non modicum capiamus, et precipue in tam jocundo statu, quem, diuino auctore, temperauimus, *quia timemus ne cum alia Domina, propter ipsius longuam moram, matrimonium contrahatis,* aduentum ipsius ad vos cum omni celeritate qua poterimus, curabimus festinare; et quamdiu sciamus Comitissam Glouuecestrensem in vestris rebus interesse, bonam patienciam non habebimus, quousque predictam sororem nostram in societate vestra noverimus interesse.

Docum. inédits de France. Lettres des Rois et Reines d'Angleterre et de France I. 42. Autent. in turre Londinensi.

103. *Epitome instrumenti pacis Amedei Comitis Sabaudiæ, Thomæ, fratris et aliorum fœderatorum suorum, cum Episcopo Taurinensi, Hugone Cagnoli.*

1235. Novembris 18. Taurini.

Anno Dom. MCCXXXV. Indict. VIII. die dominica XIV Kalend. decembris.... hic est tenor pacis et concordiæ et conventionis factæ et celebratæ per dom. Gratapaleam, Caillam de Gorzano, Ottonem Cornu et Ulricum de Pertuisio, ex parte Dom. Amedei comitis Maurianensis et in Italia marchionis: Et per dom. Guidonem de Plozasco, et per dominos Bertolotum Arpinum, Ottonem Gibuinum, Petrum Alexium et Joh. Silum ambasciatores communis Taurini ex parte dicti communis, inter dictum Dom. Comitem et Thomam fratrem ejus, eorum omnium et successorum et totius comitatus et omnium aliorum de sua parte et coadjutorum ex una parte: et dom. Hugonem episcopum Taurin. nomine capituli et Ecclesiæ Taurinensis, et hominum ejusdem ecclesiæ et coadjutorum, et dom. Robertum de Guialardis potestatem Taurini nomine et vice ejusdem

civitatis et communis, et commune Montiscalerii et illos de Pedemonte coadjutores Taurini, videl. illos de Plozasco et illos de Pineirolio, cum eorum habitatoribus et iuratis, et illos de Bagnolio et de Bargiis et de Romagnano. qui in hac pace esse voluerunt pro parte Taurinensi ex altera parte. In primis ab utrisque partibus supradictis sic ordinatum est etc. in plena concione civitatis et hominum Taurini ad campanæ sonitum more solito coadunata, quod pax valida et firma etc. permanere debeat ex utraque parte, etc. Dom. Amadeus comes et frater ejus dom. Thomas, pro se se, et pro omnibus eorum fratribus et successoribus presentibus et futuris, et descendentibus, coadjutoribus, hominibus et vassallis etc. faciunt remissionem omnimodam Episcopo, Ecclesiæ, prædicto Roberto de Guialardis, etc. et totæ communitati Taurini, de omnibus querelis et damnis etc. atque absolvunt illos de omnibus rebus, possessionibus, juribus et actionibus, de quibus illos aliqua occasione inquietare vel convenire possent, tam in Ripolis quam in aliis locis et rebus; salva tamen ipsi domino Comiti et ejus successoribus fidelitate communis et hominum Taurini sibi facta, quam ibidem acceptavit, approbavit et confirmavit de omni iure, quod ipse et domina Margarita ejus filia atque uxor dom. Bonifacii marchionis Montisferrati vel ipse Marchio habebant in castro villa et hominibus de Collegio aliquo modo, et de omni quod Ruffinus et Oddonus de Pomario dicebant se habere debere in dicto castro Collegii et de omni iure quod commune Taurini habet etc. in eodem castro et ejus contili, etc. confitendo idem D. Comes quod dictum Commune Taurini habebat in præd. loco Collegii et hominibus, exercitum, et cavalcatam, et taliam, seu fodrum et fossatum et ius quod Calcanei de Taurino soliti erant habere in Collegio ratione gastaldiæ Taurinensis: que omnia sunt dicta pro bono pacis.. et pro D. marchis argenti datis a præd. dom. Comite dicto communi Taurinensi, pro prædicto eo iure quod dictum Commune habebat.... et acquirere poterit in dicto loco Collegii, et quod dictus Dom. Potestas nomine et vice dicti communis recepit seu receperat in gentile feudum et liberum et inde fuerat investitus ab ipso dom. Comite: eo salvo, quod in præd. feudo non sunt etc. res et possessiones et alia jura singularium hominum Taurini, etc. etc. Dictum vero castrum Collegii, commune Taurini teneatur præd. Dom. Comiti reddere vel deliberare varnitum seu disvarnitum, sed tantummodo Comes et sui possint se reducere et varire si eis necesse fuerit in dicto

castro. Versa vice, Commune Taurinense fecit similem remissionem Comiti Amedeo, et fratri suo, Thomæ et aliis fratribus eorum etc. de omnibus querelis etc. ut Comes et frater suus fecerant superius adversariis ipsorum. Item, Episcopus et Ecclesia Taurin. faciunt Comiti et suis pacem et finem universalem, et specialiter de omni iure Comitis in Avilliana et aliis partibus, salvo iure suo et Ecclesiæ suæ in castris, inferiori Caburri et Lancei, de quibus Episcopus debet investire Comitem nomine gentilis et liberi feudi, et Comes teneatur facere fidelitatem de ipso castro eidem. d. Episcopo nomine Ecclesiæ Taurinensis; hoc salvo, quod d. Comes non teneatur reddere Episcopo præd. castrum Caburri, sed tantum possint se et sui reducere et varire Episcopus in præd. castro, si eis necesse fuerit. Si reperiretur d. comitem jus aliquod habere in Montebreono, similiter debeat illud tenere in feudum a d. Episcopo, et illi facere fidelitatem de eo: et tunc de eo investiat d. Comes dom. de Montebreono, qui hodie tenet castrum et locum Montisbreoni, et qui teneatur facere inde fidelitatem Comiti. Item castellani de Pedemonte, qui debent homagium et fidelitatem Comiti Sabaudiæ, faciant homagium sicut soliti sunt dicto Comiti, et ipse eos teneatur investire de eorum recto feudo, quod ab eo tenere soliti sunt, et hoc cum solita libertate, ita tamen, quod remaneant homines communium Taurini et Pinerolii, de omnibus aliis quæ habent, excepto feudo comitis. Si autem Comes infringeret hanc pacem, et a Taurinensibus requisitus, nec restituerit damna illata, secundum arbitrium arbitrorum electorum et constitutorum, dicti castellani, de illo feudo teneantur et possint juvare Communia Taurini et Pinerolii, et illos de parte eorum contra Comitem, donec prædictæ restituerentur ab illo: et vice versa, si frangeretur pax a dictis communibus, Taurini vel Pinerolii, et si recusaretur ab illis restitutio damni iuxta dicta arbitrorum, similiter juvare teneantur dicti castellani comitem contra præd. Communia, donec restitutio fieret. Ad dirimendam litem inter Comitem et commune Pineirolii. statuitur, ut eligantur ab utraque parte duodecim arbitri, qui XXIV, iurati discernere debeant, quid iuris et consuetudinis haberent Comes et prædecessores sui in Pinairolio: et si non fuerint concordes, vel dicerent aliquid, quod gravaret Comitem, vel Abbatem Pinairolii, vel Commune, tunc dom. Gratapalea et dom. Vido de Plozasco inquirant et deffiniant omnia, quæ Comes habere debuerit in Pinairolio, ex jure vel consuetudine: exceptis, quod non possint dicere,

quod Comes possit capere homines de Pineirolio; nec quod habeat bannum Sconzonariæ in Pinairolio; nec successionem inibi illorum, qui decedereut sine testamento, dum tamen haberent heredes: nec quod possit capere fodrum ab Pinerolienssibus, nec regale, nisi imperator illud ei daret. Item, quod homines de Pinairolio possint recipere habitatores quos voluerint, exceptis hominibus Comitis de Aviliana et de Aviliana inferius..... Item eodem modo Comes non possit capere in suis terris dominicis pro habitatoribus homines abbatis Pinairolii, nec homines Pinairolii, nec castellanorum, qui sunt ex parte Taurini, nec de eorum terris, scil. de Scalengis et Soavis et Villæfranchæ, et sic de ceteris eorum terris in Aviliana et de Aviliana inferius..... Et e converso præd, castellani non possint nec debeant capere pro habitatoribus homines de terris dominicis Comitis, scil. de Aviliana et de Aviliana inferius. Debet fieri concordia cum dominis de Caburro, sive cum heredibus eorum, secundum dictum supranominatorum cujusque partis electorum arbitrorum seu negotiatorum huius pacis, etc. etc.... Item, quod d. Comes non debeat inde castellare nec caselletare nisi ad terminum quem dixerint domini Vido de Plozasco et Caila de Gorzano concorditer, et tunc in suo et non in alieno castellare possit. Debeat Comes emendare dominis de Plozasco et de Caburro de eo quod habebant in superiori castro Caburri, secundum arbitrium marchionis salutiarum. Item emendare debet Comes dominis de Plozasco CCL libras Januæ pro damno et prædæ restitutione, factæ tempore guerræ, secundum sententiam Ulrici de Pertusio, Ottonis Cornu, Bertoloti Arpini et Ottonis Gibuini; nec teneantur domini de Plozasco facere fidelitatem Comiti, donec de dictis libris eis plenarie fuerit satisfactum. Statuitur, ne utraque pars permittat stare nec habitare, in poderio vel districtu suo, bannitis a parte altera, pro homicidio, pro feruta gladii, incendio, furto, proditione, neque debeat illis dari quicquid auxilii; sed debeant dicti banniti penitus expelli, postquam requisitio facta fuerit per XV dies, ab alia parte, a qua banniti fuerint. Teneantur Pinerolienses, ac de eorum parte qui in ista pace superius sunt nominati, juvare comitem Sabaudiæ citra montes bona fide contra omnes homines, exceptis Mediolanensibus, Vercellensibus, Astensibus et Alexaudrinensibus, et facere Comiti exercitum et cavalcatam citra montes quotiescunque requisiti fuerint per Comitem, vel per nuncios suos bona fide, videlicet illi qui sunt de parte Taurinensium, qui in ista

pace superius sunt nominati., voluerint esse in præd. pace quod possint esse in ea usque ad festum Nativitatis Domini proximum et dom. Comes teneatur eos recipere et illi qui voluerint esse in præd. pace teneantur et debeant accipi in præd. pace. Eodem modo dom. Comes teneatur accipere homines et commune Taurini et illos de parte eorum, qui in ista pace superius sunt nominati bona fide contra homines omnes, exceptis Astensibus, marchione Salutiarum et Jacobo de Carreto, et illis de eorum parte: et quotiescunque dom. Comes a Taurinensibus fuerit inde requisitus, teneatur bis in anno dare præd. Taurinensibus in eorum auxilio et servitio LX. milites bene munitos equis et armis et corporibus et hoc per mensem postquam inde a Taurinensibus fuerit requisitus, qui milites teneantur et debeant servire præd. Taurinenses qualibet vice per mensem unum postquam venerint citra montes, et teneatur dictus Comes quotiescunque a præd. Taurinensibus fuerit requisitus facere eis exercitum et cavalcatam omnium suorum hominum, qui sunt vel fuerint citra montes bona fide........ Item quod hæc omnia suprascripta, tam fidelitates quam alia sicut superius et inferius dicta sunt et ordinata, debeant renovari ab utraque parte et confirmari de XX. in XX. annis. Quæ fidelitates et sacramenta debeant fieri a Taurinensibus a XV annis usque ad LXX et omnes potestates seu rectores Taurini et Pinairolii debeant jurare in introitu potestariæ seu rectoriæ etc. Versa vice dictus Comes et ejus fratres et heredes eorum teneantur et debeant facere jurare singulos suos castellanos qui sunt vel fuerint pro temporibus citra montes in introitu castellaniæ eorum prædicta omnia attendere etc. quæ omnia et singula etc. dictus Comes et Thomas ejus frater pro se et cet... tenere et adimplere dicto d. Roberto potestati Taurini, nomine et vice communis Taurini et aliorum omnium de parte eorum recipienti,..... promiserunt et ad S. Dei Evangelia corporaliter manu tacta juraverunt. Insuper omnes infrascripti præd. Comiti et ex parte ejusdem Comitis juraverunt ad S. Dei Evangelia prædicta omnia attendere etc. (XVII nomina) Eodem modo dictus dom. Robertus potestas Taurini, nomine et vice communis Taurini præd. omnia....... dom. Comiti, et ejus successoribus omni tempore firma tenere etc. promisit et ad S. Dei Evangelia corporaliter manu tacta juravit: præterea omnes infrascripti de credentia civitatis Taurini pro commune Taurini et ex parte ejusdem communis juraverunt ad. S. Dei Evangelia, etc. etc. inprimis dom. Guido de

Plozasco (cum XX aliis nominatim recensitis). Sequuntur renunciationes usitatæ omnibus exceptionibus juris. Actum in Taurino in Lobia Palatii. Testes: dom. Valfredus Taurinensis. dom. Manfredus præpositus. Ego Bonus Joannes dictus de Marentino his omnibus interfui et rogatus me subscripsi.

Invent. Prov: Taurini. Fasc. I. Cibrario Storia di Torino I. 506. in extenso.

104. Aymo de Sabaudia confirmat donationem a W. de Festerna, Ecclesiæ Abundantiæ factam.

1235. Mense Octobris.

Noverint universi, quod Ego, Aymo dominus Agaunensis, frater Comitis Sabaudie concedo et confirmo ecclesie de Abundantia, eleemosynam vel donationem, quam dominus VV. miles de Festerna fecit et donavit eidem ecclesie, salvo jure palatii de Festerna, et ad majorem firmitatem presentem cartam sigilli mei robore confirmaui. Actum apud Choix anno Domini M°. CC°. XXXV°. mense Octobris.

Aut. in Arch. Abundantiæ. Guich. prob. p. 56.

105. **1235. Decembris 10. in Clevaxio (Chivasso).**

Bonifacius Marchio Montisferrati donat uxori suæ Margarethæ, Amedei Comitis Sab. filiæ, feuda sua, in Valle Mutti, in Collegio et Planitie, quæ quondam a Thoma Comite tradita acceperat. A°. MCCXXXV. Die lune, die IX Decembris. (*Dies 9. Decembris anni 1235 Coincidit cum die Dominica*).

Invent, Matrim. Pr. Sab. Fasc. II. Matr. Marg. Amedei filia N°. 2.

106. Amedeus Comes generis suis, Marchionibus Montisferrati et Saluciarum, terras tradit quasdam.

1235. Decembris 10. Chivasso.

Amedeus Comes Sabaudiæ, Marchionibus Montisferrati et Salutii, generis suis, tradit terras Susæ, Avilianæ, Caburri, Vigonis et Miradolis, et omnia quæ possederat per Lumbardiam a palo Bonizonis, usque ad Bargiam, cum iuribus comitalibus et omni imperio: reservat sibi Comes usumfructum ad dies vitæ suæ, et ius augendi donationem in gratiam alteruteræ filiarum suarum, si una earum procrearet prolem, altera vero prole careret. Statuit in fine, donationem penitus incassam fore, si sibi Amedeo nasceretur hæres masculus. Data apud Clevaxium, die lune IX Decembris. A°. Dom. MCCXXXV. *(Error in Dato ut in charta præcedente.)*

Invent. Marchion Salucii, Cathegoria IV. Fasc. I.

107. Alienora de Provincia, Regi Angliæ desponsata et coronata. **1236. Februarii 7. ap. Wintoniam.**

Rex (Henricus Angliæ) ven. pat. etc. Archiepiscopo Auxitano sal. etc. Notum fieri volumus dil. vestre, quod die Lune in crastino octabe Episphanie Dom. desponsavimus apud Cantuariam Alienoram, filiam Comitis Provincie, sororem Regine Francie, quam die Dominica sequenti una nobiscum apud Westmonasterium solempniter coronari fecimus. Et ut hoc sit etc. Eodem modo scriptum est Archiep. Burdegalensi, et Episcopis Lescalensi, Liucornensi, Aquensi, Baion. Vasat. Cummegesensi, et nonnullis Abbatibus et Nobilibus Guiennæ et Vasconiæ. Act. ap. Winton. die septima Februarii, regni nostri XX°.

Rymer T. I. P. I. pag. 122 a-b.

108. Fundatio hospitalis Villænovæ per Aymonem de Sabaudia. **1236. Junii 25. ap. Chillon.**

A. D. MCCXXXVI. VII Kal. Julii. Aymo de Sabaudia. Dominus de Chablasio, filius bonæ mem. Thomæ, ill. Saband. Comitis, fundat Domum Dei intra muros Villænovæ in Diœc. Lausann. ad honorem b. Mariæ Virg. et omnium Sanctorum, pro remedio animarum Thomæ Comitis b. mem. patris sui, et ill. matris suæ, pro salute animæ suæ, Amedei Comit. Sab. et aliorum fratrum suorum, Willelmi, Elect. Valent. B. Bellicensis, et P. Præpositi Augustensis (?) Thomæ et Philippi. Laudant, hanc fundationem Aymonis, Amadeus, Com. Sab, M. Comitissa Sab. et Marchionissa Italiæ, Mater Aymonis, et fratres ejus Wullielmus Elect. Valent. B. Electus Bellic, et P. Præpositus Augustanus, et Thomas et Philippus, Dat. ap. Chillon etc. Testibus, Herluino, Archiep. Tarantas. Abbatibus Agaunensi et Altæcristensi, Cist. ord. P. Capellano Comitissæ Sabaudiæ et J. capellano D. Aymonis, Dominis Humberto de Villeta, Guigone de Amaysino, P. de Cletis, militibus Hugone Castellano Chillonis, et aliis.

Guich. Pr. 57.

109. Arbitrium inter Aymonem de Sabaudia et Abbatem Altæcristæ, de discordia circa Villam novam exorta.

1236. Junii 25. ap. Chillon.

A. D. M. CC. XXXVI Kal. Julii. Arbitrium Abbatum Agaunensis, de Altacumba et de Alpibus, inter Aymonem Agaun. provinciæ Dominum et Abbatem de Altacrista, cui ecclesia Villænovæ subesse videbatur, super discordia oborta inter dictos

Aymonem et Abbatem ratione Domus Dei et Capellæ, ab Aymone fundatarum, cui fundationi contradixerat Abbas Altæcristæ, ut iuribus ecclesiæ suæ Villænovæ, obnoxiæ. Dirimitur discordia per sententiam prædictorum arbitrorum, et constituuntur jura utriusque partis litigantium. Amadeus Comes Sabaudiæ sententiam ipsam ratam habet, et, una cum Episcopo Lausann. chartam arbitrii, sigillo suo roborat.

Mon. hist. pat. Ch. I. 1333.

110. Judicium Amedei Comitis inter Petrum fratrem suum et Comitem Gebennensem. **1237. Maji 12.**

Die tercia post Dominicam Jubilate Anno MCCXXXVII. Judicium Amedei Comitis Sab. inter Petrum de Sabaudia fratrem suum, et Guillelmum Comit. Gebenn. cujus filii Petrum hostiliter aggressi erant, illumque captum in carcerem conjecerant. „Condemnamus dictum Guillelmum Comitem Gebennensem ad „viginti mille marchas argenti petro de Sabaudia applicandas „cui eciam petro adiudicatur castrum de Arlo.“

Pingon. in Chronicis suis Sabaud. fol. 289. cum nota in margine: Ex actis et sententia Comitis Amedei, Die tercia post Dominicam Jubilate Anno 1237. In regestis vero ejusdem Pingonii, vulgariter Zibaldone dictis, legitur. Verbotenus:

„1238 Dominica Jubilate. Amedeus Comes *atestatur* quod „tempore Indutiarum *cum comite gebennensi, quod* petrus *pre-„positus* frater suus captus fuisset, verberatus, vulneratus et in „carcere mancipatus. Inde quod condempnatio *sub cognita* ad „viginti *mille* marcarum pro quarum solutione prorogatur ter-„minus ad festum b. Johannis et tertium diem post.“ *(Dominica Jubilate anni 1238 coincidit cum die 25 mensis Aprilis.)*

111. Novissima Aymonis de Sabaudia mentio.
1237. Julii 1. ap. Chillon.

Aymo, filius quondam Thomæ Comitis Sab. assignat C. Solidos maurisienses, quas pater suus super molendina mauriciensia assignaverat. super redditus de Olone et de Nurie, ad opus unius candele, que debet ardere die ac nocte ante capsam S. Mauritii, in Monast Agaunensi. Hoc fecit de consensu matris suæ Comitissæ et Amedei fratris sui Comit. Sabaudiæ. Sigilla apposuerunt, ipse Aymo, et mater sua, et dil. frater suus Amedeus Com. Sab. Testes: Herluinus Archiepiscopus. tharantasiensis. F. abbas de Altocristo. P. capellanus Comitisse Sabaudie. D. Humbertus de vileta. d. Guigo de

Omasino. D. P. de Cletis. Act. apud Chillon, Kal. Julii, A. Inc. dom. MCCXXXVII.

Doc. Sig. mon. 137.

112. *Aymo dom. Fuciniaci vetat reedificare castrum de Roa.* 1237. Octobris 3.

Anno MCCXXXVII. feria VII^a post festum beati Michaelis. Aymo Fuciniaci Dominus. Cum terminus infra quem castrum de roa non possit nec debeat reedificari in Illustrem virum H. comitem de Kiborg et in nos sit positus nos aymo dominus Fusciniaci dicimus uolumus et precipimus ne ab instante festo, Omnium Sanctorum vsque ad uiginti quinque annos dictum castrum non possit ab aliquo firmari vel reedificari vel aliquo modo muniri. Nos igitur Th. dictus Abbas de Alpibus supradicta sigillo nostro munivimus in testimoniam quod sint vera.

Index Ducatus Sabaudiæ, Fasc. I. N⁰. 4, Convol. membran. Chartar. N⁰. 63. Zibald. Pingon.

113. 1237. Mense Decembris.

Aymo Dominus Montaniaci, pro ducentis marchis argenti, infeodat Willelmo de Endlisberg, quidquid possidebat in villis Planfaion et Bonnefontaine. Act. Mense Decembris, A°. M. CCXXXVII°.

Inventar. feudorum Waudensium, Tom. II. 310. N⁰. 1.

114. 1237.

Concordia inter Henricum Angliæ et Alexandrum Scotiæ Reges, mediante Ottone Cardinale Legato papali. Inter quadraginta quatuor testes subscriptos, sextus in ordine, Willelmus Electus Valentinus. A°. Hen. III Regis XXI.

Rymer, T. I. P. I. 131.

115. 1238. Februarii 17. ap. Lateranum.

Gregorius Papa dispensat Thomam de Sabaudia et Johannam Comitissam Flandriæ ad inter se ineundum conjugium licet in quarto gradu consanguinitatis se contingant. XIII Kal. Martii, Anno Pontificatus XI° Gregorii IX Papæ. ap. Lateranum.

Zibald. Pingon.

116. *Testamentum Amedei comitis Sabaudiæ.*

1238. Julii 19. ap. Aquam bellam.

A°. MCCXXXVIII. Indict. XI. XIIII Kal. Augusti. Amedeus Comes Sabaudiæ, in procinctu proficisci ad exercitum Imperialem, ap. Aquam bellam condit. testamentum suum. Hæredem

instituit universalem, Thomam fratrem suum, cui, si contigerit illi decedere sine prole mascula, substituit Philippum, huic autem Petrum, fratres suos, obligando istos hæredes suos ad solutionem omnium debitorum suorum, illorumque Thomæ, patris eorum; de qua re præstare debet hæres fidejussionem in manum Comitissæ Sabaudiæ Matris suæ, et Archiepiscopi Tarantasiæ, cum consilio electorum Valentini et Bellicensis, quibus præcepit, ut, casu quo non solverentur debita prædicta, vendatur castrum Avillianæ Imperatori, vel alii cuicumque emtori et applicetur pretium istius ad extinctionem debitorum. Præcipit ultro, ut provideatur Comitatu Philippus frater suus, cum consilio electorum prædictorum. Jubet, ut serventur omnes impignorationes, tam ipsius quam patris sui. Legat in perpetuum LX Solidos cuique domuum religiosarum Bituminis, Tamier, Allionis, Altæcumbæ, S. Surpicii et Bons, et Sol. XXX Ecclesiæ de Montiers, quos assignat in redditus censuum molendinorum, fornacum et feriarum villæ Camberiaci.

Inv. Testam. Fasc. I. N^{0}. 3. Zibaldone.

117. *Præceptum Regis Angliæ, procuratoribus suis in curia Romana datum, in favorem Thomæ de Sabaudia.*

1238. Decemb. 8. ap. Clarendon.

Henricus, Angliæ Rex, Drogoni de Barentin, Will. Hardal et ceteris procuratoribus suis in curia Rom. præcipit, ut procuratoribus dil. avunculi et fidelis sui Thomæ, Comitis Flandriæ, ad Curiam accedentibus in hiis quæ ad ipsum Comitem pertinere videntur, totis viribus assistant, et eius negotia, quatinus per regem fieri poterit, promoveri curent, etc. Dat. anno 23°. regnis Heu. III. die 8va mensis Decembris, ap. Clarendon.

Rymer T. I. P. 1. 136a.

118. *Renuntiatio Bonifacii, Episcopi Lausannensis.*

1239. Julius 15. Anagniæ.

Gregorius (IX) Papa nunciat capitulo Lausann. Bonifacium Episcopum Lausann. renuntiasse Episcopatum in Manus ipsius Pontificis: jubet capitulum, ut infra tres menses post receptienem hujus brevis, cum consilio Archiepiscopi Bisuntini et Episcopi Lingonensis, alium eligat præsulem idoneum: alioquin illi Archiepiscopus et Episcopus, data illis ad hoc potestate apostolica, provideant aliter ecclesiæ memoratæ. Contradictores interdicto comminatur Pontifex. Dat. Anagniæ, Idibus Julii, pontificatus sui anno XIII.

118. a. Litteræ Bonifacii, sine temporis indicatione, nuntiantes abdicationem ejus, aliquot vero dispositiones continentes, capitulo et Præposito ejus, Cononi, perscriptas.

Chartul. Lausann. Ms. Fol. IXr. Ed. laus. 49-50.

119. Amedeus Comes concedit sorori suæ Margarethæ, Comitissæ de Kyburg, Castrum suum de Montheys.

1239. Octobris 16. ap. Gillum (Chillon)

Quoniam frequenti lapsu temporis, memoria simul labitur hominum. Ego Amedeus Comes Sabaudie et Marchio Italie dignum duxi scire tam presentes quam posteros et omnes quos scire expedit quod castrum dictum Monteys cum omnibus attinentiis, hominibus, nobilibus et ignobilibus, terris et omni jure quo possedi contuli Sorori mee Margarete Comitisse de Kiborch quiete et libere possidendum. Ad conservationem huius et robur in posterum valiturum, presentem paginam sigillorum, videl. matris mee Comitisse et mei munimine roborare decrevi. Acta sunt hec apud Gillum, anno gratie MCCXXXIX in festo S. Galli.

Guich. P. 63. Hebdomad. Solod. 1828. p. 512.

120. **1239. In festo S. Aniani. Nov. 17. Lausannæ in revestiario.**

Protestatio Præpositi et Capituli Lausann. contra infractionem libertatis Capituli in electione Episcoporum suorum, fulta charta Rodolphi Regis Burgundiæ primi, data Capitulo Anno Incarn. DCCCXCV. V Kal. Febr. anno Rodulfi regis VIII. Indict. XIII. (vel potius XIV) cujus transsumtum annexum est Literis protestatoriis. Testes, XIII Canonici, inter quos Cono præpositus, Johannes Cantor, Amedeus de Gebennis; XIII domicelli, et II burgenses.

Chartul. Lausann. Fol. IX-X. Ed. Laus. p. 53-57.

121. Breve Gregorii IX Papæ, Capitulo Lausann de eligendo Episcopo perscriptum.

1239. Novemb. 29. Laterani.

Greegorius Papa iterat mandatum suum ut eligatur Episcopus Lausannensis, et præcipit Capitulo, ut designet, locum aliquem, quem adire liceat secure Episcopo Lingonensi eoque mittat aliquos potestatem habentes ad peragendam electionem cum ejusdem Episcopi consilio et auctoritate: tempus ad electionem peragendam prorogat Papa per unius Mensis tempus. Dat. Laterani III Kal. Decembris, pontificatus Gregorii Papæ anno tercio decimo.

Chartul. Lausann F. Xv. Ed. Laus. p. 59.

122. Litteræ Lingonensis Episcopi, de electione Episcopi Lausannensis. **1239. Decembris 3. Lingonis.**

Datum sabbato post dominicam primam adventus Domini, sine anni expressione.

R. Lingonensis Episcopus, præposito et capitulo lausannensi, assignat diem XX post natalem Domini, ad peragenda quæ sibi et capitulo præscripsit Pontifex maximus, et cum sine periculo Lausannam accedere non possit episcopus, proponit, capitulo ut Bisuntium aut Dolum, designet locum electionis.

Chartul. Laus. Ms. Fol. Xv. Ed. Laus. 60.

123. Amedeus Comes, B. mater, Bonifacius et Philippus fratres ejus, donant Margarithæ Comitissæ Kiburgensi villam S. Mauricii de Chablasio.

1240. Februarii 24. ap. S. Mauritium.

Amedeus Comes Sabaudiæ et in Italia Marchio, una cum ill. et præclara genitrice sua, et fratribus suis. B, Bellicensi Electo, et Philippo Metensi Primicerio, considerantes, quod soror illorum, Margarita Comitissa de Kibor de bonis patrimonialibus competentem dotem nondum esset assecuta, donant et concedunt dictæ Comitissæ de Kiburg, burgum sive Villam S. Mauritii de Chablaisio, cum omnibus juribus et proventibus, excepto jure cudendi monetam, sibi reservato; et ultro, villam dictam Verauza, quæ omnia illæ concessa sunt quiete possidenda quoad vixerit et vitales carpserit auras, in augmentum dotis ejus, etc. Actum apud S. Mauritium, anno ab incarnatione Domini M. CC. XXXIX. in vigilia b. Matthiæ.

Guich. Pr. 63. (Stylus paschalis tunc prævalebat per Chablasium.)

124. Litteræ Archiepiscopi Bisuntini, de electione Episcopi Lausannensis. **1240. Martii 28. Bisuntii.**

Anno dom. M. CC. XXX nono, die Mercurii post annunciationem dominicam. (Styli paschalis.)

G. Archiepiscopus Bisuntinus, mandat prioribns S. Mariæ Magdal. et S. Sulpitii, Lausannæ, ut, accedentes Præpositum et Capitulum Lausann., citent eos, nominibus dicti Archiepiscopi et Episcopi Lingonensis, ut compareant coram illis, die martis post ramos palmarum, apud Autri, ut procedatur illic ad exequenda, quæ sibi mandaverat Papa.

Chartul. Laus. Ms. fol. Xv. Ed. Laus. p. 60.

125. *Litteræ Præpositi et partis Capituli Lausannensis, Archiepiscopo Bisuntino et Episcopo Lingonensi perscriptæ, electionem Philippi de Sabaudia in Episcopum Lausannensem nuntiantes.* **1240. Mense Martio seu Aprili.**

Reverendis in Christo patribus ac dominis G. Dei gratia archiepiscopo bisuntinensi et R. eadem gratia episcopo lingonensi. C. prepositus. W. thesaurarius. W. prior Sancti Marii. G. Sacrista. O. prepositus Solodorensis. A. prepositus Novi Castri. magister L. scolasticus lausannensis. O. decanus Noui Castri. R. de Roveno. P. de Wileta. A. de Wufleins. G. de Burgo. V. dapifer. W. de Gomoins. R. de Mor. W. de Chanvent. Canonici lausannenses subiectionem et reuerentiam tantis patribus debitas, cum salute. Litteras paternitatis uestre recepimus sigillo uestro domine archiepiscope sigillatas in quibus continebatur quod nos ad citationem uestram die martis proxima post ramos palmarum apud Autri coram uobis duobus compareremus per nos uel per procuratores sufficienter instructos cum pleno eligendi mandato ad quod reuerentie uestre sic duximus respondendum. quod cum dominus Papa sicut uestra discretio non ignorat capitulo nostro terminum prefixisset infra quem cum consilio uestro ecclesie nostre de episcopo prouideretur. idem capitulum ad locum domine episcope lingonensis sicut per uestras litteras uidimus uobis tutum uidel. aput Bisuntium diem uobis duobus significatam prope finem termini a summo pontifice prefixi ad eligendum episcopum concorditer assignauit. Ad quam omnes canonici nostri qui uoluerunt. debuerunt ac potuerunt personaliter uel per procuratores destinatos cum litteris. non tamen sine conductu et difficultate non minima accesserunt. In qua cum uideremus quod propter absentiam uestram domine lingonensis uestrum non possemus habere consilium nec ipsum possemus expectare ulterius et terminus nobis prefixus non durabat nisi per biduum philippum metensem primicerium fratrem comitis Sabaudie per quem solum speramus nostram ecclesiam ab *infinitivis* obpressionibus releuari elegimus et postulamus in ecclesie nostre episcopum et pastorem et appellauimus. ponentes nos et postulacionem nostram sub protectionem summi pontificis. super ad romanam curiam proprios nuncios destinantes. Inde est quod nos reuerendam discretionem uestram flexis genibus exoramus quatinus consideratis ecclesie nostre miseriis laboretis quod ipsi ecclesie proficiatur primecerius memoratus nec moleste ferat vestra discretio. si per solempnem nuncium non misimus presentes

litteras. cum propter raptores et inimicos ecclesie. non sumus ausi lausanuensem egredi ciuitatem. quia si uobis intimaremus dampna de nouo illata ecclesie per homicidia. captiones hominum predas. et rapinas timemus ne uobis tedium generaret. Securi quod ad tollendam multitudinem sigillorum si singuli nomina singula apponerent. nos quoniam sigilla presentibus non sunt apposita. appositione sigillorum prepositi nostri et thesaurarii sumus contenti.

Chartularium Lausannense, Fol. X^v-XI^r. Ed. Laus. 61-63.

126. *Johannes de Cossonnay nunciat Capitulo Laus. electionem suam in Episcopum.* **Litteræ, sine dato: mense vero Martio exeunte vel Aprile intrante in Bisuntio scriptæ.**

Johannes Dei miseratione lausann. electus uenerabilibus uiris fratribus amicisque Karissimis. C. preposito totique capitulo lausann. salutem et sincere dilectionis Aumentum. Rev. patres et domini G. Dei gratia bisuntin. archiepiscopus et R. eadem gratia lingon. episcopus. quo motu qua consideratione nescimus personam nostram licet indignam. auctoritate apostolica quam in hac parte gerere uos non latet prefici voluerunt ad regimen ecclesie laus. Nos vero tam eorundem patrum consilio quam multarum nobilium personarum exortationis importunitate deuicti de Dei omnipotentis et gloriosissime matris sue uirtute confisi et secundo de uestra dilectione gerentes fiduciam non incertam et sperantes quod uos omnes vniuersi et singuli quilibet pro uiribus suis subportabitis onus nostrum quod utiquo sine uestro consilio nobis prorsus importabile uideretur. onus dicti regiminis recepimus. non sine timore quo decuit et tremore. Ideoque vniuersitatem uestram hortamur in Domino et tanquam uester alumpnus humiliter exoramus quatenus ad reformationem status ecclesie. ciuitatis. et tocius diocesis lausann. et ad bonum pacis. quod inter alia pietatis opera vnum de precipuis reputatur nobis detis et consilium et operam efficacem. Scituri pro cetero quod in agendis ecclesie de consilio uestro taliter curabimus in omnibus et per omnia nos habere. et ita omnino uestris dante Domino disponimus consiliis adherere quod nostre sollicitudinis et laboris nec non prosperitatis et pacis. eritis non expertes. Et sciatis quod uenerabilis pater archiepiscopus bisuntinensis nos secum retinuit ab eo diaconatus ordinem suscepturum et infra octavam pasche ad uos Deo propitio ueniemus. et quia sigillum nondum habemus sigillo nostro ueteri vsi sumus.

Chartul. Lausann. Fol. XI^v. Ed. Laus. 63.

127. *Bellum intra muros Lausannenses.*

1240. Mense Aprilis.

Venerunt etiam non multo post Lausannam in capitulo littere G. archiepiscopi bisuntinensis et R. episcopi lingonensis continentes quod N. de Chavornai. et Ja. archidiaconus carnotensis. et A. de Bornello. et Petrus et Henricus de Fruencia. et W. de Gruieria et A. de Gebennis. et P. de Sancto Martino. die assignata apud Autre ad eligendum ydoneam personam in episcopum lausannensem de consilio dictorum archiepiscopi et episcopi, elegerunt Johannem cantorem ecclesie lausann. in episcopum lausannensem. Et preceperunt capitulo dictus archi. et episcopus in predictis litteris. et clero. et populo lausannensi quod dictum J. reciperent in episcopum et pastorem. Littere lecte fuerunt in capitulo in die parascheue. et erant in capitulo. Aymo dominus de Fucignie. et alii multi. Die sancto pasce dictus dominus de Fucignie. dolens quod antequam postulatio philipi de Sabaudia a domino papa recusaretur. fuerat alius a quibusdam electus. Intrauit ciuitatem manu armata muniens monasterium. et sanctum Marium, et domum Carbonum et domum N. de Chavornay. et portas ciuitatis. quod factum moleste tulerunt fere omnes illi de ciuitate et de burgo. Pulsatis uesperis. C. prepositus et canonici qui presentes erant monuerunt dictum dominum de Funci. quod ipse non teneret uiolenter occupatam ciuitatem quam ipse iniurauerat et alii multi contra uoluntatem capituli et ciuium. uel capitulum cessaret. Dictus dominus de Funcei quamuis multas pretenderet excusationes non dimisit munitiones et capitulum cessauit. feria sexta sequenti fuit facta quedam pax prope portum de Pullie inter dictum electum et dominum de Fucignie per decanum sancti stephani bisuntinum et C. prepositum lausannensem et chamerarium bisuntinum et R. de Wufleus canonicum lausannensem et per dominum P. de Grancon. et dominum. W. de Greisie. et dedit dictus electus fidem de pace tenenda. obseruanda in manu dicti P. de Grancon. et dictus P. de Grancon. et dictus W. de Greisie dederunt fidem de pace obseruanda in manu dicti electi que sicut uisum fuit quibusdam non fuit per vnum diem obseruata. Die sequenti burgenses fecerunt electum intrare uillam et duxit secum fratres suos. et cognatos. et amicos. et homines ecclesie. et illos de Huchilon cum armis. et munierunt fortiores domos que erant in villa. et sanctum Petrum et Sanctum Laurentium. hoc videns

dominus de Fuccignie muniuit ciuitatem et fecit dirui domos prope muros ciuitatis. per quas timuit ne ciuitas combureretur. Non multo post illi de burgo combusserunt molendina ciuitatis et eadem nocte apositus fuit ignis sub rupe. et combusta fuit tota uilla extra ciuitatem. et illis de ciuitate uix se deffendentibus. dixerunt illi de ciuitate quod illi de burgo ignem apposuerunt. et illi de burgo dixerunt quod illi de ciuitate fecerant ignem apponi. Non multo post venerunt illi de Berno et de Mur ad auxilium et fere cum M. armatis et firmauerunt vnum castellum prope portam sancti Marii scilicet in Chablo et proiecerunt ex vtraque parte cum manganellis et trabichetis proiecerunt illi de burgo ad monasterium et specialiter ad portale beate Marie. Non multo post intrauit P. filius comitis Sab. cum VI M. armatorum ciuitatem. insultus, incendia, dampna que facta fuerunt ex vtraque parte uix possent enumerari. fuerunt ex vtraque parte occisi fere XXX et uulnerati plus quam CCC. Non multo post fuit facta pax inter ipsos per dominum Amedeum de Montfaucon et dominum Williermum de Greisie, et iurata ex vtraque parto a multis que uix fuit obseruata. firmauit autem dictus electus infra dictam pacem castellum ad sanctum Marium et bastiuit. VI idus Julii, in festiuitate VII fratrum. Hec omnia facta fuerunt anno ab incarnatione Domini MCCXL.

G. permissione dinina bisuntinensis archiepiscopus dilectis in Christo filiis preposito. et capitulo. clero. et populo. ciuitatis et dyocesis lausannensis salutem in auctore salutis. Cum venerabilis uir Johannes quondam cantor lausannensis cum consilio venerabilis in Christo patris R. Dei gratia lingonensis episcopi et nostro in episcopum lausannensem iuxta formam mandati apostolici ad nos et eundem episcopum lingonensem directi canonice sit electus. et nos electionem ejus ex habundanti de prudentum consilio ecclesie bisuntin. auctoritate metropolitana confirmauerimus. eadem auctoritate vniuersis et singulis vobis in uirtute obedientie districte precipiendo *(mandamus)* quatinus eidem intendatis et obediatis. tanquam pastori ecclesie lausannensis. sciturі quod sententias quas in contradictores et rebelles rationabiliter tulerit ratas habebimus et uolumus et districte precipimus inuiolabiliter obseruari. Actum Bisuntii anno Domini MCCXXXIX. die iouis proxima ante pascha.

Chartularium Lausannense Ms. Fol. XI^r. Ed. Lausann. 64, 65, 66.

128. Exsequiæ Willelmi de Sabaudia, Valentiæ electi.
1240. Maji 5.

Anno Domini MCCXXXIX delatus fuit de curia Romana illustrissimus vir dominus Guillermus de Sabaudia electus Valencie, qui inde Guillermus per inclite ac pie recordationis *dominus Petrus comes Sabaudie, et venerabilis pater dominus Burchardus abbas* Altecombe, tertio nonas maii fuit hic honorifice sepultus. Requiescat in pace. Amen. *)

Chron. Altæcumb. Abbatiæ, in Monum. hist. pat. Scriptt. T. I. Col. 673.

129. Sententia duorum Episcoporum de promissionibus sepositis Guigonis Dalphini, filiæ Barralis de Baucio factis. **1240. Mense Junio. apud Buxerias.**

Compromissum in P. Gratianopolit. et A. Maurian. Episcopos, pro dirimenda lite exorta de matrimonio contracto inter Guigonem Dalphinum Viennæ et Albonis et filiam Comitis Provinciæ, quæ illi promissa erat, dum iniisset promissiones priores cum filia Barralis Domini de Baucio. Testimonia deposita circa .inpubertatem Guigonis tempore promissionis cum filia Barralis. Act. A. D. MCCXL. Mense Junio ap. Buxerias.

129. a. **1240.** Mense Junio. ap. Buxerias. Sententia prædictorum Episcoporum, et licentia data Dalphino adimplendi matrimonium suum cum filia Comitis Provinciæ.

Ambæ chartæ, Inv. Duc. Sabaud. Fasc. N⁰. 4. Convol. Apogr. Doc. N⁰. 77, 78.

130. Petrus de Sabaudia assumit advocatiam Ecclesiæ Paterniacensis. **1240. Junii 23. Melduni.**

Ego Petrus frater comitis Sabaudiæ, Comes Rotundi Montis, cum voluntate Hugonis Abbatis Cluniacensis, capio a Stephano Priore Paterniaci, Avoveriam dicti loci cum appenditiis quoad vixerim et promitto defendere et protegere dictam domum et ecclesiam contra omnes. Testes, dominus de Champuent, Dominus de Granson, Ricardus de Sancto Martino, Humbertus de Fernay, Castellanus de Bellomonte et de Modon. Datum Melduni IX Kal. Julii, Anno Domini M°. CC°. XL°.

Pingon., fol. 298ʳ. Guich., Probat. p. 73. Hebdomadar. Solodor. anni 1828. p. 512.

***) Decessit Guillelmus de Sabaudia, electus Valentinus, die omnium Sanctorum, anno 1239, venenatus Viterbii, teste Matthæo Parisiensi, p. 517. Exsequiæ igitur Willelmi, quarum annus tacet necrologium, nonnisi die 5 Maji 1240 celebratæ sunt.**

130. a. Breve Gregorii IX Pont. Max. de instruenda inquisitione ratione successionis litigiosæ in sede episcopali lausannensi. **1240. Julii 10.**

Gregorius episcopus servus servorum Dei. dil. filiis abbati. et priori Atthanacensi et sacriste S. Pauli lugdun. salutem et apostol. benedictionem. Ad audientiam nostram noueritis peruenisse. quod cum nos olim B. episcopi quondam lausann. cessione recepta dederimus Lausann. capitulo nostris litteris in mandatis. ut ne lausann. ecclesia per uacationem diuturnam dispendia pateretur infra tres menses post receptionem earum cum consilio ven^{m}. fratrum nostrorum archiepiscopi bisuntin. et episcopi lingon. prouiderent sibi de persona ydonea per electionem canonicam in pastorem. Iniunximus etiam ipsis archiepiscopo et episcopo vt si dictum capitulum infra idem tempus sibi prouidere negligeret ipsi ex tunc auctoritate nostra prouiderent ecclesie memorate. Licet tunc prefati capitulum termino ad eligendum prefixo dictorum archiepiscopi et episcopi apud sedem apostolicam illo tempore commorantes et postmodum eciam tempore ad eligendum eidem capitulo a nobis indulto. per unius mensis spacium per alias litteras prorogato et alio termino ad eligendum in certo loco de dictorum archiepiscopi et episcopi uoluntate statuto. super hoc consilio postularint. Cum tamen in ipso termino postquam ultro duos dies indultum a nobis spacium indurabat. eorum habere consilium nequiuerunt. Ne interim labente tempore ius amitterent eligendi major et sanior pars eorum reliquis sepius requisitis et conuenire nolentibus cum eisdem dilectum filium philipum primicerium metensem. uirum nobilem. prouidum. et honestum. cuius potentia ecclesie predicte iura seruarentur illesa. elegerunt in suum episcopum postulando. ne quid in eorum et ipsius electionis preiudicium fieret sedem apostolicam appellantes. sed reliqui minor et inferior pars capituli lausann. que eligendi iure reddiderant se indignos. post electionem et appellationem ipsorum elapso iam termino in nostris litteris comprehenso in loco ualde suspecto ad quem sine graui periculo accedere non ualebant. sicut etiam illi dictis archiepiscopo et episcopo intimauerant et in termino quem ipsi archiepiscopus et episcopus licet non procurauerint ad ipsos ad eligendum capitulo assignauerunt eidem cantorem ecclesie memorate insufficientem de consilio archiepiscopi et episcopi predictorum sine ipsis de facto eligere presumpserunt *(vox deleta)* dum confirmato pre-

fati archiepiscopus et episcopus formam sibi traditam non seruantes mandauerunt obedientiam et reuerentiam a predicto capitulo exhiberi. Uerum cum prefata ecclesia grauiter in spiritualibus et temporalibus collapsa dicatur. nos uolentes misericorditer eidem prouidere. ne huiusmodi electionnm occasione cotidie in vtrisque grauius dilabatur. discrecioni uestre per apostolica scripta mandamus quatinus ad eandem ecclesiam personaliter accedentes. inquiratis auctoritate nostra super premissis solicite ueritatem et eam fideliter conseruantes sub sigillis uestris nobis transmittatis inclusam. assignantes tam electoribus quam electis terminum peremtorium competentem quo ipsi electi si electioni sue duxerint insistendum personaliter. electores autem per procuratores ydoneos et sufficienter instructos. nostro se conspectui representent iustam actore Domino sententiam recepturi. venerab. prefatis archiepiscopo et episcopo inhibere curetis ne vlterius in negotio ipso procedant. Relaxantes auctoritate nostra excommunicationis sententias ad candelam. Si quas per eos in illos qui cantorem ipsum noluerint recipere pro electo inueneritis esse latas. faciendo eisdem restitui omnia quibus per dictum cantorem aut consanguineorum suorum seu amicorum potentiam eos constitit spoliatos. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. prouideatis autem ne iterum dilapidentur bona ecclesie memorate. Mandantes ministerialibus et vassallis eiusdem ecclesie vt castra et alia bona ipsius ad opus ejusdem donec eidem fuerit de pastore prouisum fideliter studeant conseruare. Et si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo uestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani VI. idus Julii pontificatus nostri anno XIII.

Chartul. Lausannense, Fol. XI verso. Ed Laus. p. 67-71.

131. Litteræ Abbatis et prioris Athanacensis, Abbati S. Mauricii Agaun. perscriptæ, ad electionem litigiosam Episcopi Lausannensis spectantes. **1240. Augusti 31.**

A. Dom. MCCXL. pridie Kalend. Septembr. Litteræ abbatis et prioris Atthanacensis, et sacristæ S. Pauli Lugdun. Abbati S. Mauritii in Agauno, cum transsumto brevis Gregorii papæ, de electione litigiosa duorum episcoporum lausann. Mandatur Abbati Agaun. ut citet coram delegatos prædictos papales, ambos electos, Philippum et cantorem, et electores eorum apud Lausannam, ad diem mercurii post quindenam b. Michaelis et

ad dies proxime sequentes. Prohibitionem injungere jubetur ultro Abbas Agaun. ambobus electis, distribuere siue impignorare bona ecclesiæ lausann. seu quoquo modo dicta bona dilapidare. Citentur et omnes Ministrales coram prædictum judicium, et omnes contradictores vel rebelles per censuram ecclesiasticam compescantur. Pridie Kal. Sept., A°. MCCXL°.

Chartul. Laus. XI°. Ed. Laus p. 67-68.

132. Litteræ Abbatis Athanacensis, et aliorum delegatorum, ad priorem de Valunes, de compescenda lite circa successionem in sede Lausannensi.

1240. Octobris, 26. ap. Gebennis.

A. D. MCCXL. VII Kal. Novembris. G. abbas, et prior Atthanacensis, et G. sacrista S. Pauli Lugdun. mandant priori de Valunes, Carthus. ordinis, se ob quasdam justas causas, die assignata, in negotio compescendæ litis de successione in sede Lausann. inter Philippum de Sabaudia, primicerium metensem et Johannem Cantorem lausann. non procedere potuisse. Quocirca prior de Valunes personaliter adeat Lausannam et citationem insinuet, ad comparendum coram prædictis Abbate, priore et sacrista, apud S. Eugendum jurensem, die lune proxima post octavam instantis festi b. Martini (Nov. 12) et diebus subsequentibus, ipsi et personaliter, Johannes electus Lausann. et capitulum, et nominatim, C. Præpositus, Will. prior S. Marii, G. Sacrista, Josephus succentor, Mag. Jacobus, Petrus de Fruentia, Rod. de Wuflens, Nicholaus de Chavornai, Amedeus filius Comitis Gebennensis, Amedeus dou Bornel, Petrus de S. Martino, Will. de Gruieria, Præpositus Novi Castri, Petrus de Vilcta, Willermus de Gumoins, Remondus de Roveno, Ydricus dapifer, canonici Lausann. Dom. Ricardus presbiter dictus Mesnies, Mag. Nicholaus Capellanus, Petrus de Dunneluye, Petrus Desria, et filius Salterii lausann. clerici: Girardus Martin, Petrus Abicel, Girardus Pignichat, laici: et Reymundus capellanus de Cossonay. Injungat prior Valunensis his citatis, ut testimonium dent veritati super iis, quæ de illis, auctoritate apostolica inquiretur, et non comparentes pœna excommunicationis comminetur: jubeat idem capitulum, ut transmittat delegatis apostolicis omnia documenta, ad negotium tractandum spectantia per nuntium fidelem.

Chartul. Lausann. Fol. XII^r. Ed. Laus. p 71.

133. *Amedeus Comes, Thomam fratrem instituit heredem et successorem, casu qno decederet sine prole mascula.*

1240. Novembris 2. ap. Segugium.

Amedeus Com. Sab. et Marchio in Italia donationem facit Thomæ, Flandriæ Comiti, fratri suo, casu quo decederet ipse Amedeus sine prole mascula, totius Comitatus sui Sabaudiæ Marchionatus Italiæ, et Ducatus Chablasii, et omnium quibus gaudebat ratione Comitatus, Marchionatus vel Ducatus prædictorum: sub conditione, ut solvat Thomas omnia debita Thomæ Comitis, patris, et Humberti, fratris ipsorum. Mandat Amedeus prædicta Castellanis Segugii, Montis Meliani et Guidoni de Ammasino, Castellano Chillionis. Dat. IV Non. Novembris, A°. Dom. MCCXL ap. Segugium in palatio.

Inv. Testament. Fasc. I. N°. 2. Zibaldone.

134. *Citatio Competitorum aspirantium ad dignitatem episcopalem Lausannensis ecclesiæ, coram delegatis apostolicis.* **1240. Novembris 28.**

Uiro uenerabili et discreto et in Christo amico Karissimo priori de Valnnes cartusiensis ordinis frater G. humilis abbas. G. prior Athanacensis et P. sacrista sancti Pauli Lugdun. inquisitores a domino papa dati salutem in Domino Jhesu Christo. Auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte vobis precipiendo mandamus quatinus Johanni cantori lausannensi qui pro electo se gerit et electoribus ipsius uidelicet Jacobo archidiacono carnotensi Nicholao de Chavornai. Amedeo de Gebenn. Amedeo dou Bornel. W. de Gruieria. P. de Sancto Martino. Petro et Henrico de Fruencia. Item Philipo de Sabaudia et ejus electoribus uidelicet C. Præposito. W. thesaurario. Williermo priori Sancti Marii. G. sacriste lausannensi. Magistro Lodouico scolastico lausannensi. O. preposito Solodorensi. Al. preposito Noui Castri. O. decano Novi Castri. Raymondo de Roveno. P. de Vileta. Vldrico dapifero. Rodulfo de Wufleins. G. de Burgo. Rodulfo de Monte. W. de Gumoinş et W. de Chanvent assignetis diem ad proximas octauas purificationis beate Marie vt dicta die dictus Johannes cantor et Philipus qui dicuntur electi personaliter si electioni sue duxerint insistendum. Electores uero ipsorum supradicti per procuratores ydoneos sufficienter instructos apostolico se conspectui representent sententiam audituri super negotio ecclesie lausannensis. Si quos uero predictorum in ciuitate lausannensi presentes non inueneritis presentem citationem publice denuncietis in ecclesia lausan-

nensi. Datum die Mercurii ante festum beati Andreæ anno Domini MCC. quadragesimo. Reddite litteras cum appositione sigilli uestri. in signum mandati exequti.

Chartul. Laus. Fol. XII recto. Ed. Laus. p. 72-73.

135. Petri de Sabaudia litteræ reversales pro ecclesia Paterniacensi. **1240. Mense Novembris.**

Notum fiat etc. Quod Ego Petrus de Sabaudia iuravi Priori et Ecclesie Paterniacensi et ipsius ville Burgensibus tam pauperibus quam divitibus servare et manutenere pro posse nostro omnibus diebus vite mee iura ipsius Ecclesie et dicte ville hoc adiecto quod si forte contigerit ut duellum in ipsa villa Paterniacensi firmatum fuerit, ipsum duellum in eadem Villa et non alias debet fieri et deduci. Quod ut ratum permaueat, ipsam cartam dictis Priori et Burgensibus, sigilli mei munimine tradidi roboratam. Actum A. D. MCC quadragesimo Mense Novembris.

Guichenon Pr. 73.

136. Rodolphus, Comes Grueriæ, cedit Amedeo Comiti Sabaudiæ, homagium sibi debitum Rodolphi de Grueria.

1240.

Nouerint vniuersi quorum scire interest. quod Ego R. Comes de Grueria spontanea et beneplacita uoluntate. laudante et concedente P. filio nostro. absolui et quitaui ab omni humagio et liuitate R. filium *(lacuna)* e Grueria et omnes heredes suos qui eidem in posterum nascerentur Reuerendissimo domino. A. Comiti Sabaudie et heredibus suis. Ea uidelicet racione ut dictus R. et heredes sui nascituri prefato domino Comiti Sabaudie et heredibus suis libere et absolute humagium facerent. et alias prout placuisset perpetuo deseruirent. Quod ut firmum et ratum habeatur presentem paginam sigilli mei munimine roboraui. Actum anno gratie M°. CC°. XL°.

Ex authentico, in Archivo Camerali Taurin. adservato, Inv. Bar. Waudi. Pingon., fol. 296. Zibald.

Eo tunc de Grueria comitum hominio disceptari coeptum est. Namque Rodolphus Johannis filius nullum a Cæsare agnoscere contendebat. Huic filii erant Petrus, Bernardus et Vuillelmus. Ex fratre vero Johannis (Johanne?) Rodolphum nepotem habebat. Hos Sabaudus, quod Chablasii dux et jam per Vantuates et Latobriges late profunderetur, ad officium vocabat. Rodulphum secundum adigit tandem subegitque, diu quamvis.... Rodolfo obsistente. Dies longa parere docuit. Hic

que, et Petrus filius ne quid sibi gravius succederet, potestatem huic secundo Rodolpho fecit, ut uti vellet, Sabaudo obediret. Tabularum hæc verba sunt. „Rodolphus, Comes Gruerie et Petrus ejus filius *absolvit* ab omni homagio et ligitate Rodolphum filium *Joannis* de Grueria et heredes suos, quod homagium fecisset libere et absolute Amedeo Comiti Sabaudie confirmantes etc.“ (*In margine scribit Pingonius.*) Literis datis apud Orons anno 1240.

Ejusdem facti ratio, a Pingonio data. Chronicon. fol. 296. recto.

In Regestis suis, chartarum Sabaud. Zibaldone nuncupatis, hujus documenti hanc facit mentionem idem Pingonius:

1240. Rodolphus Comes Gruerіæ et Petrus, ejus filius absolvunt ab omni homagio et ligitate, Rodolphum filium Joannis de Grueria et heredes suos, quod homagium faciant libere et absolute, et omnia confirmant.

136. a. **1240. Sine Mense.**

Humbertus de Aschuminis donat Petro de Sabaudia, quidquid possederat apud Domperro, et ab eo retroinfeodatur de rebus cessis.

Inv. Sabaudiæ Ducatus. Fasc. I. N°. 4. Convol. Apographorum, Doc. N°. 64.

137. Rex Angliæ, ad instantium Petri de Sabaudia perdonat Rogero le Gras. **1241. Februarii 28. Wudestoke.**

Anno XXV Henrici III Regis. Rogerus le Gras finem fecit cum Rege pro XX marcis pro habenda custodia terre et heredum Thome Tyrel cum maritagio eorumdem heredum de quibus XX marcis predicto Rogerio ad instantiam Petri de Sabaudia Rex perdonavit. Et mandatum est Vic. Sussexie, quod recepta securitate de X marcis residuis Regi reddendis ad duos terminos videl. etc. (annis XXV et XXVI regni nostri) de omnibus terris que fuerunt predicti Thome cum heredibus eorundem in ballia sua eidem Rogerio seisinam habere faciat.

Excerpta e Rotulis finium Henrici III. T. I. 337.

138. Henricus III, Rex Angliæ concedit Petro de Sabaudia honorem Richemundiæ cum multis aliis bonis et terris in variis Angliæ partibus sitis.

1241. Maji 6. Westmonasterii.

Henricus Dei gratia. Rex Anglie dominus Hibernie et dux Normannie et Aquitanie et comes Andegavie, archiepiscopis,

episcopis, abbatibus prioribus, comitibus, baronibus, iusticiariis, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem. Sciatis nos dedisse, concessisse et hac carta nostra confirmasse dilecto avunculo nostro Petro de Sabaudia, pro homagio et seruicio suo, villas de Richemund et Boghes cum castris et Wapentachiis et omnibus aliis pertinenciis suis, et manerium de Katerig et manerium de Multon, et manerium de Gilling, et manerium de Forsete cum omnibus pertinentiis suis in comitatu Eboracensi. Et in comitatu Lincolniensi, sokam de Gaiton, villam de Sancto Botulpho cum soka et nundinis, manerium de Frampton, manerium de Wikes et manerium de Wassingburg cum omnibus eorum pertinentiis. Et in comitatu Norfolcie manerium de Swapham, et manerium et sokam de Costesey cum eorum pertinenciis. et in comitatu Suffolcie manerium et sokam de Wissete, manerium et sokam Kettilberg, manerium de Nettilsted, et manerium de Wikes subtus Gippeswicum, cum omnibus eorum pertinenciis. et in comitatu Cantabrigie manerium de Bassingburn, et manerium de Hinton cum omnibus eorum pertinentiis. et in comitatu Hertfordie manerium de Cesterhunt cum omnibus pertinentiis suis. Habendum et tenendum de nobis et heredibus nostris, ipsi Petro et heredibus suis vel cuicunque de fratribus vel consanguineis suis ea dare assignare vel legare voluerit, in qualicunque statu corporis sui fuerit, bene et in pace libere et quiete imperpetuum, cum forestis, boscis, feodis militum, wardis, releviis, escaetis, maritagiis et aduocationibus ecclesiarum, et cum omnibus aliis pertinenciis, libertatibus et liberis consuetudinibus ad predicta maneria, castra, sokas, wapentakias, et honorem Richemund pertinentibus, faciendo inde nobis et heredibus nostris servitium feodorum quinque militum pro omni servitio consuetudine et demanda. Et quod de nullo supradictorum ipsum Petrum vel heredes sive legatarios suos disseisiemus vel aliquo modo disseisire permittemus, doneo escambium rationabile sibi prius inde assignaverimus. Quare volumus et firmiter precipimus pro nobis et heredibus nostris, quod predictus Petrus et heredes sui vel cuicunque de fratribus vel consanguineis suis ea dare assignare, vel legare voluerit, in qualicunque statu corporis sui fuerit, et heredes sui habeant et teneant de nobis et heredibus nostris, omnia maneria et castra predicta, cum wapentakiis, forestis, boscis, feodis militum, wardis, releviis, escaetis maritagiis, et advocationibus ecclesiarum, et omnibus aliis pertinentiis, libertatibus et liberis

consuetudinibus, ad predicta maneria, sokas, wapentakias et honorem Richemund pertinentibus, faciendo inde nobis et heredibus nostris servitium feodorum quinque militum pro omni servitio consuetudine et demanda. Nos autem et heredes nostri omnia predicta cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus et liberis consuetudinibus ad ipsa pertinentibus, dicto Petro et heredibus, assignatis sive legatariis suis contra omnes homines et feminas warrantizabimus imperpetuum. et quod de nullo supradictorum ipsum Petrum, vel heredes, assignatos, sive legatarios suos disseisiemus vel aliquo modo disseisire permittemus, donec escambium rationabile sibi prius inde assignaverimus, sicut predictum est. Hiis Testibus: Venerabilibus in Christo patribus: W. Eboracensi archiepiscopo, Anglie primate. P. Herefordiensi episcopo, et N. electo Dunelmensi. H. de Bohun comite Hereford! Stephano de Seagrave. Willielmo de Cantilupo. Johanne Biset. Hugone de Vinon. Bertramo de Crioll. Johanne de Plessetis. Bartolomeo Peche. Galfrido de Langeli, et aliis. Data per manum nostram apud Westmonasterium, sexto die Maii anno regni nostri vicesimo quinto.

Foedera Rymeri, I. 417.

139. **1241. Mense Martio. Albonæ.**

Donatio Jacobi de Albona, Petro de Sabaudia facta omnium sibi pertinentium in castro Albonæ, pro centum libris Gebennensibus: et infeodatur dictus Jacobus a Petro de Sabaudia de bonis traditis sub conditione homagii ligii, Petro præstandi. præbet mater dicti Jacobi consensum huic donationi vel venditioni. Act. Anno Domini MCCXLI°: M^oe Martio.

Invent. Ducat. Sabaudiæ Mz. I. N°. 1. Invent. feudor. Waudens. §. Aubonne, convol. N°. 5. Doc. N°. 1. Pingon. fol. 296.

140. Donatio Hartmanni Senioris, Comitis Kyburgensis Margarethæ de Sabaudia, uxori suæ facta, specie dotalicii.

1241. Maji 28.

H. Comes de Kyburch... cum consensu et bona voluntate fratruelis mei H. *(junioris)* Comitis de Kyburch, confero et dono uxori mee, Castra Windegge, Oltingin cum suis attinentiis, videl ministerialibus seruis et ancillis etc. aduocatiam et predium in Shennis, Wizennanc et Kemenatvn cum appenditiis etc. ut easdem res toto tempore uite sue libere et quiete possideat, sicut possideri solet donum propter nuptias quod uulgus Libgedinge appellare consueuit. et ut hec cum maiori cautela et securitate firmiori fierent etc. predictus fratruelis

meus in locis in quibus potuit voluntarie renunciauit, et uxorem meam in iure suo fouere et tueri iuratus promisit, etc. etc. persoluendas sibi infra spacium unius anni post mortem meam. CC. Marcas probati argenti cum pondere Turicensium sollempniter se obligando. Predium vero in Velthein cum iure patronatus ecclesie, predium in Rosseberc cum attinentiis, vineam Goltbach libere et quiete possidet iure proprietatis, quia cum argento quod pro dote recepit titulo emptionis est eidem uxori mee iuste et rationabiliter aquisitum. Ita videl. quod nullo contradicente ad heredes ipsius deuolui potest rerum istarum proprietas, et in ultima voluntate uel quando uoluerit ad libitum suum de ipsa proprietate ualet condere testamentum. Testes. Nobiles Vl. de Clingin. L. de Reginsspere. H. de Lupphun. H. de Chussathperc. C. et H. fratres de Tengin, et 23 milites et Ministeriales. Sigilla sua apposuerunt, Hartmannus Comes senior de Kyburch, Henricus, Episcopus Constantiensis, abbates Augensis et S. Galli, et Nobilis vir Volricus de Clingin. Datum ap. Kyburch, Anno gratie M°. CC°. XL°. I. V. Kalend. Junii, Indict. XIIII.

Inv. Matrim. Margar. de Kiburgo N°. 4.

Kalendis Junii proxime sequentibus ejusdem anni 1241, edidit et Hartmannus, Comes Junior de Kyburg, Chartam. qua confitetur se renunciasse sponte et cum bona voluntate, iuri quod sibi competebat in omnia bona, castra et iura prædicta, a patruo suo uxori ejus concessa, quæ enumerat nominatim: spondet solvere CC. marcas Turicensium uxori patrui infra terminum unius anni post mortem ejusdem patrui: jurat illam tueri, si vidua superviveret marito suo, et submittit sesemetipsum excommunicationi Episcopi Constantiensis, si iuramenti sui oblitus promissa sua violare præsumserit. Testes, iidem qui in præcedente charta; sigillatores, ipse Hartmannus Comes junior, et quatuor alii, qui sigillaverant illam, cum patruo suo. Datum apud Kyburch, Anno gracie M°. CC°. XL. I. Kalend. Junii, Indict. XIIII.

Inv. Matrim. Margar. Comit. Kyburgensis. N°. 5. Ambæ chartæ, editæ in «Urk zur Geschichte der Eidgenössichen Bünde» Auctore J. E. Kopp. II. p. 81.

141. ***Warandia Comitis Gebennensis pro Guigone Dalphino, spectans aâ matrimonium Rodolphi filii Comitis Gebennensis cum filia A. de Turre.*** **1241. Junii 8.**

Charta Willelmi Comitis Gebenn. quâ fert warandiam in gratiam Guigonis Dalphini Vienn. et Albonensis, de cautione

a dicto Guigone inita erga dom. A. dominum de Turre, pro observatione pactorum conventorum inter præfatum dominum A. de Turre et ipsum Comitem Gebennensem, spectantium ad matrimonium inter R. filium dicti Comitis Gebennensis, et dominam M. filiam domini A. de Turre. Dat. V Id. Junii, A. D. M. CC. XL. primo.

Archiv. Camerale Taur. T. CXXXV. Tit. Garderobbe N°. XXIV. Inv. chartar. Burgundicarum, Dalphinalium etc. Fasc. I. XIV. Ex transsumpto aliquid suspecto.

142. *Potestas regis Angliæ data Petro de Sabaudia, attrahendi ad partes suas Comites de Cabilone et de Vienna.*

1241. Junii 23. ap. Merleberg.

Henricus Rex Angliæ dat avunculo suo Petro de Sabaudia potestatem attrahendi ad obsequium suum nobiles viros Comitem Cabilonensem et Willielmum de Vienna, et alios, quos viderit Regi necessarios; et offerendi iisdem, ex parte ipsius Regis, feodum annuum pro homagio et servitio eorum, quale idem avunculus Petrus viderit, tam ipsis-nobilibus. quam honori Regis convenire; negotium istud discretioni Petri committendo. Dat. ap. Merleberg die 23 Junii, Anno regni 25° Hen. III.

Rymer Acta publica Angl. T I. P. I 138. a Rolul: patent. Anno XXV. Hen. III. m. 5.

143. *Transactiones Comitum Kyburgensium circa dotalicium Margarethæ de Sabaudia, Comitissæ senioris de Kyburg.*

1241. Julii 9. Surr.

I. H. Comes de Kyburch vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit. in uero salutari salutem. Omnis litigandi occasio tollitur, si facta fide digna memorie scripturarum commendantur. Nouerint igitur vniuersi, tam moderni quam posteri, quod ego Comes, cum consensn et bona uoluntate dilecti fratruelis mei. H. Comitis de Kyburch. contuli et donaui vxori mee, cum uerbis ad hoc deputatis et sollempnitate qua debui Castra Windege, Langinburc, Oltingin, cum suis attinentiis, videl. minisierialibus, seruis et ancillis, fundis, nemoribus, terris cultis et incultis, advocatiam et predium in Shennis, Wissenanc et Keminatun, Hetilingin, predia in utroque Sehein, Molendinum magius in Winterture, Sulze, Nubepretin cum reditibus lacticiniorum, omnium et singulorum appenditiis, ut easdem res toto tempore uite sue libere et quiete possideat, sicut possideri solet donum propter nuptias, quod uulgus Lipgedinge appellare consueuit. et vt hec cum maiori cautela et

securitate firmiori fierent et inconuulsa permanerent, predictus fratruelis meus in eisdem bonis et possessionibus munitionibusque predictis ante donationem iuri suo ad manus meas in locis in quibus potuit, uoluntarie renunciauit et vxorem meam in iure suo fouere et tueri iuratus promisit, sub eadem forma iuramenti ad persoluendas sibi infra spatium vnius anni post mortem meam. CC. marcas probati argenti cum pondere Turicensium sollempniter se obligando. Predium vero in Velthein cum iure patronatus ecclesie, predium in Rosseberc cum attinentiis, uineam Goltbach libere et quiete possidet iure proprietatis, quia cum argento quod pro dote recepit titulo emptionis est eidem vxori mee iuste et rationabiliter acquisitum. Ita videl. quod nullo contradicente ad heredes ipsius deuolui potest rerum istarum proprietas, et in vltima uoluntate, uel quando uoluerit ad libitum suum de ipsa proprietate valet condere testamentum. Testes de visu et auditu huius rei secundeque donationis et iterate confessionis sunt hii. Nobiles. L. et H. filius suus Comites de Vroburch, R. Comes de Habspurch. P. Comes de Buochegge, H. Comes de Valchinstein. C. de Bechburch. Duringus de Ramistein. W. de Chiene. B. de Bremigartin. H. de Sigenovwe. C. de Rüti. C. de Cranburch. D. de Gossincon. D. de Trahsilwalt. W. de Spicinberc. D. iunior de Ramistein. R. de Rormos. C. de Haltun. J. de Munsigin. H. de Lapide. B. de Calnach. W. de Ramistein, Uol. de Matistetin. H. de Svonunwert, B. et L. fratres de Liebegge. B. Barhant, Uol. et A. fratres de Rubinswiler, H. de Hetilingin, B. et Wal. de Halliwiler. W. de Sewon. W. et H. P. C. fratres de Slate H. de Sure. W. de Rore, R. de Buttinsulz, J. de Suomaltswalt, H. de Balmegge, Uol. de Chienberch, et alii quam plures quos tediosum est enumerare. Ad conseruationem uero huius rei et robur imposterum valiturum presens scriptum Sigilli mei et H. fratruelis mei Comitis de Kyburch, L. et H. Comitum de Vroburch, R. Comitis de Habispurch, uenerabilium in Christo de Sancto Vrbano, de Vrienisperc, de Wetingin Abbatum, Capituli ecclesie Beronensis, munimine est roboratum. Acta sunt hec Anno ab incarnatione domini. M°. CC°. XL°. I°. VII°. Idus Julii. Indictionis XIIII. in villa Sure.

Adsunt Sigilla omnia, præter Beronense.

II. H. Junior Comes de Kyburch Omnibus quos scire expedit, rei geste noticiam. Cum ea que geruntur in tempore ne simul labantur cum tempore, memorie scripturarum merito

commendentur. Vniuersitatem tam presentium quam futurorum scire desidero, quod ego, Comes sponte et cum bona uoluntate iuri, quod mihi competebat in castris Windege, Langinburg, Oltingin, aduocatia et patrimonio in Shennis, Wissenauc et Keminatun, Hetilingin, prediis in vtroque Sehein, Molendino magiori in Wintirture, Sulze, Nubrethtin, cum reditibus lacticiniorum, omnium et singulorum attinentiis, ministerialibus, seruis et ancillis, terris cultis et incultis, nemoribus, ad manus patrui mei Comitis. H. de Kyburch in locis quibus hoc fieri debuit, renunciaui, in donationem earundem rerum et munitionum vxori sue solito more factam, quo donum propter nuptias datur, quod uulgus Lipgidinge nominat, libere et uoluntarie consentiendo. Predium uero in Veltheim, Rosseberc cum suis attinentiis, Vineam Goltbach eam scio et confiteor possidere iure proprietatis. Ita videl. quod nullo contradicente ad heredes ipsius deuolui potest rerum illarum proprietas, et in vltima uoluntate uel quando uoluerit secundnm quod ei placuerit de ipsa proprietate valet condere testamentum. Verum quia eandem dilectam affinem meam vxorem patrui mei supradicti, si uiro suo H. Comite uiduata fuerit, merito tueri et defendere teneor ad conseruandum sibi ius snum in rebus et munitionibus predictis et ad persoluendum infra spatium unius anni post mortem mariti. CC. marcas probati argenti cum pondere Turicensi sollempni me iuramento obligaui, et hoc tenore presentium protestor, quod et aliquando ipsam, quod absit, huius oblitus iuramenti, in rebus sepedictis uel alio modo aliquo grauare uel molestare presumpsero, et si talem eccessum ammonitione premissa infra spacium unius mensis non correxero. excommunicationi Sedis apostolice et venerabilis Constant. Episcopi, et proscriptioni maiestatis imperatorie ipso facto sum innodatus et tamquam exlex ad omnem actnm legittimum illegittimus. Testes de uisu et auditu huius rei secundeque donationis et iterate confessionis sunt hii. Nobiles. L. et H. filius suus Comites de Vroburch. R. Comes de Habispurch. P. Comes de Buochegge. R. Comes de Valchinstein. C. de Bechpurch. Duringus de Ramistein. W. de Chiene. B. de Bremigartun. H. de Sigenouwe. C. de Rüti. C. de Cranburc. D. de Gossincon. D. de Trahselwalt. W. de Spicinberc. D. iunior de Ramistein. R. de Rormos. C. de Haltun. J. de Munsingen. H. de Lapide. B. de Calnach. W. de Ramistein. Uol. de Matstetin. H. de Svoninwert. B. et L. fratres de Liebegge. B. Barhant. Uol. et A. fratres de Rubinswiler. H. de Hetilingin. B. et Wal. fratres de Hallewiler.

W. de Sewon. W. et H. P. C. fratres de Slate. H. de Sure. W. de Rore. R. de Butinsulz. J. de Suomaltswalt. H. de Balmegge. Uol. de Chiemberc. et alii quam plures quos tediosum est enumerare. Ad conseruationem uero huius rei et robur inposterum valiturum, presens scriptum sigilli mei et H. patrui mei Comitis de Kyburch. L. et H. Comitum de Vroburc. Comitis de Habispurc. venerabilium in Christo de Sancto Vrbano. de Vrienisperc. de Wetingen abbatum. Capituli Ecclesie Beronensis munimine est roboratum. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini. M°. CC°. XL°. I°. VII° Idus Julii. Indictione XIIII. in villa Sure.

Adsunt septem Sigilla: desunt duo, videl. Abbatis de Frienisberg et Capituli Beronensis.

III. H. Comes de Kiburch vniuersis. ad quos presens scriptum peruenerit. salutem. Omnis litigandi occasio tollitur. si ea que geruntur in tempore. ne simul labantur cum tempore memorie scripturarum salubriter commendantur. Nouerint igitur vniuersi presentes ac posteri. quod ego Comes. cum consensu et bona uoluntate dilecti fratruelis mei. H. comitis de Kiburch. contuli et donaui vxori mee, cum uerbis ad hoc deputatis et sollempnitate. Castra Badin. Windegge. Morsperch. cum suis attinentiis. videl. ministerialibus. servis et ancillis. fundis. nemoribus. terris cultis et incultis. aduocatiam et predium in Shennis. Wissenanc. Kemnatun. Hettilingin. predia in vtroque Sehein. molendinum maius in Winterture. Sulze. Nuprehton cum redditibus lacticiniorum Stadiln omnium et singulorum appenditiis. vt easdem res toto tempore uite sue libere et quiete possideat, sicut possideri solet donum propter nuptias quod nulgus Lipgedinge appellare consuevit, et vt hec cum maiori cautela et securitate firmiori ficrent et inconuulsa permanerent. predictus fratruelis meus in eisdem bonis et possessionibus munitionibusque predictis ante donationem iuri suo renuntiauit ad manus meas in locis quibus potuit, et vxorem meam in iure suo fouere et tueri iuratus promisit. sub eadem forma iuramenti ad persoluendas sibi infra spacium anni vnius post mortem meam ducentas marcas probati argenti cum pondere Turicensi sollempniter se obligando. Predium uero in Veltheim cum iure patronatus ecclesie. predium in Rossiperch cum attinentiis. vineam Goltbach. Richinbach. Ruetelingen libere et quiete possidet iure proprietatis. quia cum argento quod pro dote accepit titulo emptionis est eidem vxori mee iuste et

rationabiliter acquisitum. ita videlicet quod nullo contradicente ad heredes ipsius deuolui potest rerum istarum proprietas. et in vltima voluntate uel quando uolueril ad libitum suum de ipsa proprietate valet condere testamentum. Testes de uisu et auditu secundeque donationis et iterate confessionis sunt hii. L. et H. filius suus comites de Vroburch. R. comes de Habisburch. P. comes de Buochegge. R. comes de Valchinstein. C. de Bechburch. D. de Ramstein. L. et L. de Reginsperch. H. de Thengin. Uol. de Wezincon. R. de Warte. R. de Matzingin. Wer. de Kiene. B. de Bremigarton. H. de Sigenowe. C. de Ruti. C. de Cranburch. D. de Gossincon. D. iunior de Ramstein. D. de Trasilwald. nobiles. C. de Haltun. Jo de Munsingin. H. de Lapide. Ber. de Kalnache. Wal. de Ramstein. Uol. de Matstetin. H. de Shonenwert. B. et L. fratres de Liebegge. Bur. Barhant. Uol. et A. fratres de Rubishwile. H. de Hettilingin. Ber. et H. de Halliwile. Wer. de Seon. Wal. P. C. et H. fratres de Slatte. H. de Sure. Wal. de Rore. R. de Butinsulze. Jo. de Sumolswald. H. de Balmegge. Uol. de Kienberch. milites. et alii quam plures quos tediosum esset enarrare. Ad conseruationem huius rei et robur in posterum valiturum presens scriptum ad preces meas venerabilium virorum. H. Constant. Episcopi... Augensis et Sancti Galli abbatum. sepedicti fratruelis mei. H. iunioris comitis de Kiburch ac mei. nobilium virorum L. de Reginsperch et Uol. de Clingin est sigillorum munimine roboratum. Acta sunt hec in villa Sure, anno domini M°. CC°. XLI°. VII°. Idus Julii. indictione XIIII.

Deperditum est autenticum hujus chartæ, sed adservatur in Tabulario aulico Taurinensi Apographum ejus perantiquum.

IV. H. iunior Comes de Kiburch omnibus, quos scire expedit, rei geste notitiam. Cum ea que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore. memorie scripturarum frequentius commendantur. Vniuersitatem tam presentium quam futurorum scire desidero, quod sponte et bona uoluntate mea iuri. quod mihi competebat in Castris Badin. Windegge et Morsperch. aduocatia et patrimonio in Shennis. Wissenanc, Kemnatun, Hettilingin, prediis in vtroque Sehein, molendino maiori in Winterture, Sulze. Nuprehton. cum reditibus lacticiniorum, omnium et singulorum attinentiis. ministerialibus, seruis et ancillis, terris cultis et incultis. nemoribus. ad manus patrui mei. H. Comitis de Kiburch in locis quibus hoc fieri

debuit renunciaui, in donationem earundem rerum et mvnitionum vxori sue solito more factam, quod donum propter nuptias datur, quod vulgus Lipgedinge nominat, libere et uoluntarie consenciendo. Predium vero in Velthein. Rossiberch cum suis attinentiis, uineam Golpach, Richinbach et Ruetelingin eam scio et fateor proprietatis titulo possidere. Ita uidelicet quod nullo contradicente ad heredes ipsius deuolui potest rerum istarum proprietas, et in vltima uoluntate vel quando uoluerit secundum quod ei placuerit de ipsa proprietate valet condere testamentum. Verum quia eandem dilectam affinem meam vxorem patrui mei supradicti, si uiro H. Comite fuerit uiduata, merito defendere teneor et tueri, ad conseruandum sibi ius suum in rebus et munitionibus predictis et ad persoluendum infra spacium vnius anni post mortem mariti sui ducentas marcas probati argenti cum pondere Turicensi sollempni me iuramento obligo, et hoc tenore presentium protestor, quod si aliquando ipsam quod absit, huius oblitus iuramenti, in rebus sepedictis vel alio modo aliquo grauare uel molestare presumpsero. et si talem eccessum amonitione premissa infra spacium vnius mensis non correxero, excommunicationi sedis apostolice et venerabilis Constant. Episcopi et proscriptioni maiestatis imperatoric ipso facto sum innodatus et tam quam exlex ad omnem actum legitimum illegitimus. Testes de uisu et auditu secundeque donationis et iterate confessionis sunt hii. L. et H. Comites de Vroburch. R. Comes de Habispurch. P. Comes de Buchegge. R. Comes de Valchinstein. C. de Behburch. D. de Ramstein. L. et L. de Reginsperch. H. de Tengin. Vol. de Wezincon. R. de Warte. R. de Mazingen. Wer. de Kiene. B. de Bremgarton. H. de Sigenovwe. C. de Ruti. C. de Cranburch. D. de Gosincon. D. iunior de Ramstein. D. de Trahsilwald nobiles. C. de Haltun. Jo. de Munsingin. H. de Lapide. Ber. de Kalnache. Wal. de Ramstein. Vl. de Matstettin. H. de Shounwert. B. et L. fratres de Liebegge. Bur. Barhant. Vol. et A. fratres de Rubishwile. H. de Hettilingen. Ber. et Wal. fratres de Halliwile. Wer. de Seon. Wal. P. C. et H. fratres de Shlatte. H. de Sure. Wal. de Rore. R. de Butunsulze. Jo. de Sumolswald. H. de Balmegge. Vl. de Kienberch milites. et alii quam plures quos tediosum esset enarrare. Ad conseruationem huius rei, et robur in posterum valiturum presens scriptum ad preces meas uenerabilium uirorum H. Constant. episcopi.. Augensis et.. Sancti Galli abbatum. H. patrui mei Comitis de Kiburch ac mei, nobilium uirorum. L. de Reginsperch et Vl. de Clingin est sigillorum munimine robo-

ratum. Acta sunt hec in villa Sure, anno domini M°. CC°. XLI°. VII Idus Julii, Indictionis quartedecime.

Extant sex sigilla: deest illud Vlrici de Clingen.

Matrimonj de Principi di Savoja. Maritaggio di Margareta di Savoja co'l Conte Artemanno di Kiburgo, Fasc. I. Nr. 6. 7. 8. Cod.: Zeerled. I N°. 247. Kopp Urk. II. §. 83-87.

143. *a. Index dotalitii Margarethæ de Sabaudia, Comitissæ de Kyburg, ab illa vindicati.* **Sine ullo dato: saltem post mortem Hartmanni senioris Comitis de Kyburg conscriptus.**

A. Hec sunt Res, de quibus illustris domina Marg. comitissa de Kyburc habebat possessionem: Castra Baden, Windege, Morsperc cum suis appendiciis, Aduocacia et predium in Shenuis, Wizenanc, Khemiuaton, Hetilingiu, predia in vtroque Schein, Molendinum maius in Wintertur, Nuprehton cum redditibus lacticiniorum, Ciuitas Wintertur.

Item Velthein, Richenbach, Mosenbur, cum suis attinenciis et quibusdam aliis possessionibus circumiacentibus.

Item Kyburc quod tenebat tempore mariti sui, qui in ipsam transtulerat possessionem. De omnibus supradictis Comes Rodolphus spoliauit supradictam Comitissam. Vnde petit sibi reddi, Restitui supradictas possessiones et quasi possessiones cum fructibus inde perceptis et qui ex eis percipi poterunt.

(Infra spatium duorum versuum vacuorum sequitur:)

B. Ista sunt que sunt de donatione propter nupcias sive de dotalicio facto illustri domine M. comitisse de Kyburc, que debet habere libere et quiete possidere toto tempore vite sue, videlicet castra Baden, Windegge, Morsperc cum suis attinentiis, aduocatia et predium in Shennis, Wizenanc, Keminaton, Hettilingin, predia in vtroque Sehein, Molendinum maius in Wintertur, Sulz. Nuprehton cum redditibus lacticiniorum, stadiln, omnium et singulorum appendiciis. Item ducente marche argenti ad pondus Turicense.

Item iure proprietatis et dominij pertinent ad eam predium in Velthein cum iure patronatus Ecclesie, predium in Rosseberc cum attinentiis, vinea Golpach, Richenbach, Rutilingen, ita quod de istis testari potest et ad heredes suos transfundere, et ista patent per duo paria cartarum sigillatarum septem sigillis, quibus in dorso est crux supraposita. Item Moseburc castrum cum suis attinenciis, sicut patet per litteras tribus sigillis sigillatas, quibus suprapositum est A.

Item propter nupcias donacio de supradictis rebus, de Kyburg et de Wintertur potuit fieri, ut patet per literas episcopi et capituli Argentinensis ecclesie, quibus suprapositum est ⊕ scissum. Item consensu et voluntate Argentinensis episcopi et capituli et plurimorum episcoporum facta fuerunt supradicta, ut patet per litteras quibus supraposita M. littera.

Item defendere tenetur comes R. dictam comitissam ab omnibus molestantibus eandem siue iniuriantibus eidem per iuramentum, sicut patet per litteras dicti comitis euidenter, quibus suprapositum est R.

Item comes iunior tenebatur custodire, defendere et tueri eandem dominam in eisdem possessionibus, quod si non faceret post monitionem, Argentinensis episcopus debet occupare omnia feuda, vt patet per litteras dicti comitis, quibus suprascriptum est N.

Item ea que moueri dignoscuntur ab episcopo Constantiensi, plurimorum episcoporum Constantiensium consensu sunt confirmata, vt patet per litteras, quibus suprapositum est B.

Item Diezenhouen pertinet ad dominam comitissam, ut patet per litteras quibus superscriptum est E.

Item Richenbach pertinet ad dictam dominam iure acquisito, vt patet per litteras quibus superscriptum est V.

Item ambe aduocacie in utroque Ilnowe pertinent ad eam, sicut patet per litteras comitis iunioris de Kyburch. Item predium apud villam Biseht. Item quoddam bonum situm in villa Lindowe. Item bona apud Osterhalde cum prato empto a Wil. de Thachenant *(Gachenanc?)* sicut patet per litteras quibus superpositum est signum tale F.

Item Oltingin spectat ad dominam comitissam ratione dotalicii, sicut patet per litteras duplices super hoc confectas quibus subpositum est G.

Item Clarona pertinet ad eam, sicut patet per litteras regis patentes.

*Inv. Maritaggi de Principi Fasc. I Marit. di Margarita etc. In duabus membranis. Kopp, Urk. etc. II. **101**.*

143. b. *Spondet civitas Friburgi in Ochtelandia, se protecturam fore Margaretham, uxorem Hartmanni senioris, in possessione quieta omnium bonorum, ei a dicto consorte suo collatorum et promissorum.* **Sine dato: forsan Anno 1241, 1242 vel 1243.**

In nomine Domini. Vniuersis Christi, fidelibus presentem paginam inspecturis. C. Aduocatus, Consilium et Vniuersitas

ciuium de Vriburt, rei geste noticiam. Nouerit uestra Karitas, dominum comitem H. Seniorem de Kyburc. cum consensu fratruelis sui dni. H. Comitis iunioris. Honeste domine Margarete vxori sue quedam bona nomine dotalicii contulisse. Et vt predicta dotalicia. tam ea que iure proprietatis seu eciam mobilia sibi collata a comite memorato marito suo. prefata domina comitissa quiete ac pacifice possideret. Illustris dns. H. dictus Comes Junior de Kyburc cautione iuratoria se astrinxit. quod dominam Comitissam. vxorem videl. patrui sui. nunquam lederet in hiis que quocunque iure sibi cederent a patruo suo Comite memorato. et quod eam ab incursu et inuasione omnium super bonis predictis pro uiribus defensaret. illis videl. bonis que in literis super hoc confectis et sigillo suo sigillatis nominatim sunt expressa. Vt autem dictus dns. Comes iuramentum super defensione. prenotate domine arcius custodiret. nos ad preces suas et licentiam iurauimus. eidem dno. Comiti nunquam persoluere iura sua. nec fidelitatem nec obsequia debita exhiberi. si dominam Comitissam in dotaliciis seu propriis suis, tam mobilibus quam immobilibns inquietatam. infra duos menses satisfactione congrua non placaret. aut ab aliis inuasoribus non defenderet. quos posset commode ab eiusdem domine grauamine refrenare. Nos ergo. quod iuramento promisimus vt dicta domina cum quiete teneat bona sua. obseruaturos nos publice profitemur. uidel. quod sepedicto Comiti seruicia. fidelitates et iura debita subtrahemus. a quibus ipse eciam nos absoluit. si quod Deus auertat dictus dominus noster Comes in defeusione seu restitutione ablatorum per eum infra terminum prenotatum inuentus fuerit negligens aut remissus. Et si secus facere nos contigerit. tenore presencium protestamur. nos esse fidei uiolatores et juramenti contemptores. Acta sunt hec presentibus. C. aduocato. C. filio suo. Wil. de Wiler. P. fratre suo. R. de Wolkeswile. C. de Maccheberc. Wil. de Endelisperc.... de Rupe. Uolr. de Metelon et fratribus suis. W. de Hatenberc. Consilio et Vniuersitate eiusdem ville. Vt autem ista vigorem obtineant firmitatis. decrevimus ea nostri sigilli et domini H. Comitis innioris de Kyburc munimine roborari.

Adpensa extant autentico sigilla prænotata.

Invent. Matrimoniorum Principum Sabaudorum, Fasc. I Matrimonium Margarethæ cum Hartmanno Kyburgensi, N°. 9. Kopp, Urk. zur Geschichte der Eidg. Bünde, Chartar. T II. p. 91. Zeerleder. N°. 250.

144. *Transactio regis Angliæ cum principe Norwalliæ, Petro de Sabaudia teste.*

1241. Augusti 31, vel paulo post, sed sine ullo dato.

David, filius Llewellini, quondam principis Norwalliæ, concedit Henrico Angliæ Regi, quod staret juri in curia sua super portione terræ quæ olim fuit Llewellini patris sui, cuius seisinam tunc habebat et tenebat: si qua Griffinum fratrem suum contingere deberet, secundum consuetudinem vel jus Walliæ prout Rex elegerit: et si Rex faceret pacem inter se et Griffinum, promittit tenere et servare illam. Concedit etiam, quod tam ipse quam Griffinus portiones, quæ utrique contingerent, tenerent in capite de Rege Angliæ. Accedunt plures aliæ concessiones dicti Davidis, Regi factæ, in complementum pacis inter illos conditæ. Testibus: W. Archiepiscopo Eboracensi, Angliæ primate. R. Lincolniensi et P. Herefordensi Episcopis. W. de Ferrariis, comite Derbiensi: R. le Bigod comite Norffolcensi. H. de Albiniaco com. Arundell. Petro de Sabaud. Johanne de Monemuth. Joh. filio Galfridi. Willelmo de Cantilupo. Herberto, filio Machi. Werimo de Erioyl *(Crioyl?)* Galfrido Dispenser, Drogone de Warentin et aliis.

Rymer I I. 139. b. Foedera Rym. I. 243.

145. *Willelmus de Stavajel, consentientibus liberis filii sui defuncti, cedit castrum de Stavajel in feudum ecclesiæ Lausannensi.* **1241. Septemb. 17. Lausannæ.**

Willelmus, dominus de Stavaje, consensu filiorum et filiæ Cononis, filii sui defuncti, videl. Rainaldi, Willelmi, Johannis et Willermettæ, cedit ecclesiæ S. Mariæ Laus. et electo Lausannensi Johanni, quicquid juris sibi competit in castro de Staviaco, et de concessis infeodatur a dicto electo. Sigillant Abbates Altecristæ, Alteripæ, et de Tela, et Cono, præpositus Laus. frater Willelmi patris. Acta sunt A. D. MCCXLI°. XV° Kal. Oct. in vestiario Lausann.

Codex membran. feud. Wand. fol. XLIII, XLIV. Inv. Duc Sab. Fasc. I. Convol 4. N°. 75.

146. *Concessiones a Rege Angliæ Petro de Sabaudia factæ.*

1241. Septemb. 25. ap. Westmonast.

Rex omnibus etc. sciatis nos concessisse Petro de Sabaudia terras Johannis de Warenna in Sussexia et Suria et honorem de Aquila cum pertinentiis, quamdiu nobis placuerit

ad se sustentandum inde in servitio nostro. In cujus etc. Act. A°. Hen. III. XXV°. Die 25ª Sept. ap. Westmonasterium.

Rymer, T. I P. I. 139. b.

147. Placitum Westmonasteriense: Petrus de Sabaudia testis. **1241. Septembris 30. Westmonasterii.**

Placita coram Dom. Rege apud Westmonasterium in crastino Sci. Michaelis, anno XXV^to Regis Henrici III. Wallia. Placitum contra C. Marescallum, comitem Pembrokensem de capto a quodam Meylgone homagio de terris inter aquas de Ayrun et de Tyroy, cuius homagia Domino Regi ipsi et soli competunt, cui et adjudicantur: presentibus. W. Eborac. archiepiscopo. P. Hereford. et W. Karleol. Episcopis. Humfredo, Comite Hereford. Balduino comite de Insula, Petro Sabaudo, Johanne de Monemuto, et (XIII) aliis, Domini Regis fidelibus sequentibus.

In placitis supradictis ap. Westmonasterium judicata est lis inter Petronillam uxorem Rodolphi de Touny, et Joh. de Gizoz... postea coram P. Hereford. Episcopo, P. de Sabaud. P. de Segrave. W. de Eboraco preposito Beverlacensi, R. de Thurkelby, J. filio Galfridi, W. de Cantilupo et aliis de Consilio Dom. Regis, tractatum fuit de isto negotio, etc.

Eodem placito, die et loco, judicatum est de CCXX acris terræ, dim. acræ prati, et I. messuagio in Thurneham, Norff. inter magistrum de Dya et priorem Nouvicensem... Postea coram P. Episcopo Hereford. P. de Sabaudia R. abbate de Evesham. P. de Segrave, W. de Eboraco, preposito Beverlac. J. filio Galfridi, W. de Cantilupo, B. de Criol, Rogero de Thurkelby, Roberto de la Haye, et aliis Domini Regis fidelibus, tractatum fuit de negotio isto.

Abbreviatio Placitorum, Pag 109ª, 110ᵇ, 111ᵇ.

148. **1241. Decemb. 13. Sasselli.**

Amadeus Comes concedit Petro, fratri suo, ut acquirat de feudis ipsius Comitis, et quæ acquisierit vel acquireret, ut habeat in Augmentum feodi sui. Actum, Sasselli, in festo S. Luciæ. A°. MCCXLI. ·

Invent. Sabaudiæ, Fasc. I. N°. 3. Zibaldone.

149. Desponsatio Beatricis, filiæ Petri de Sabaudia et Agnetis de Fuciniaco, cum Guigone, Dalphino, Comite Viennensi et Albonensi. **1241. Decembris 4.**

Aymo, Dominus Fuciniaci promittit Guigoni Dalphino, Comiti Viennensi et Albonensi, in uxorem, Beatricem, filiam

Agnetis filiæ suæ, ex Petro de Sabaudia, cum dote quinque millium Marcharum argenti. Promittit ultro, quod, si ipsi Aymoni, et Petro de Sabaudia, contingeret decedere sine prole mascula, devolvere debeant hæreditatis titulo dicto Guigoni terræ Fuciniaci ab Aymone possessæ: sub stipulatione, quod, si filius sibi nasceretur, istæ terræ revertantur ad se ipsum Aymonem; vel ad Petrum, si ille ex Agnete uxore sua, hæredem masculum procrearet legitimum. Multis sponsionibus, datis fidejussoribus, pœnisque et mulctis præstipulatis ex utraque parte, cavetur, ne resiliatur a dictis pactis. Actum in Ecclesia Castellionis, II Nonas Decembris, Anno Domini M. CC. XLI.

Invent. Matrim. Princip. Sabaud. Fasc. II. § Beatrix filia Petri et Dalphinus, N⁰. 1.

149. a. *Episcopus Gebennensis Interdicto comminatur Aymonem dominum Fuciniaci, si pacta, cum Guigone inita, de Matrimonio ejus cum filia Petri de Sabaudia violaverit.* **1241. Decembris 4.**

Nos, Aymo dei permissione Gebennensis episcopus, vniuersis presentes literas inspecturis salutem in Domino. Noueritis quod nos de Mandato Aymonis domini de Fuciniaco promisimus Guigoni Delphino Comiti viennensis et albonensis. quod nos ipsum Aymonem dominum de fuciniaco et terram suam ecclesiastico supponemus interdicto si pactiones quas fecit ipsi Guigoni non adtenderet. que conuentiones in litteris sigillis eorum scilicet Aymonis et Guigonis sigillatis.. *(continentur?)* Ita promisimus eidem Guigoni quod obsides Juratos quos dedit dominus de fuciniaco pro dictis pactionibus obseruandis excommunicaremus, si ostagia non tenuerint que obseruare dicto Guigoni Juramento prestito firmaverunt. Datum anno domini. M°. CC°. XL°. primo II. Nonas Decembris.

Ex autographo, in Archiv. Cameral. Taurin.

150. *Sponsiones Guigonis Dalphini, de Matrimonio cum Beatrice, filia Petri de Sabaudia.* **1242. Mense Januario.**

Guigo Dalphinus, Comes Vienn. et Albon. sponsus Beatricis, filiæ Petri de Sabaudia, dat fidejussores implendi matrimonii cum illa, quam primum attingeret annos pubertatis dicta Beatrix, Odoenium Alamandi militem, et Obertum Marescalcum suum, qui iurant, se futuros homines ligios Petri de Sabaudia, si resiliret a pacto Dalphinus. Ultro dat Guigo pignora consummandi connubii, castra sua Buxeriæ et Avalonis. Actum A°. D. MCCXLI°. Mense Januario *(St. Pascat.)*

Matrim. Princip. Sab. Fasc. II. Matr. Beatr. cum Dalphino N⁰. 2

151. **1242. Martii 11.**

Margaretha, Comitissa de Kyburg, unâ cum comitibus H. et H. de Kyburg, emit, pretio CXX marcharum argenti, a G. et filiis ejus H. et E. de Wartenberg, medietatem bonorum eorum in Richenbach. Dat. A. D. M°. CC°. XL°. II°. Indict. quinta decima V°. Idus Marcii.

Inv. Malrim. Fasc. I. Matr. Margar. Sabaud. cum Hartmanno Com. Kyburg. N'. 10.

152. Jacobus de Albonu tradit Petro de Sabaudia castrum de Albona, idque recipit in feudum ab illo.

1242. Mense Martio. Albonæ. (MCCXLI. Styli Paschalis.)

Jacobus dom. Albonæ, Jacobi filius, Beatrice Matre ejus consentiente, tradit quidquid ipse et filius suus habent in castro et burgo Albonæ, Willelmo de Greysiaco ad manum Petri de Sabaudia, a quo cum dictis castro et burgo infeodatur Jacobus, at accipit ultro a dicto Petro vel ejus delegato, C libras. Fit Jacobus de Albona homo Petri de Sabaudia, salva fidelitate unius domini. Spondetur, quod si plures habuerit filios dictus Jacobus, unus eorum fiat homo ligius Petri de Sabaudia.

Inv. Waudi Fasc. VI. §. Aubonne, N°. 1. Ping. Fol. 299. Zibaldone, in duabus chartis, de mensibus Januario et Martio anni 1241, scil sec: Stylum curiæ Gebennensis, anno a festo Paschalis incipiente, ergo, anno vulgari 1242. Inv. Ducal. Sabaudiæ, Fasc. I. Convol. 4. Ch. N°. 1.

153. **1242. Maji 24.**

Confoederatio Amedei Comitis Sabaudiæ, cum Gottofredo domino de Challant et de Fenix, Vicecomite Vallis Augustanæ fratribusque ejusdem Aimonio ac Bosonino, spondentibus, se laturos auxilium Amedeo Comiti ad expugnationem castri Bardensis, quod tenebat illis diebus Hugo de Bardo. Pollicetur Amedeus Comes confoederatis suis, centum Marcas Argenti, quas solveret, recipiendo ad manus suas dictum Castrum de Bardo. Actum IX Kal. Junii, A°. Dom. MCCXLII°.

Inv. Duc. Augustæ, Fasc. I. N°. 10.

154. Petrus de Sabaudia, agit de connubio Richardi Comitis Cornubiæ cum nepte sua Sanchia de Provincia.

1242. Maji 26. ap. Ponz.

Literæ potestatis Richardi Comitis Cornubiæ, Petro de Sabaudia commissæ, ad contrahendum connubium prædicti Richardi, cum Sanctia, filia Raymundi Berengarii Comitis Provinciæ. Promittit Richardus, ratum et gratum se habiturum,

quidquid peregerit dictus Petrus. Actum apud Ponz A. Dom. MCCXLII°. VII° Kal. Junii.

Doc. Sig. Mon. Sab. II. 143.

154. a. *Pactum matrimonii inter Richardum, Com. Cornubiæ et Sanctiam, filiam Raymundi Berengarii Comit. Provinciæ et Beatricis de Sabaudia.* **1242. Julii 17. apud Tharascon in castello.**

In nomine domini nostri iesu christi anno ejusdem secundum carnem M. CC. XLII. XVI. Kal. augusti, sciant etc. quod ego Petrus de Sabaudia procurator constitutus a nobili viro Richardo comite cornubie in hunc modum: omnibus etc. *(sequitur mandatum Richardi.)* Nomine ejusdem Richardi comitis et de mandato ipsius denuncio vobis Sanccie, filie nob. viri Raimundi berengarii comitis Provincie quod ipse per me sive me intermedio vel denunciante, tradit se vobis in virum, laudat vos per verba de presenti. et consentit in vos tanquam in vxorem. et ego dictus P. nomine suo hoc idem facio. et ego Sancia respondeo vobis recipienti nomine predicti comitis Richardi. quod ego predictam denunciationem laudatam et consensum spontanea approbo, recipio et confirmo. et versa vice vobis recipienti nomine ejusdem comitis Richardi approbo recipio et confirmo. actum apud tharascon. in castello. testes fuerunt dominus Philippus electus valentinensis, dominus P. herefordensis episcopus, g. prepositus Barialensis. henricus prior Antipolitanus. Mag. Petrus, canon. Forojuliensis et cet. Et ego Raimundus notarius predicti domini comitis provincie qui mandato ipsius et domini Petri de Sabaudia et domine Sancie hec scripsi et in formam publicam redegi et hoc signum meum apposui. ad maiorem autem rei firmitatem predictus dominus comes Provincie. et domina B. comitissa provincie. et dominus Philippus electus valentinensis. et dominus Petrus de Sabaudia. et dominus P. herefordensis episcopus iusserunt presentem cartam sigillorum suorum munimine roborari.

Docum. Sig. mon. etc. di Savoja, II 143 Autenticum in archiv. præfecturæ Massiliensis.

155. Compromissum inter Bonifacium electum Bellicensem et Stephanum dom. de Villars.

1242. Augusti 11. ap. Malateriam de Nantuaco.

Discordia vertente inter Bonifacium de Sabaudia Electum Bellicensem, gubernatorem ecclesiæ de Nantuaco et Capitulum Bellicense ex una, et Stephanum dom. de Villar ex altera,

compromittunt partes in quatuor milites, videl. ex parte electi in Mart. de Vireu et Humbertum de Seyssel, et ex parte Stephani, in P. de Vassiliaco et in Guidonem de la Chaux *(de Schauz)* et in Petrum de Sabaudia ut in superarbitrum pro ambobus partibus, quæ promittunt sub poena M. marcarum argenti, agnoscere et observare sententiam quatuor militum, vel Petri superarbitri, de discordia vertente. Fidejussores pro Electo, Humb. de Vileta, Albertus de Viriaco, Aymard. de Brianzon, Joffredus de Grandimonte, Ay. de Seyssello, Nicol. de Briord, Joh. de Rovorea, Guido de Bozosel, S. de Claromonte pro M. Sol. Guido de Donaro pro M. Sol. Ex parte Stephani dantur fidejussores, Joannes filius Joannis Comitis Burgundiæ, Humbertus de Vilctta A. de Brianzon, et alii: Actum crastino b. Laurentii, Anno M. CC. XL. II. ap. Malateriam de Nantuaco.

Invent. Ducat. Sabaud. Fasc. I. N⁰. 4. Charta hujus Convoluti, 93a. Zibaldone Pingon.

156. Conventio de restitutione Castri de Arlod, inter Willelmum Comitem Gebennesii et Petrum de Sabaudia.

1242. Augusti 26. ante Arlod.

Anno Domini M°. CC°. XL°. secundo, die Martis post festum Beati Bartholomei Apostoli, hec est concordia et conventio facta super facto castri de Arlo inter W. comitem Gebenn. ex una parte, et Dnm. Petrum de Sabaud. ex altera. quod dictus Comes dicto Dno Petro reddidit et tradidit castrum de Arlo, tali pacto et talibus adiectis conditionibus, quod idem Dns. Petrus dictum castrum de Arlo emendare, edificare, bastire prout uoluerit poterit et munire. Dictus uero Dns Petrus dicto Comiti bona fide promisit, quod nec per se, nec per suos, nec per alium, per dictum castrum, uel per pontem de Arlo, dictus Comes, uel sui, uel terra sua vltra Rodanum, vsque ad festum Omnium Sanctorum proximo uenturum, aliquod dampnum recipient uel grauamen. Predictus uero Comes dicto Dno Petro bona fide promisit, quod in bastia sua quam supra dictum castrum habet vltra Rodanum, nichil emendabit, nichil edificabit, nichil muniet uel bastiet alio modo quam sit, vsque ad dictum festum omnium sanctorum, nec de dicta bastia dicto Petro, uel suis, uel terre suc, aliquod dampnum uel grauamen inferet. Actum ante Arlo, predictis anno et die.

Invent. Duché de Savoie Fasc. I. N⁰. 4. Charta 73. Invent. Genevois, Fasc. II. §. Arlod, N°. 1.

156. a. Apocha Aymonis Episcopi Gebennarum, de indemnitate sibi soluta pro damnis ecclesiæ de Thorent per exercitum Petri de Sabaudia illatis.

1242. Octobris 16. Gebennis.

Aymo divina permissione Gebenn. Episcopus. Noverit vniuersitas uestra quod nobilis vir. Dns. P. de Sabaudia emendauit Dno. P. capellano de Thorent, pro dampnis et grauaminibus ecclesie de Thorent per exercitum suum nuper illatis, quindecim libras gebennenses, pro quibus nos et dictus capellanus, de omni dampno dicte ecclesie per dictum exercitum illato, dictum Dum. P. absoluimus et quittamus. Datum Gebenn, XVIj. Kal. Novembris, Anno Domini M. CC. XL. secundo.

Inv. Bar. Waudi, Fasc. I. N⁰. 5.

157. Donatio castri de Bardo ab Amedeo Comite, Fratri suo Thomæ Comiti Flandriæ facta.

1242. Octobr. 29. ap. Augustam.

Amedeus Comes Sabaudiæ, ratione donationis et infeodationis, tradit Thomæ, comiti Flandriæ, fratri suo, Castrum de Bardo, cum pedagio de Donas, sub reservatione homagii ligii, sibi a dicto Thoma de castro et pedagio prælibatis faciendi. Testes Guido de Amasino, Thorencus et Gocellinus de Chambueto, Rostanus de Rupecula. Signat, Jacobus, S. Imperii et Comitis Sab. scriptor. Act. apud Augustam, IV Kal. Novembris M. CC. XLII. Sigillum equestre Amedei Comitis, circumscriptum: S. Amedei Comitis Mauriane et Marchionis in Italia.

Inv. Duc. August. Fasc. I. §. Bard. N⁰. 1 Ping. fol. 300. Zibald. cum die V Kal. Maii, et descriptione sigilli.

158. **1242. Novembris 10. ap. Regulam.**

Litteræ Henrici Regis Angliæ, *(Johanni)* duci Britanniæ et comiti Richemundiæ, respondentes petitioni eius, ut reddatur sibi terra Richemundiæ, cui petito complacere negat Rex, quia legatus Ducis, abbas de S. Gildasio, nou sufficienti munitus esset potestate, etc.

Rymer T. I. 145. Docum inedits de France, Lettres des Rois et Reines d'Angleterre et de France II. 73. cum indicatione erronea anni 1243.

159. Confirmatio paterna pacti matrimonialis Beatricis, filiæ P. de Sabaudia cum Guigone Dalphino. **1242. Decemb. 6.**

Petrus de Sabaudia confirmat pactum, quo Aymo dom. Fuciniaci promiserat Beatricem, filiam dicti Petri ex uxore sua Agnete Fuciniacensi, Guigoni Dalphino Vienn. et Albonensi,

salvis quinque millibus marchis, quæ reducuntur in MM. quibus Guigo addere spondet mille marcas pro melioramento (*augmento*) dotis. Petrus dat fidejussores, fratres suos, Amedeum Comitem Sabaudiæ, Thomam Comitem Flandriæ, Bonifacium, Bellicensem, et Philippum, Valentinum, electos. Act. in festo b. Nicolai, Anno M. CC. XL. II.

Inv. Matr. Princ. Sab Fasc. II. §. Beatrix N⁰. 3.

160. Guigo Dalphinus impignorat duo castra pro observatione pactorum matrimonialium cum Beatrice.

1242. Decembris 7. ap. Buxeriam.

Guigo Dalphinus, Com. Vienn. et Albon. mandat Odoni Alamandi, ut faciat fidelitatem homagii ligii Petro de Sabaudia pro castris de Boissiere et de Avalon, quæ tenet in feudo a prædicto Guigone, usque ad consummationem matrimonii, quod spoponderat dictus Guigo cum Beatrice, filia prædicti Petri: et si non consummaret Guigo matrimonium, nichilominus faciat et servet antedictus Odo homagium et fidelitatem Petro de Sabaudia. Actum apud Buxeriam, crastino b. Nicolai Anno M. CC. XL. II.

Invent. Sabaudiæ. Fasc. I. N⁰. 4, Convoluti Charta N⁰. 83.

161. **1242.**

Henrici III, Angliæ Regis, Litteræ infeodationis Petro de Sabaudia factæ, Maneriorum Mercatorum et feriarum de Bowes in Comitatu Eboracensi, et de Cesterhunte in Comitatu Herts.

Calendar. rotul. Chart. 57 b. in Records of the Tower.

162. **1243. Januarii 8. Burdegalæ.**

Henricus Angliæ Rex Aymoni de Compeys: sit memor colloquii ipsorum, in præsentia Petri de Sabaudia habiti, cujus tenore ille Aymo ad Cæsarem profecturus erat. Properet igitur ad exequenda sibi mandata, et perscribat Regi, quæ peregerit. Act. Burdegalæ, die 8 Januarii, A⁰. regis nostri XXVII⁰.

Rymer I. I. 146.

163. **1243. Januarii 21. Burdegalæ.**

Henricus Angliæ Rex interdicit Raymundo Berengario Provinciæ Comiti, Soccero suo, adire Regem Franciæ et procurare inducias, ut antea rogaverat illum facere, per Aymarum Guiscardum. Prohibet etiam dictum Comitem mittere filiam suam desponsandam Richardo Cornubiæ Comiti, per Terras Regis Franciæ. Actum Burdegalæ, die XXI Januarii, Anno Hen. III. XXVII⁰.

Rymer I. I. 146.

164. **1243. Augusti 17. ap. Burdegaliam.**

Henricus Rex, Alienoræ Reginæ suæ concedit, assignat et confirmat dotem et sustentationem, quibus post mortem ipsius regis fruatur. Testibus, P. Herefordensi Episcopo, Philippo de Sabaudia *(Sabaud)* procuratore Ecclesiæ Valentinæ, et pluribus aliis nominatis et non nominatis. Dat. Burdegalæ, die XVII Augusti A°. Hen. III. XXVII°.

Rymer I. I. 147. b.

165. **1243. Decembris 18. Aurasiæ (Orange).**

Pactum matrimonii inter Amedeum Comitem Sabaudiæ et Cæciliam Barralis domini Baucii filiam, actum in Capella S. Mariæ Aurasiæ: transactum, nomine Comitis Sabaudiæ per Humbertum de Seyssel, dominum Aquarum, testibus, Raymundo de Baucio principe Aurasiæ, Guillielmo de Baucio nepote illius, Guidone de Castronovo. Willelmo de Sambranor, Aymone de Compesio, et aliis. Act. Aurasiæ, XV Kal. Januarii, Anno M. CC. XL. III. Sigillata est charta, bulla plumbea principis Aurasiæ, insignita cornu venatorio, circumscripto. † S. R. de Baucio, principis Aurasie: et sigillo cereo Barralis de Baucio, in quo conspicitur stella octiradiata cum perigraphe: S. Barralis de Baucio.

Inv. Matrimoniorum, Fasc. II. Matr. Amedei Comit. cum Cæcilia de Baucio, N°. 1 Pingon. fol. 308. Zibald. Ubique scribitur annus 1244: sed Data chartarum 168 et 169 probant numerum anni esse erroneum

166. *Traditio bonorum de S. Genisio, Thomæ comiti Flandriæ per M. Comitissam et Marchionissam Italiæ facta.*

1244. Januar. 4. ap. Petram Castelli.

M. *(sec. Pingon. B.)* Comitissa Sabaudiæ et Marchionissa in Italia, dat Thomæ, Com. Flandriæ et Hannoniæ, filio suo charissimo, jura et possessiones omnes quas habet apud S. Genisium in castro et mandamento: præsente et consentiente Amedeo filio suo primogenito, qui etiam cessit dicto Thomæ fratri suo omnia jura in dicto castro et mandamento, ad seipsum spectantia. Investivit Comitissa de rebus cessis, Hugonem de Amaysino, procuratorem et nuncium dicti Thomæ absentis. Testes: Will. Bonnivard. P. de Cano de Rumilly. P. Ruffin de Bellicio. Signatum: Willelmus notarius S. Palatii et domini Comitis. (Actum apud Petram Castellum in Camera Comitisse, II Non. Januarii Anno M. CC. XL. IV.) Sigillum Comitissæ *(sec. Pingonium, nunc vero deperditum),* in quo

conspicitur, Comitissa, equo insidens, læva tenens falconem: Legenda circumscripta, tunc optime servata, his verbis concepta erat; † S. D. BEATRICIS. COMITISSE SAB. MAR. INIT.

Inv. act. spect, ad Princ. sang. Fasc. I. N°. 2. Ping. 305.

167. *Henrici Regis mutuum IV millium marcarum Sterlingorum, concessum Comiti Provinciæ, socero suo.*

1244. Januarii 10. ap. Westmonasterium.

Henrici Regis Angliæ declaratio, se mutuo concessisse patri suo dilecto, Raymundo Berengario, Comiti et Marchioni Provinciæ, et Comiti Forkalcujer, IV millia marcarum Sterlingor. quorum duo Millia sine dilatione ei dari debeantur in quindena Paschæ regni XXVIII[i] regis, et alia II millia in quindena Michaelis, anni ejusdem: pro quo mutuo illi concesso, Comes Regi impignorat quinque castra sua, ad electionem assignatorum Regis, secundum formam inter hunc et procuratorem comitis confectam.

Rymer I. 1 148. b.

168. **1244. Jan. 24.**

Recognitio Amedei Comitis Sabaudiæ, facta Barallo de Baucio, „socero nostro" assignationis dotis filiæ ejus et „uxoris" ipsius Amedei. Act. IX Kal. Februarii, Anno MCCXLIV.

Invent. Matrim. Fasc. II. Matrim. Amedei Com. et Cæciliæ de Baucio. N°. 2.

169. **1244. Januarii 24.**

Obligatio Amedei Comitis erga Barralem dominum Baucii, socerum suum, cum stipulationibus quibusdam in gratiam Cæciliæ, Comitissæ Sabaudiæ. Actum IX Kal. Februarii, Anno MCCXLIV.

Inv. Sab. Fasc. II. §. Chambery N°. 5.

170. **1244. Febr. 2. Meudunum.**

Wilhelmus, dom. de Bioley, pro receptis mille et sexcentis et quatuor libris Laus. impignorat Petro de Sabaudia Castrum suum de Bioley, cum villis de Curovont, Oupeins et Orsens. Actum in festo purificationis b. Virginis anno Incarnationis M. CC. XL. III. ap. Meudunum. *(sec. stylum curiæ Laus.)*

Inv. Sab. Convol. N°. 4, Ch. N°. 69.

171. *Petrus de Geneva, et Matillidis de Lacy, uxor ejus.*

1244. Februarii 19. ap. Wudestoke.

Mandatum est vic. Hereford, quod extendi faciat et per equales portiones partiri, terras que fuerunt W. de Lacy in

eodem comitatu, et portionem contingentem Matillidi uxori Petri de Geneva, neptem et unicam heredem predicti Waltheri, eisdem Petro et Matillidi vel eorum nuncio assignari faciat, et aliam portionem sorori ipsius Matillidis contingentem, in manum Regis retineat et salvam custodiat donec aliud a Rege habuerit mandatum. Teste Rege, ap. Wudestoke XIX die Febr. anno XXVIII. Hen. III.

Excerpta e rotulis finium I. 413. Arch. Lond.

172. **1244. Aprilis 25. Herbolzheim.**

Berchtoldus *(de Teck)* Episcopus Argentinæ ecclesiæ, infeodat Hartmannum Comitem seniorem de Kyburg de omnibus Castris et bonis nuper a dicto Hartmanno ecclesiæ Argentinæ traditis, sub quibusdam conditionibus. Act. ap. Herbolzheim, VII Kal. Maji, Anno M. CC. XL. quarto.

Inv. Matrim. Princip. Sab. Fasc. I Matrim Marg. c. Comite de Kyburg, Charta 11.

172. a. **1244. Aprilis 25. Herbolzheim.**

Berchtoldus Episcopus Argentinensis confirmat donationes Hartmanni senioris Comitis de Kyburg, factas Margarethæ Comitissæ, uxori suæ, bonorum, quæ tenet nomine feudi ab ecclesia Argentina, videl. castrorum de Baden et Windegg, bonorum in Schennis, Wissenanc, Rossinberch, Moerspurch, Sulz et Wald. Act. Herbolzheim. VII Kal. Maji, Anno MCCXLIV.

Inv. Matrim. Fasc. I. Matr. Margar. cum Com. de Kyburg, Ch. 12.

173. Narrationes variæ circa prœlium iuxta Castrum Chillionis. **1244. Mense Aprilis, ex conjectura.**

1. Chroniques de Savoye. Mon. hist. pat. Scriptt. I. 162.

Comment le conte Pierre cuyda fayre guerre au marquis de Monferrat et aulx Astoiz et quil ly fallust retorner en Chablois a cause du vicayre de lempereur nouel, nomme Friderich, que fust le duc de Zosphingen.

Le conte Pierre estre signieur de Thuriu, il seiourna aucungs iours, et de plus en plus reforca son armee, et delibera daller fayre guerre au marquis de Monferrat et a ceulx d'Ast, car moult leur portoit grant hayne en son cuer. Et ainsy quil saprestoit et pensoit destre prest pour leur fayre forte et dure guerre, on ly apporta nouellez comment lempereur Friderich nouel esleu avoit eu courroux et despit de ce quauoit este faict au gouerneur de Chabloiz passe, et que la signieurie de Savoye lauoyent prinse: et que pour regaigner

la ditte terre ledit empereur y auoit mande le duc de Chophinguen, vng prince d'Alamagne lequel empartie auoit signorye en Vuaulx, par regagnyer le dit pays de Chabloys et d'Ouste. Et quant le conte Pierre entendist et sceust ces nouelles, il se mist empoint et mist seure garnison a Thurin et au pays, et puis se partist a la mynuyt a toute son armee, et sy secrettement que peu de gens sauoyent son vouloir ne ou il alloit, et sen vint par la val d'Oust, et passa mont Jouz, et se feust en Chabloys. Sy ny sceust sy tost estre ariues quil troua que le duc de Chophinguen auoit mis le siege deuant son chastel de Chillion deuers la partye de Vaudz. Et lors chevaucha le conte Pierre toute la nuyt si coyement, quil ne feust apperceu de ses ennemis, car il y vint par lautre coste, et fist tel signe au guet du chastel, quil feust cogneu, et nestoit que ly trois, et quant il feust ens, il se refrescha et beust, et ceulx du chastel furent moult ioyeux de la venue de leur signieur. Et tost apres le conte Pierre monta sur la tour, et avisa, et choysist ses ennemis et aversayres, et vist quilz dormoyent, car de nulz ne se doubtoyent, et adonques il dessandist au pie du chasteau sur le lac, et se mist sur vne petite nef, et se fist tirer a force de gens iusques a la Villeneufve, ou il lauoit laissie ses gens, et vint a moult ioyeuse chiere et moult alegrement. Et quant ilz le virent sy ioyeux, et ses gens ly desmarent, et quelz nouelles, monseigneur? Et il leur dit: „A mes signieurs et amis bonnes et belles, car a layde de Dieu, se nous voullons estre bonnes gens, toux nos ennemis son nostres, car ilz ne sceuent riens de nostre venue, or il est temps de nous monstrer estre gens de bien.“ Et toux a vne voix respondirent, „Signieur, il ny a que du commander, et lors subitement saprestarent, et sarmerent et mirent empoint, et monterent a cheual em bonne ordonnance, et de main en main chevaucharent iusques a laube du iour, avoir passe le pas du chastel de Chillion sans sonner trompettes, ne clerons, et a vng cop pregnirent et frapparent sur le logeis et tente du duc de Chophinguen et sy en heurent bon marchie, car ilz trouvarent ly, et sens toux desarmes, moytye veillians, moytye dormans. Et les aultres frapperent sur les logeis des aultres signieurs, et firent tellement que le duc de Chophinguen fust prins par prisonnier, et se randist au conte Pierre. Et ausy fust prins le conte de Nydoye, le conte de Gruyere, le conte Arberg, et sy furent prins le baron de Montfaucon, de Granscon, de Cossonay, de Montagnye,

ensemble plusieurs autres barons, signieurs, chiualliers, escuyers et nobles desdits pays, et tous les fist mener prisonnyers au chastel de Chillion le conte Pierre, et la il les festia honorablement, non pas comme prisonnyers, mais comme signieurs par celle nuyt, et moult fust grant le gain de leur despoillie, et chescung gaignia au butin.

2. Georgii Fabricii Chemnicensis Origines Illustris Stirpis Saxonicæ Liber IV. pag. 475. in §. Petri Comitis Sabaudiæ.

Erat eo tempore status Imperii non satis tranquillus, contendentibus inter se Philippo Sueuiæ Duce et Othone Saxone et Bertholdo Zeringiæ. Sed hic cum esset uir placidus et prudens, Philippo cessit et ei se dedidit. Suevus et Saxo loco inuicem cedere noluerunt. Igitur est e sylua nigra Dux Loffingensis vnus e Landgraulis Stulingiis quem Egonem annales nominant a Philippo missus, qui illam ditionem *(Chablais et Vallem Augustanam)* Imperii nomine uindicaret: a quo nihil effectum est illa expeditione dignum. nam in proelio cum septem Comitibus Dux ipse captus est. et Comites illi passim per totam Sabaudiam in uinculis dispersi. Capta deinceps plura oppida, Modunum, Rhona, Verdunum, quod non sine maxima difficultate accidit. Stulingius, qui, nescio quid iuris in ditione Sabaudiense se habere arbitrabatur, eo se abdicat; et nihil vnquam in posterum se moturum suo ant hæredum nomine promittit.

3. Grande chronique de Savoye, par Symphorien Champier. Fueillet LVIII.

Apres que le conte Boniface de Savoye fust ainsy mort es prisons de Thurin, la succession diceluy conte par la droicte ligne vint a Messire Pierre de Savoye son Oncle. Or on lui apporta nouelles, que Richard nouvel Empereur esleu estoit courrouce contre luy, parcequil auoit occis et mis a mort le gouuerneur de Chabloys et d'Oste, et quil auoit prins et approprie le pays a luy sans auctorite. et desjea auoit faict l'Empereur vng des Princes dalemagne son capitaine, cestassauoir le duc de Cheplungreen lequel estoit Seygneur en partie du Pays de Vaulx, et ceste chose fist le dict Empereur pour reconquerir les marches du pays de Chabloys et d'Oste. *(Inde sequitur Champier, quasi accurate, vestigia Chronici gallici Sabaudiensis, supra citati.)*

4. Chroniques de Savoye, de Guillaume Paradin, 1561. pap 147. (penitùs ut Chronicon antiquissimum Sabaud. et Symphor. Champier, excepto nomine Cæsaris illius, quem misisse scribit Ducem de Chophingen, quod tacet.)

5. Chroniques manuscrites de la Ville d'Evian. (In musœo Laus.)

Sur la fin de l'annee (1265) il apprit, que l'Empereur Alphonse, irrité de la prise de Chablais et d'Aoste, et de la défaite et mort de son gonverneur, avoit nommè le Duc de Chophingen, un des premiers princes d'Allemagne, qui ètoit rèsolu de reconquèrir les deux provinces: ce Duc fut choisi, parcequ'il avoit des prètentions sur le pays de Vaulz, et devoit faire la gnerre avec ses propres forces, l'Empereur Alphonse ètant empèché de la faire lui même par sa guerre contre les princes d'Italie et contre son competiteur Richard d'Angleterre. *(Sequentia, ad amussim Chronici Sabaudici vetustissimi.)*

6. Croniques du Pays de Vuand. Mss. (Cujus plura exemplaria adservantur in Charlophylaciis Taurin. Deprompłum est hæc epitome ex apographo in Biblioth. Dom. de Mülinen.)

Lan mille deuxcentz cinquante six Auquel an pierre son frere susnomme luy (à Boniface) succeda et entra la comte Dont lan premier de sa dommination il feit certaines conquestes en piedmont Pendant lequel temps mesmement Lan mille denx centz cinquante huict lempereur Richard Dangleterre trente vngiesme des germains Estant desplaisant de la conqueste faicte par pierre de sauoye precedemment du pays de chablaix et de la Vaulz daouste questoient membre dempire. Et aussi pour luy auoir tue son gouuerneur mys par son predecesseur, pour venger telle Inuasion et viollence a luy faicte Lempereur crea pour gouuerneur esdicts pays le present Berthol Cinqniesme de Zeringuen cognoissant que ledit pierre de Sauoye Sestoit aussy Jecte et advance sur le bien dudict berthod vers Aille et Estimant quil dechasseroit ledict de Sauoye de telles terres. Ayant berthol accepte tel gouuernement delibera leuer compagnies pour venir contre pierre de Sauoye dont il vint premierement assaillir le chasteau de chillon par le couste du pays de vuaud Dans lequel chasteau se trouva pierre comte de Sauoye. En sorte que ledit pierre comte de Sauoye fit sortie du chasteau sur le Duc de Zeringuen et print ledict Duc prisonnier. Et ce pendant Il couroit Lan mille deux cents cinquante neuf Auquel temps Lempereur ne pouuoit secours porter au dict Duc de Zeringuen pour estre Richard empereur deffunct dont aspira a lempire Octho Carus Roy de boheme contre Roud de aspurc Et plusieurs aultres quelz contendoient a L.Empire en quelles choses tous Iceluy contendans auoient asses affaire Toutteffois Octho fut empereur esleu par plusieurs des Seigneurs electeurs de Lempire Et

ainsi a Regne et demeure en telle Dignite Insques En Lan mille deux centz septante troys Auquel Octho fut depose et Roud daspurc couronne Et par tous confirme Et pour ce que le Duc de Zeringuen *seuere* Lequel Duc de Zeringuen estoit prins Et auec luy le Comte de Gruyere De neufchastel de nydon dielleberch Les barons de gransson aulbonne La sarra montferra Cossonay estavay montagnies et plusieurs aultres tant barons que gentilz hommes Desquelz les Sauoissiens eurent grand butin.

7. Annotationes excerptæ e manuscripto perantiquo, olim adservato in Castro Chatelard, prope Viviscum. E codice ms. eruditissimi. Alex. Ludovici de Wattenwyl, inscripto: «Notices sur les baillages du Pays de Vaud :» quod adservatur in Bibliotheca civitatis Bernensis.

Pierre de Savoye ayant Guerre avec le Duc de Zayringue, surprit le Chasteau de Chillon et deffit larmee dudit Duc a Monstreux, là où se voient encor les ossemens dans vne Chapelle proche leglise, et *suivi* de si pres ledit Prince de Zayringue, quil le print prisonnier riere Oron auecques quatre vingtz Gentilshommes du Pays de Vuaud, lesquels il fist conduire comme prisonniers de guerre a Yuerdun, et apres quil fust paysible possesseur du pays, il fist reparcr ledit Chasteau de Chillon, et lentoura de trois murailles du coste de terre accompagne de tours rondes. Icelluy chasteau estant basty dedans le lac sur vn Roch qui joint terre ferme par le moyen d'vn grand pont. Pierre de Sauoye mourut au Chasteau de Chillon. son corps y estant demoure pendant deux ans, quil fust ensuite transporte a labaye de haulte combe, quest la sepulture ordinaire de ceste mayson.

Il y auoit autrefoys vn bourg appelle le Bourg de Chillion, basti au penchant de la montaigne vis a vis du Chasteau, et falloit de necessite que lon passast entre la ville et le Chasteau qui eust voulu entrer dans le Pays de ce coste la, et pardessous vn portail qui est encore en estre sur le chemin. mais apresent le Bourg est ruine.

Dictum Ms. extractum e Castro de Chatelard diù extitit in Bibliotheca domus dictæ „Curti Cantoris,“ in oppido Vivisci; ac forsan et hodie illic adservatur.

174. *Homagium Rodulphi Comitis Grueriæ Petro de Sabaudia factum, de castro Grueriæ, et infeodatio filii illius Willelmi de dicto castro.* **1244. Maji 9.**

Nouerint vniuersi presentes literas inspecturi quod nos Rodulphus Comes de Grueria spontaneus et ex certa scientia anno domini. M°. CC°. Quadragesimo quarto die martis post quindenam pasche dedimus et concessimus illustri uiro Domino Petro de Sabaudia in merum ligium et francum allodium castrum nostrum de Grueria cum vniuersis et singulis rebus que infra iuramenta dicti castri continentur pure et libere, nichil in eis nobis uel nostris Juris proprietatis sive dominii penitus retinentes. et de supradictis omnibus nos deuestientes. dictum dominum. P. inuestivimus corporaliter de eisdem. Supradictus uero dominus. P. de mera liberalitate sua. dictum castrum cum omnibus supradictis Wllo filio nostro et heredibus eius in feudum contulit. et idem Wills pro isto feudo homagium sibi fecit. Ita vt si forte dictus Wills sine legitimo herede vxoris decederet. ad nos primo. et inde post decessum nostrum ad heredes nostros si quos ab Willma vxore nostra haberemus dictum feudum deueniret. et nos et dicti heredes nostri post decessum nostrum faceremus homagium ligium dicto domino. P. et heredibus ipsius prout fecit eidem dictus Wills filius noster ad presens ratione feudi supradicti. promisimus et per stipulationem bona fide prout melius et sanius intelligi potest dicto domino. P. quod nos et dictus Wills filius noster diçtum castrum cum supradictis omnibus ipsi pro mero ligio et franco allodio deffendemus et manutenebimus contra omnes. nec contra per nos nel per alios vllo vnquam tempore ueniemus. Si autem feudum aliquod jure hereditario uel ratione dicti castri siue rerum supradictarum ad dictum Willm uel ad nos deueniret pro quo ipsi domino. P. ligium homagium deberetur. primo homagio debet esse contentus nec potest ab Willmo filio nostro siue a nobis exigere aliam liuitatem occasione feudi nouiter emergentis Datum apud Reomont anno domini M°. CC°. XL°. quarto. Septimo Idus Maji.

Sigillum excidit: extat ligulum.

Ex Inventario feudorum Waudensium. Vol. II et Fasc. I. docum: ex autographo.

175. **1244. 26. Maji. Westmonasterio.**

Scribitur Bernardo de Sabaudia de seisinis eidem Johanni, *(filio Alani, filii Johannis, filii Alani)* qui plene etatis est,

facienda de manerio de Chepingnortonia quod Rex eidem Bernardo commiserat usque ad etatem ipsius Johannis. Actum XXVI die Maji. Anno XXVIII° Henrici III Regis, apud Westmonasterium.

Excerpta e rotulis finium. Hen. III. T. I. 417.

176. **1244. Maji 26. Viveys.**

Johannes electus Lausannensis confert licentiam Petro de Sabaudia, ædificandi et dotandi Ecclesiam in Rotundo monte, sub reservatione Juris patronatus. Datum apud Viveys, die Jovis post Penthecosten, A. D. M°. CC°. XL°. quarto.

Inv. Duc. Sabaud. Fasc. I. Convol. N°. 4. Charta 46

176. a. **1244. Maji 27. Viveis.**

Johannes Electus Lausannensis spondet, se nullum interpositurum esse impedimentum Petro de Sabaudia, quin intret quandocunque sibi placuerit, domum fortem de Sartines. Act. apud Viveis die Veneris proxima post Pentecosten, A. D. M°. CC°. XL quarto.

Inv. Ducat. Sabaud. Fasc. I. Convol. N°. 4 Charta 45a et 59a.

177. Pax Aquianensis (ap. Evian), inter Johannem Episcopum Lausannensem et fratres, Amedeum Comitem et Petrum de Sabaudia. **1244. Maji 29.**

Nos Johannes Dei gratia electus Lausannensis et nos Amedeus Comes Sabaudie et in Italia Marchio et nos Petrus de Sabaudia notum facimns vniuersis presentes litteras inspecturis quod cum discordia verteretur inter nos dictum electum ex nomine nostro et ecclesie Lausann. ex vna parte, et nos Petrum de Sabaudia ex altera maxima guerra inter nos diucius agitata. Tandem per Petrum dominum de Granczon et dominum Humbertum de Vernay et guillielmum thesaurarium Lausannensem Vldricum dominum de Vipens et Amedeum dominum de Montefalcone datum medium hinc inde a partibus qui bona fide iuraverunt pro utraque parte istam discordiam ad concordiam revocare de consensu utriusque partis dicta guerra et discordia sopita fuit in hunc modum. Quod nos dictus Johannes electus Lausann. quicquid ecclesia Lausann. habebat apud Romont vel habere debebat dedimus cessimus imperpetuum domino Amedeo Comiti Sabaudie et suis. Item damus et concedimus dicto Amedeo Comiti nomine Lausannensis ecclesie quod apud Romont forum fiat die martis qualibet septimana. Item dedimus et concessimus dicto Amedeo

Comiti et suis heredibus quicquid dicta Lausann. ecclesia habebat vel habere debebat inter glana et glanno. Item dedimus et concessimus dicto Amedeo suisque heredibus quicquid ecclesia Lausann. habebat vel habere debebat apud Bossens et in territorio de Bossens saluo iure ecclesie de Dompero. Item dedimus et concessimus imperpetuum dicto Comiti et suis heredibus quicquid ecclesia Laus. habebat vel habere debebat apud Estavaya super acquisimento quod nos dictus electus nomine Lausann. ecclesie a Willelmo quondam domino de Estavaya Raynaudo Willelmo et Johanne fratribus nepotibus suis Willelmeta filia sua consencientibus acquisivimus pro quibus Raynaudus homagiom ligium fecerat nomine ecclesie Lausannensis nobis ut pro predicto feudo facere tenebatur. Cartam vero ipsius acquisitionis vel emptionis dicto Comiti nomine investiture tradidimus cedendo ei omnia iura et actiones que nobis nomine Lansannensis ecclesie possent competere. Promittentes bona fide dicto Comiti et dicto Petro de Sabaudia quod vsque ad festum beati Michaelis proximo uenturum feudum vsagium feudi de Stavaya et homagium in quo dictus Raynaudus nobis nomine dicte ecclesie Lausannensis tenebatur domino Petro de uoluntate ipsius comitis fieri faciemus vel ante dictum terminum quod hec fiant laborabimus fideliter. Si uero vsque ad dictum terminum nos dictus electus homagium pro dicto feudo vt dictum est dicto Raynaudo et fratri suo dicto Petro non faceremus fieri promisimus bona fide dicto Petro nos tenere hostagia cum tribus sociis scilicet domino Vldrico de Wipens domino Willelmo de bioleto domino Petro Senescallo Lausannensi vbi nobis magis placuerit apud Viveis vel apud Meudunum quousque dicta omnia super usagio de Stauaya compleantur altero vero predictorum locorum electo ad alterum non possumus redire, et si nos dictus electus in ostagio dicto termino non rediremus uel postquam redierimus hostagium non teneremus promisimus quingentas libras Lausannenses dicto petro de Sabaudia dare et soluere et nichilominus dictus Amedeus Comes et dominus Petrus ius snum de Stauaya vt a nobis concessum est possint modis omnibus petere et habere. omnia vero supradicta nos dictus electus nomine Lausannensis ecclesie damus et concedimus in augmentum feudi de Meuduno dicto Amedeo Comiti et suis imperpetuum. et dominus Amedeus Comes omnia ista debet habere ab ecclesia Lausannensi et quicquid est apud Romont in feudum similiter solummodo quod pro feudo de meuduno

antiquitus fieri consueuit. et si quid in dictis locis Amedeus Comes uel petrus frater suus imposterum acquireret illud debet tenere similiter dictus Amedeus Comes in feudum ab ecclesia Lausannensi et nos super hiis que ibi acquirent debemus dare et soluere domino petro de Sabaudia centum libras Lausann. Nos uero Amadeus Comes Sabaudie petro fratre nostro uolente et consenciente dedimus et concessimus dicto electo Lausann. et ecclesie imperpetuum quicquid nos Amadeus comes et frater noster petrus habemus uel habere debemus in forcia de Locens et in alodium secundum quod fossata et pallacium modo ibidem existencia superius comprehendunt et si quid homines nostri uel petri fratris nostri in dicta forcia habent uel habere debent nos petrus de Sabaudia illud dicto electo promittimus et ecclesie acquirere. Item nos Amedeus comes dedimus dicto electo et ecclesie Lausann. petro fratre nostro uolente et consentiente decem solidos censuales apud Locens et Albergamentum pro quo dicti decem solidi debebantur et terram de Mouz que iacet ante castrum de Locens. Nos uero Amadeus comes Sabaudie de consensu et uoluntate petri fratris nostri hec dedimus dicto electo et ecclesie Lausann. pro supradictis rebus a dicto electo nomine Lausannensis ecclesie in feudum nobis datis. hoc acto etiam expressim inter partes quod dictus electus et successores sui in supradictis feudis que a dicta ecclesia nos Amedeus Comes Sabaudie tenemus et possidemus uel petrus frater noster a nobis tenet et possidet si eidem electo et ecclesie necesse fuerit stare et redire possit et successores sui similiter et a supradictis locis guerram et pacem similiter facere dum uterque nostrum facere voluerit et accipere ubi debuerit rationem. Nos autem Johannes dictus electus Lausannensis de consensu capituli nostri Lausannensis omnia supradicta pro nobis et successoribus nostris bona fide promisimus attendere et seruare nec vnquam per nos uel per aliquam aliam personam contraveuire. in cuius rei testimonium sigillo nostro et capituli Lausannensis presentes litteras fecimus sigillatas. datum Aquians anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto in octaua penthecostes.

Inv. Duc Sabaud. Fasc. I. N° 4. Charta 36.

178. Sponsio de homagio domini de Cossonai, Petro de Sabaudia faciendo. **1244. Maji 29. Evian.**

Johannes de Cossonay, Electus Lausann. et Amedeus Dominus Montisfalconis, spondent Petro de Sabaudia, Dominum

de Cossonay *(in instrumento non nominatum)*, servaturum fore fidelitatem factam prædicto Petro. Reservat Electus, quod ista fidejussio sua, obligaret nonnisi personam suam, sed nullo modo successores suos in Cathedra Lausann. Actum aquiani, in octava Pentecostes, Anno MCCXLIV.

Inv. Sab. Fasc I. Convol. N^{0}. IV. Ch. N^{0}. 52a.

178. a. **1244. Junii 1. Lugduni.**

Innocentii Papæ Bulla, quâ concedit Petro de Sabaudia, ut audiat missas in locis, interdicto innodatis. Act. Lugduni, Kal. Junii Anno pontific. sui primo.

Inv. Bolle papali, Fasc. I. N^{0}. 6.

179. **1244. Junii 24.**

Ricardus de S. Martino cedit Petro de Sabaudia castrum suum de S. Martino, cum villis de Chasnes, et Chavannes, et cum septem hominibus in Cronay, et hæc omnia ab illo recipit in feudum sub fide homagii. Testes, Henricus de Chanvenz et Petrus de Granzon, fratres, Humbertus de Ferney et atii. Actum in festo b. Johannis Baptistæ. Anno M. CC. XL. IIII.

Inv. Sabaud. F. I. Convol. N^{0}. 4. Ch. 56a.

180. P. de Sabaudia, arbiter constitutus inter partes litigantes subnotatas.

1244. Julii 18 sive 25. ap. Rotundum Montem.

Vertente discordia inter Willelmum et Nicolaum de Fruentia, et Henricum decanum Lausann. fratres ex una parte, et dominos Henricum de Chanvenz, P. de Granzon, A. de Orons, et cives de Friburgo et de Paterniaco ex altera, constituitur P. de Sabaudia arbiter litis illorum, spondentque fratres domini de Fruentia, obtemperare sententiæ ejus.

Inv. Duc. Sab. Fasc. I. Conv. Apogr. N^{0}. 4. Charta 25, cum «die Lune* ante *festum b. M. Magdalenæ. Pingon, in Chronico, fol. 306, et in Zibaldone suo habet «diem lune* post *festum» supra memoratum.

181. Fratrum de Fruentia donatio castrorum S. Dionysii et Fruentiæ, P. de Sabaudia facta, et eorum reinfeodatio de illis. **1244. Julii 18. sive 25. ap. Rotundum montem.**

Willelmus et Nicolaus de Fruentia, et Henricus decanus ecclesiæ Lausann. fratres, composita pace inter eos et dominos Petrum de Granzon et Henricum de Chanvenz, interveniente

Petro de Sabaudia, donant dicto Petro de Sabaudia castrum de Chastel, et quicquid habebant in valle de Fruentia, vel de Senenge; et Petrus de istis bonis infeodat filium dicti Willelmi, Jordanum, qui facit homagium Petro supradicto, absolutum: Willelmus vero de Fruentia facit homagium eidem Petro, reservata fidelitate debita Comiti Gebennesii, et Nicholaus, salva fidelitate debita domino de Blonay.

Inv. Duc. Sabaud. Fasc. I. Conv. IV Ch. 24. cum dato «die lune **ante** *festum b. Marie Magdalene, et cum nomine » Vallis de Senenge. Pingon. Chron. fol 306, cum «die lune* **post** *festum b. Marie Magdalenæ,» et cum nomine « Vallis de Fruentia.» Zibald Pingon. cum «die Lune post festum b. Marie Magdalenæ,» et cum nomine «Vallis de Fruentia.»*

182. 1245. Februarii 18. Bellici.

Rescriptum Amedei Comitis Sabaud. et Marchionis in Italia, quo traditur Thomæ fratri suo, quondam Comiti Flandriæ, terra ipsius, Amedei, de Pedemontio, cum omni iurisdictione et iure consilii, superioritate vero semper sibi reservata. Act. Bellici, die Sabbati post festum b. Valentini, Anno MCCXLV.

Pingon: fol. 308 verso. Zibaldone.

183. 1245. Julii 16. apud S. Antonium Ranversi.

Iterata charta Amedei Comitis Sabaudiæ, tradentis Thomæ, fratri suo, terram suam de Pedemontio, cum omni jure consilii et jurisdictione, superioritate sibi reservata; adjuncto litteris istis mandato ad omnes subditos Comitis in terra Pedemontii, ut Thomam agnoscant dominum suum.

Pingon, fol. 308 verso Zibaldone.

184. 1245. Julii 16. Windsor.

Pro Petro de Jeneve. Rex concessit Petro de Geneva custodiam terre que fuit Ricardi de Kaynes tenendam, donec Rex eam per iudicium curie sue reddiderit recto heredi ipsius Ricardi, etc. Teste Rege apud Windsor, XVI die Julii, anno regni Hen. III, XXIX.

Excerpta e rotulis finium, I. 437. Arch. Lond.

185. 1245. Augusti 23. Lugduni.

Litteræ Innocentii IV. consolatoriæ, Beatrici Comitissæ Provinciæ, de obitu conjugis ejus Raymundi Berengarii Comitis Provinciæ et Forcalquerii. Actum Lugduni, X Kal. Septembris, Anno Pontificatus sui III°.

Docum. Sig. mon. etc. II. 148.

186. 1245. Septemb. 20.

Amedeus Comes Sabaudiæ etc. concedit ecclesiæ agaunensi jus creandi et conficiendi cartas et instrumenta publica, et præcipit castellanis et officialibus suis de Chablasio, de Valesio et de Entremonti, nominatim castellano de Chillon, ut ecclesiam agaunensem in hoc jure manuteneat, ita ut nemo, nisi vice hujus ecclesiæ, illud exerceat in partibus suis Chablasii, Valesii et Entremontis, etc. Datum XII Kal. Octobris, Anno MCCXLV°.

Docum. Sig. Mon. etc. II. 146.

187. 1245. Mense Septembris.

Diploma Friderici Rom. Imp. quo pollicetur Amedeo Comiti Sabaudiæ restitutionem castri Ripolarum, spectantis ad dictum Amedeum, ratione Comitatus et Marchionatus sui; et quod restitueret ipse Imperator prædictum Castrum Comiti, quamprimum illud ad manus suas perveniret.

Diplomata Imperialia Fasc. I. N°. 7.

188. 1245. November 29. Agauni.

Litteræ Abbatis et Capituli Ecclesiæ Agaunensis, notum facientes, Beatricem, relictam Henrici de Alingiis cum filiis suis, Willelmo et Hugone, accepisse in feodum a domino Petro de Sabaudia, tria jugera terræ, lacui contigua, ubi extat domus fortis, dicta Forons, cum sylva dicta Coudrai, quas dicti Abbas et Capitulum dictis de Alingio dederant titulo allodii, in compensationem infeodationis omnium bonorum, quæ possidebant dicta Mater et filii prope Magelaz, et medietatis terræ eorum prope Chisves.

Inv. Sabaud. Fasc. I. Alinges. N°. 1.

189. *Petrus de Geneva et Matillidis uxor ejus, a rege Angliæ donationem accipiunt.*

1245. Decembris 19. Westmonasterii.

Rex Baronibus de Scaccario salutem. sciatis quod de DCCCXXV libris quas Walter de Lacy debuit heredibus Hamonis de Hereford Judei et de XL. libris quas idem Walter debuit Blaunch: de Hereford Judee, etc. etc. que quidem debita sunt in manu nostra, perdonavimus Petro de Geneva et Matillidi uxori ejus alteri heredi ipsius Walteri medietatem omnium predictorum debitorum. Ita quod Joh. de Verdun. et Margarita uxor eius altera heredum ejusdem Walteri respondeant de altera medietate eorumdem debitorum. Et ideo vobis mandamus, quod predictos Petrum et Matillidem de medietate

omnium predictorum ipsos contingente quietos esse faciatis. Teste Rege, apud Westmon. XIX die Decembr. anno XXX Hen. III.

Excerpta e Rotulis finium I. 445. Arch. Lond.

190. **1245.**

Mandatum Henrici Angliæ Regis, quod feudatarii et homines honoris Richemundiæ obedientiam præstare debeant Petro de Sabaudia, in omnibus servitiis, quibus illi obligati essent dicto Petro. Act. Anno XXIX° Henrici III.

Ex archivo Turris Londin. Patent: 29 Hen. III. m. 10. ex epitome Ms. transmissa a Dom. Bunsen.

191. Amedeus IV Comes recognoscit in feudum a rege Angliæ castra de Aviliana, de Bardo, et villas Secusiæ et S. Mauritii in Chablasio, pro qua recognitione accipit Comes a rege Mille libras Sterlingorum. **1246. Januarii 16. ap Westmonasterium. Tria diplomata Henrici Regis, pro Amedeo, Comite Sabaudiæ et Marchione Italiæ.**

1. Rex concedit Amedeo, Com. Sab. et March. in Italia, pro homagio quod fecit pro Castro Auyllan et villa Secucie, cum Pallacio et castro de Bardo et villa S. Mauritii in Chablasio, tenendis de Rege et heredibus suis sibi et heredibus suis in feodo imperpetuum, M. libras bonorum Sterlingorum de thesauro suo, percipiendas London. ad Scaccarium Regis de dono suo. De quibus M. libris Rex solvit ei, pro manibus, D. marcas, et ei solvere tenetur D. marcas ad festum Pasche anno regni suo tricesimo; et residua D. marcarum ad festum S. Michaelis anno eodem, preter feodum suum quod percipere debet ad eundem terminum.

2. Rex concedit eidem Comiti pro homagio predicto et servitio, que ipse et heredes sui Regi et heredibus suis facere tenentur pro predictis castris et villis tenendis de Rege et heredibus suis in feodo in perpetuum secundum formam scripti, quod Rex fecit eidem comiti, quod ipse et heredes sui percipiant a Rege et heredibus suis annuum feodum ducentarum marcarum bonorum sterlingorum, ad Scaccarium London. singulis annis in festo S. Michaelis: quas ipsi vel suo certo nuncio in dicto termino bona fide Rex se promittit soluturum.

3. Rex concedit eidem Comiti et bona fide promittit, quod unam filiarum filie ejusdem Comitis, quam ad Regem destinare voluerit in Angliam, maritare faciet, vel Johanni de Warenna, qui, si vixerit, Comes erit Warennæ; vel Edmundo

de Lacy, qui si vixerit, Comes erit Lincolnie: qui quidem pueri sunt in custodia Regis, et maritagium eorum ad Regem pertinet.

Conclusio trium diplomatum: In cujus rei etc. Teste Rege apud Westmonasterium, decima sexta die Januarii, anno XXX° regni Hen. III.

Rymer I. I. 155.

192. Arbitrium Amedei IV, inter Imperatorem et Marchionem Montisferrati.

1246. Januarii die 27. ap. Ciriacum in domo Marchionis.

Amedeus Com. Sabaudiæ, ab Imperatore Friderico arbiter constitutus dat sententiam, ut Bonifacius, Marchio Montisferrati promittat Henzio, Regi Sardiniæ, legato Imperatoris, se daturum milites et alia adiutoria Imperatori contra rebelles Lombardos, donec arserit bellum et rebellio: idem promittit Marchio Salucensis, et spondet Amadeus pro Marchione Montisferrati, donec sit in concordia cum Astensibus. Præsentibus, Thoma de Sabaudia Comite, P. de Plosascho, et aliis.

Zibaldone Pingoniano.

193. Bulla Innocentii IV Papæ, pro Aymone Domino Fuciniaci. **1246. Maji 4. Lugdun.**

Bulla Innocentii IV Papæ, qua assumit sub protectionem Sedis apostolicæ, Aymonem dom. Fulciniaci, cum omni terra sua, in remunerationem servitiorum et auxiliorum sibi præstitorum contra Fridericum, quem *quondam Imperatorem* adpellat. Exhortatur Papa Aymonem ad ulteriorem erga sedem apostolicam fidelitatem, promittitque, nec Fridericum, nec ullum e filiis ejus unquam Imperatorem vel Regem fore. Dat. Lugduni, IIII Nonas Maii, Pontificatus Innocentii IV Papæ anno quarto.

Inv. Bullarum papalium, F. I. N^0. 10. Monumenta hist. pat. Chart. I. col. 1388.

194. Ratificatio pacti a legato Imperatoris cum fratribus de Sabaudia circa restitutionem castri Ripolarum conventi. **1246. Maji 8.**

Ratihabitio Friderici Rom. Imp. pacti, nomine ejus a procuratore suo, Waltero de Ocra, Electo Capuano, Capellano et Notario Imperiali transacti cum fratribus de Sabaudia, Amedeo Comite et Thoma, pro restitutione Castri Ripolarum dictis fratribus facienda, et de matrimonio contrahendo inter Manfredum dictum Lancea, filium naturalem Imperatoris, et Beatricem filiam Amedei Comitis, relictam Manfredi, Marchionis Salucensis.

Inv. Diplomatum Imperialum, Fasc. I. N^0. 8.

195. *Episcopus Sedunensis vendit P. de Sabaudia bona ecclesiæ Sedunensis in terra de Villicy.*

1246. Maji 17. Seduni.

Henricus Episcopus Sedunensis vendit Petro de Sabaudia quidquid habebat Ecclesia Sedunensis in tota terra de Villicy, præter feudum Comitis gebennensis et feudum de Roa: vendit etiam dicto Petro, feudum Aymonis de Sarrata, de ecclesia Sedunensi hucusque habitum, ita quod jus patronatus ecclesiarum de Codrofin et de Constantina ad dictum Petrum transeat. Pretium venditionis fuit octoginta duarum marcharum Sterlingorum. Actum Seduni, XVI Kal. Junii, Anno Dom. MCCXLVI.

Inv. Sab. Fasc. I. Convol .N⁰. 4. Charta 68. Pingon. fol. 312. Zibaldone.

(In Chronico suo scribit Pingonius, pretium venditionis fuisse mille marchas Sterlingorum, cum nota adjecta: «Sterlingi etc: fuisseque sex et viginti denariorum ponderis vnius unciæ argenti. Marcha vero sex coronatorum æstimatur:» citat in Margine: «Polydorus Vergilius f. XII. ex laxa veteri cameræ Computorum Sabaudiæ.» In elencho vero dicto Zibaldone, pretium indicatur, octoginta duarum Marcharum Sterlingorum.)

196. 1246. Augusti 18. Lugduni.

Bulla Innocentii IV Papæ, quâ concedit Aymoni domino Fulciniaci privilegium, cum non interdici posse, nec terras ejus, per censuras ecclesiasticas. Act. Lughuni, XV Kal. Septembris, anno IV pontificatus Junocentii IV Papæ.

Inv. Bullarum papalium Fasc. I. N⁰. 10b.

197. 1246. London.

Donatio Henrici Regis Petro de Sabaudia facta in cedula pendente, de domo Briani de Insula, extra civitatem Londonii, in vico vocato le Straund. London, Anno Henrici III Regis, 28°. pag. 61.

Calendarium Rotulorum Chartarum.

198. 1246. Sine die.

Willelmus, dominus Bioleti, recognoscit se accepisse in feudum a Petro de Sabaudia, Castrum suum de Bioley, unâ cum villis et curtibus de Opens, Ogens, Orsens et Correvon, pretio LXXX Librarum Laus. sibi pro dicto homagio a predicto Domino Petro de Sabaudia solutarum.

Inv. Sabaudiæ Fasc. I. Convol. IV. N⁰. 57.

199. **1246. Augustæ.**

Amedeus Comes Sabaudiæ pollicetur hominibus de Etroubles et de S. Remigio, se illos nunquam de dominio suo alienaturum, nisi alienaret totam Vallem Augustanam.

Cibr. Storia della Monarchia di Savoja, II. 40. ex elencho libertatum Augustensium ms. Tilleti, in Biblioth. Illustris Domini Cæsaris Salutii.

200. Willelmus de Bioley cedit P. de Sabaudia castrum suum de Bioley cum tribus villis, et de illis ab eo reinfeodatur.

1247. Februarii 2. Melduni.

Donatio Willelmi domini de Bioley castri sui de Bioley, cum villis de Corovent, Oppens et Orseriis, cum appenditiis, facta Petro de Sabaudia, consentientibus Petro, Yblone et Henrico, filiis dicti Willelmi, pro receptis a Petro de Sabaudia, quater viginti libris Lausann: et infeodat dictus Petrus e filiis supradictis, Henricum, de castro et terris donatis. Dat. Melduni, in festo purificationis b. Virginis, Anno Incarnat. M. CC. XL. sexto *(sec. Stylum curiæ Lausann.).*

Invent. Sab. Fasc. I. Convol. N⁰. 4. Ch. 57-74.

201. **1247. Martii 5. Lugduni.**

Anno quarto pontific. Innocentii IV Papæ, III Non. Martii, Breve Innocentii IV Papæ, Episcopo Sedun. Henrico „exhortans illum, ut assistet ex posse suo Hartmannum Kyburgi Comitem, adhærentem Willelmo Rom. Regi, contra Conradum, filium Friderici qui fuit Rom. Imperator, et qui est hostis Ecclesiæ.

Alia duo Brevia consimilia scripta sunt Episcopo Lausannensi et Abbati Morbacensi in Dyoc. Basiliensi.

Inv. Bullar. Papal. Fasc. I. N⁰. 12.

202. **1247. Aprilis 21. apud Camberiacum.**

Pactum matrimonii Manfredi Lanceæ filii Friderici Rom. Imperatoris cum Beatrice, Marchionissa Salutiensi, filia Amedei Comitis Sabaudiæ et in Italia Marchionis, relicta Manfredi Marchionis Salutiarum, actum nomine Imperatoris pro filio suo, per Walterum de Ocra, Electum Capuanum, et Imperatoris Notarium et Capellanum, cum Amedeo Comite. Statuitur, ut Imperator tradat castrum Ripularum, usque ad festum Pentecostes proximum, prædicto tamen matrimonio antea consummato. Item, quod tradat idem Imperator dicto filio suo in feudum sub homagio, totam terram a Papia vsque ad montes, et dabit illi regnum Arelatense.; Beatrici vero in dotem et doarium mille

Marcas argenti, etc. Act. Camberiaci, Anno M. CC. XL. septimo, Indictione V, Die Dominica, XXI Aprilis.

Inv. Matrim. Fasc. II Matr. Beatricis cum Manfredo N^0. 2. Guichen. Pr. 71.

203. **1247. Septembris 4. in Castro Ripularum.**

Amadeus, Comes Sabaudie, Marchio in Italia, de Chablasio Ducatu insuper Tonons, Dominus, concedit plura privilegia Communitati Ripularum. Actum in Castro Ripularum, pridie Nonas Septembris, A. D. MCCXLVII.

Zibaldone. Guichen. I. 269.

204. **1247. Septembris 11. Kyburg.**

Margaretha Comitissa de Kyburg, emit, de suis propriis denariis. a fratribus C. et E. de Wartenberg, nobilibus, villam de Richenbach: „eoque est ista acquisitio dicte Margarite plena proprietas, quia nunquam antea fuit in potestate Comitum de Kiburg." Act. in Castro de Kiburg, A. D. M°. CC°. XL°. septimo, tertio Idus Septembris.

Inv. Matrim. de' Princ. di Savoja Marit. di Margarita etc. Fasc. I. N°. 13.

205. **1247.**

Litteræ patentes Henrici III Reg. Angliæ, de anno XXXI° regni sui, statuentes reversionem dimidii feodi unius militaris in Ledenham et Fulbeck, cum advocatia Ecclesiæ de Fulbeck et foresto de Wensledale, que fuit nuper Rodulphi filii Roberti, et quæ spectant ad honorem de Richemund, revertique debent Petro de Sabaudia post mortem Warneri Engaine. Sita dicuntur dicta feoda in confiniis honoris Richemund.

Charta Turris Londin. de anno XXXI Hen. III. m. 7. p. per Ms. communicata. Vide Cal. Rotul. patent. pag. 22.

206. **1247.**

Litteræ patentes Henrici III Regis. de anno XXXI^0 regni sui, statuentes, quod Bartholomæus Peche teneatur facere homagium Petro de Sabaudia, de terra Coleb, quam tenere debet de honore Richmond, dato Petro de Sabaudia a dicto Rege.

Charta Turris Londin. de A. XXXI Hen. III. m. 8. in ms. communicata.

207. *Castrum de Rota, feudum domini Fuciniaci.*

1247. Sine loco nec die.

Pactum inter Aymonem dominum Fuciniaci et Rodolphum dominum de Rota, quo cedit dom. Aymo domino Rodolpho omnia Jura, quæ habet vel habere videbatur in hereditatem

de Rota, sub conditione homagii sibi faciendi per dominum de Rota. Reservatur Domino Fuciniaci, quod facere possit bastimenta ut placebit sibi iu castro de Rota. Sigilla, Dom. de *(rota)* Rod. Comitis de Grueria, Vldrici dom. de Vippens, Will. Domini de Corberes. Dat. A. D. MCCXLVII.

Inv. Faucigny Fasc. I. N° 2.

208. *Mandatum Regis Angliæ de captione mercium Mercatorumque Flandricorum, in casu, quo Margaretha Comitissa neglexerit solvere Thomæ de Sabaudia monetam pactam VI millium librarum annuarum.*

1248. Februar. 1. ap. Westmonasterium.

Mandatum Henrici Reg. Angliæ ballivis suis per totam Angliam, Johannam, Comitissam Flandriæ, uxorem defunctam Thomæ de Sabaudia, de consensu Margarethæ, sororis et heredis ipsius, concessisse dicto Thomæ conjugi suo VI millia librar. Artes. percipere annuatim, quoad vixerit: Si vero Margaretha, tunc Comitissa, pecuniam istam solvere neglexerit, et si ballivi a Thoma vel nunciis ejus, neglectæ solutionis certiores facti et eadem ratione requisiti fuerint, ut sine dilatione, homines et mercandisiæ Flandriæ, ubicunque invenirentur in cujuscunque ballivi ballivia, firmiter *arrestentur*, donec prefato Thomæ, tam super prædicta pecunia, quam super damnis, quæ occasione neglectæ solutionis incurrerit, sit plenarie satisfactum. Datum apud Westmonasterium, Kal. Februarii Anno XXXII Hen. Regis.

Rymer I. I. 156.

209. *Duæ concessiones Henrici III regis Angliæ, Thomæ de Sabaudia factæ.*

1248. Februar. 15. ap. Westmonasterium.

Henricus R. Angliæ concedit Thomæ de Sabaudia inusitatam in regno Angliæ facultatem, recipiendi nomine regis homagium a Margaretha Comitissa Flandriæ, de feodo illi debito à Scaccario regio. Reservat, quod hæc concessio alias non trahatur in exemplum. Act. apud Westmonasterium XVI Kal. Martii Anno XXXII Hen. Regis. Jisd. anno et die, ap. Westmonast. Henricus Rex concedit avunculo suo Thomæ de Sabaudia Comiti, quod provideatur illi in terris usque ad valentiam quingentarum Marcarum, quas percipiat per annum ad scaccarium regium: salva conventione Regis cum fratre suo Ricardo Comite Cornubiæ.

Rymer I. I. 156, 157.

210. *Assignationes duæ Henrici Regis pro Thoma de Sabaudia Comite, quingentarum marcarum, et pro Amedeo Comite Sabaudiæ, ducentarum marcarum, in Hugonem le Bigod.* **1248. Februar. 20. ap. Westmonast.**

Litteræ Henrici Regis Angliæ, pro Thoma de Sabaudia Comite, mandantes, quod de Septingentis Marchis quas Hugo le Bigod reddit regi per annum ad Scaccarium suum, solvantur singulis annis dicto Thomæ Comiti quingentæ Marchæ, et deponantur apud Templum Londoniense ad opus ejusdem pro annuo feodo suo D. marcarnm. (*Eodem anno, die et loco:*) Assignatio Regis Henrici pro Amedeo Comite de Sabaudia, quod de septingentis marchis, quas Hugo le Bigod solvere debet annuatim Scaccario regio, solvantur dicto Comiti annuatim ducentæ marchæ, pro annuo feodo ejus, et deponantur apud novum templum Londoniense. Actum apud Westmonast. die XXI^a^ Februarii, Anno XXXII Hen. III.

Rymer I. I. 157^a^.

211. *Hartmanni Junioris Comitis de Kyburg, sponsio pro Margaretha de Sabaudia, uxore patrui sui.* **1248. April. 2. Kyburg.**

Hartmannus Junior, de gente Kyburgica, Comes, pollicetur, se haudquaquam derogaturum esse donationi ab avunculo suo, Comite seniore de Kyburg, Margarethæ uxori ejus factæ, post mortem dicti patrui sui, sicut in litteris Episcopi Argentini continetur. Actum apud Kyburg, IV Non. Aprilis Anno Dom. MCCXLVIII.

Matrim. Princ. Sab. Fasc. I. Matrim. Margar. c. Hartmanno Kyburg. N^0^. 14.

212. **1248. Aprilis. 15. Argentinæ.**

Ratihabitio Henrici Episcopi Argentinensis, donationis ratione matrimonii factæ a Comite Hartmanno sen. de Kyburg, Margarethæ uxori suæ, bonorum, prius donatorum dicto Episcopo et Ecclesiæ ejus. Datum Argentinæ. XVII Kal. Maji, A^o^. Dom. MCCXLVIII.

212. *a.* **1248. Sine die. Urbach.**

Confirmatio ejusdem Henrici Episcopi Argentini, tam donationum a Nepotibus suis factarum Ecclesiæ Argentinæ, quam Investituræ illis a prædecessore suo concessæ, et aliarum donationum ibidem expressarum. Actum ap. Urbach, A^o^. Dom. MCCXLVIII^o^.

Invent. Matrim. Fasc I. Matr. Margar. cum Hartm. Kyburg, N^0^. 15. a et b.

213. **1248. Aprilis. 29. ap. Paterniacum.**

Petrus de Vilar donat Petro de Sabandia quicquid possederat in Torniey lo pitit prope Grueriam, de hereditate sua, et facta fidelitate, a dicto Petro in feodum accipit bona ei donata, illisque investitur, et fit homo Petri. Sigilla Prioris et conventus Paterniacensis extant. Actum apud Paterniacum III Kal. Maii, MCCXLVIII.

Invent. Waud. Fasc. I. Convol. N°. 2. Ch. 11. Inv. Sabaudiæ. Fasc. I. Conv. N°. 4. Ch. 53. Zibald.

214. *Amedeus Comes Sabaudiæ promittit sigillare et observare Testamentum fratris sui Thomæ de Sabaudia.*
1248. Junii 23.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi. Quod nos Amedeus dei gratia comes Sabaudie et in Ytalia Marchio. ratum et gratum habemus et habituri sumus in perpetuum. Et eciam tactis Sacrosanctis euangeliis iuravimus et promisimus tenere tueri attendere et seruare atque sigillare testamentum quodcumque quibnscumque et qualitercumque illnstris et Karissimus frater noster dominus Thomas de Sabaudia duxerit faciendum et disponendum nec per nos aut per alios aliquo tempore in contrarium ueniemus. Contendentes precipientes et preciso uolentes vt venerabilis frater noster... Electus Lugdunensis si superuixerit uel alius totam terram vbicumque prefati fratris nostri domini Thome pacifice ac quiete possideat prouentusque et redditus ipsius integre percipiendo quousque dictum testamentum plenarie fuerit executum. In cujus rei robur et testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Act. ap. Sanct. Genisium anno dom. millesimo ducentesimo Quadragesimo octauo in uigilia beati Johannis baptiste.

Deperditum est Sigillum.

Ex autentica Membrana in Archivis Cameralibus Taurini.

215. **1288. Jun. 26. Sine loco.**

Testamentum Thomæ de Sabaudia Comitis. Instituit heredem, filium vel filiam si quem vel quam haberet tempore mortis suæ ex uxore legitima; et inter plures, primogenitum, obligans illum providere fratribus et assignare dotes sororibus suis, statui illarum adæquatas. Substituit deficienti proli successive, et unum alteri in heredes suos, Petrum, Philippum Electum Lugdunensem Beatricem Provinciæ Comitissam sororem suam, post cujus mortem devolvat hereditas sua ad filium masculum Amedei Comitis Sabaudiæ. Huic, si improlis

decederet, substituit successive, Bonifacium Archiepiscopum Cantuariæ, post illius mortem vero Eduardum, primogenitum Henrici Angliæ regis ex Eleonora Regina, ipsius Thomæ nepte genitum: et hoc, sine filiis decedente, proximum Comiti Sabaudiæ Consanguineum. Sequuntur legata pia, nonnullis monasteriis destinata: Mittantur LXX milites in Terram Sanctam sumptibus hereditatis suæ, pro adimplendo proposito suo, eundi in talem expeditionem. Executores, Hugo Cardinalis, Philippus Electus Lugdun. Rodolphus Electus Tarantas. Jacobus Abbas Secusiæ. Actum in festo bb. Johannis et Pauli anno Dom. M. CC. XL. VIII.

Testam. Fasc. I. N°. 3.

216. **1248. Julii 2.**

Confirmatio cujusdam, non descripti, instrumenti Humberti et Thomæ, Sabaudiæ Comitum, per Amedeum Sabaudiæ Comitem, laudante N. Comitissa Sabaudiæ. VI Non. Julii, 1248.

Zibaldone.

217. Fidejussio P. de Sabaudia pro Johanne comite Burgundie, in favorem quatuor mercatorum florentinorum.

1248. Mense Octobris.

Johanz Cuens de Burgune et Sire de Salins declare auoir mis nostre chier neueu mon segnor Perron de sauoie en plaige pour mille livres viennoises de la main de quatre marchands de Florence, par nos receus que somes tenus resoudre ce quil dira sa simple parole: Promittit Johannes Comes refundere dictas M. libras Viennenses in festo proximo purificationis b. Virginis. El mays de Octobre 1248.

Invent. Sabaud. Fasc. I. Convol. N°. 4. Ch. 76 Zibaldone.

218. Comparatio diversarum relationum ruinæ Asperi Montis vel Montis Granerii in Sabaudia.

1248. Novembris 24-25.

1. Eodem quoque anno, octavo Kal. Decembris mare solitos per magnum excedens spacium terminos, sibi finitimis damna intulit irrestaurabilia. Luna enim secundum computationem Calendarii, existente quarta, ter ascendit mare cum incremento turgido, sine decremento notabili vel refluxu. Creditur tamen hoc per impetum venti tunc fortissimi, qui de mari flavit evenisse: sed quia sæpe evenit, quod ab marina parte ventus desævit, nec tamen pontus sic vehementer ascendit de hac novitate inaudita senes etiam obstupuerunt.

Eodemque tempore in partibus Sabaudiæ, in vallibus videlicet Moriani, quædam villæ, scil. quinque, cum suis bovilibus, caulis et molendinis adjacentibus obrutæ sunt et absorptæ, montibus et scopulis, qui vicini erant, de loco creationis suæ facto horribili terræ motu, per quasdam sui cavernas avulsis et revolutis. Nescitur tamen, si miraculose, vel naturaliter, illa montium ruina facta in pagos memoratos, adeo horribiliter desævit. Sed quia hominum circiter novem millia oppressit, et animalia quorum non est numerus æstimabilis, videtur quod potius miraculose quam casualiter evenisset. Dicebatur enim, quod in eorundem incolarum mansiones merito desævit divinæ ultionis severitas, eo quod tam impudenter usurarum turpia commercia exercuerunt indifferenter, polluti libidinis ignominia, seque, ut vicium virtutis species opperiret, mercatores denariorum sophistice non erubuerunt appellare. Simonias non abhorruerunt, furta et prædas sine misericordia aggredi non formidabant. Transientes per eos et cum eis hospitantes peregre proficiscentes, Romanamque curiam adire compulsos scholares, institores, vel jugulare vel potionare non omittebant, ignorantes quod quanto ultio divina tardior, tanto gravius legitur desævire, teste beato Gregorio dicente: Lento gradu procedit ad ultionem divina severitas, sed tarditatem compensat postea gravitate.

Matthæus Parisiensis, **P. 751. ad annum 1248.**

2. Ecclesia Sancti Mauritii de Marchiis etc. Infra dictam Parochiam est venerabilis et devotus Conventus Fratrum Minorum de Observantia Beatæ Mariæ de Myans, qui subest Provinciali Franciæ Sancti Bonaventuræ, et ibi fuit terminata ruina que de anno Domini M. CC. XLVIII. Septimo Calendas Decembris, cecidit de aspero monte, et quinque Parochias destruxit, et signanter Villam Ecclesiamque Sancti Andreæ, quæ erat titulus dicti Decanatùs Sabaudiæ.

Valbonnois, Hist. de Dauphiné. F. II. 323. Pouillé de l'Evêché de Grenoble, 1497. (Laurentio Alamandi Episcopo Gratianopolitano curante

3. Lan de nostre Seigneur mil deux cens quarante huit Loys roy de france etc. En celuy an Selon les croniques dalphinales estant celuy pape innocent a lyon la quarte Kalende de decembre qui est le vingt et Siziesme De Nouembre vint vne grant rauine et ramasse de aue entre le chasteau de bellecombe qui est du daulphine et le chasteau daspremont en Sauoye tellement quilz perirent la cinq paroisses. Et lan

de nostre Seigneur mil CC. XL. IX. furent faictes en celuy daulphine les penitences Solemnelles.

Cronique Martinienne. Fueillet 136 recto.

4. Nec tunc sine superum providentia Amedeus abfuerat (1249 in Valle Augustana) sive Montemeliano. Hæc enim inter oppida Mons eminentissimus Granerus nomine, terræmotus quadam prodigiosa specie, (Brasmatiam vocant) crepuit et concidit, atque suscitatis sursum deorsum, immanissimis rupium molibus, veluti funda emissis, totam regionem per leucæ amplissimæ spatium longe lateque oppressit. (Ex notis ejus seculi, vigilia St. Katharinæ anno 1249) sexdecim pagos celebres cooperuit. Id nocte intempesta factum, octauo Kalend. Decembr. Horrendum spectaculum, quo magna vis hominum omnis sexus, ætatis, ordinis, misere absorpta est, armentis, pecudibus, ingenti suppellectili, contrita nec non quod perpetuum fuit, exsiccatis fontibus, contectis et absumptis alveis rivulisque aquarum, agris, pratis, vineis, plantariis, et omni solo, feracissimo prius, nunc sterili penitusque inutili derelicto. Causam aliqui tanti casus naturæ rationibus et rerum principiis disquirunt, scil. densiores spiritus per confragrosas semel admissos, inclusosque coarctati, inflari ac tandem exhalatione sicca in apertum ferri, eructare, et superiora quæque vel maxima commouere sua vi, deturbareque. Huic quatuor illa genera terremotuum Brasmathiæ, Chasmathiæ et Mycemathiæ, quæ extra rem sunt. Alii diuino et potiori consilio eventum tribuerunt. Hinc vulgi tunc rumor increbuerat, id in supplicium contigisse Jacobo cuidam Bonivardo, magnæ auctoritatis et consilii viro apud Principem, quem pro Federico in Pontificem acuebat, et tamen Lugdunum profectus a Pontifice sacerdotium sive prioratum perpinguem ejus loci impetrarat, idque commentitio jure caduci, quod tacite Pontifici fuisset pollicitus, principem in suas partes totum posse adducere. (Ex tabula ueteri affixa in æde b. Mariæ de Mians). Atque ita Boniuardus justo possessore et piis monachis summa injuria expulsis, dum ea nocte simul cum suis stationariis debaccharetur, cunctos subito impetu fulminantis montis opressos simul cum tota illa ora. Vnam intactam fuisse ædiculam, in qua Virginis Mariæ effigies obseruaretur. Locus nunc adhuc terræ saxorumque cumulis et tumulis infamis apparet. Ædes, ipsa magna in concauo terræ visitur et ad aram numinis imago vetustate uenerabilior, donariis, votivis et libationibus circumdata. Mianum loco nomen est, qui locus a Franciscanis, arctioris regulæ quam obser-

vantiam vocant, incolitur: quod reliquum est agri patentissimi ob tantam voraginem Abissus ab incolis dicitur. Olim divi Andreæ templum Montaniolæ.... erat, Granopoleo episcopo addictum. Nunc Montaniola et exteris absorptis omnibus quæ a Sambardulpho pago ad Camparlianum et Favaretum extendent. Eam ob causam indicebantur vbicunque supplicatioues, incedebant obsecrabundi omnes bini, nudis pedibus, lineis indusiis, assumpto etiam sacco et cilicio ad distantes aras et puluinaria cum lachrimis et miserandis vocibus, qui maxime rupibus vel montibus supposita haberent domicilia, etc.

Philiberti Pingonii Chronicon Sabaudicum ms. fol. 322. recto.

218. a. Tres donationes Friderici II Imperatoris, Thomæ de Sabaudia factæ, civitatis Eporediæ et terræ Canapitii.

1248. Mense Novembris. apud Vercellas.

a. Fridericus II. Rom. Imp. donat Thomæ de Sabaudia Comiti, civitatem Eporediam cum omnibus dependentiis suis, tenendam per se, liberosque suos utriusque sexus, ex illo legitime descendentes, in feudum directum S. Rom. Imperii. Apud Vercellas Mense Novembris.

b. Jisd. die et loco. Alia Donatio ejusdun Imperatoris eidem Thomæ facta, terræ Canapitii, in feudum directum Imperii, pro dicto Thoma, et prole sua legitima utriusque sexus.

c. Donatio ejusdem Imperatoris, eidem Thomæ Comiti facta, Civitatis Eporediæ. unâ cum territorio Canapitii, omnibus dependentiis, et omni ratione, ad se spectante in Castrum de Lanzo, specie feudi directi Imperii Romani, et reversibilis in prolem dicti Thomæ utriusque sexus. Die et loco eisdem.

Invent. Diplomat. Imper. Fasc. I. N°. 9, 10 et 12.

219. **1248. Mense Novembris. apud Vercellas.**

Diploma Friderici Imperatoris, quo donat Thomæ de Sabaudia Comiti, Castra et locos Montis Calerii et Castri veteris, cum jurisdictione et dependentiis, in feudum directum S. Rom. Imperii, cum reversibilitate in liberos legitimos dicti Thomæ utriusque sexus, sub fide homagii faciendi Imperio.

Diplomata Imperialia, Fasc. I N°. 11.

220. **1248 Mense Novembris. ap. Vercellas.**

Donatio Imper. Friderici, Thomæ de Sabaudia facta, specie feudi directi S. Rom. Imperii, et cum reversibilitate in prolem dicti Thomæ legitimam utriusque sexus, videl. Ci-

vitatis Taurini, pontis, et castelli ibidem noviter exstructi, et castrorum locorumque Caburreti, Castriveteris, Montiscalerii, et Colegii, cum omnimoda jurisdictione aliisque dependentiis sub conditione faciendæ Imperio fidelitatis. Act. apud Vercellas, Mense Novembris 1248.

Dipl. Imperialia, Fasc. I.

220 a. **1248. Novembre mense. ap. Vercellas.**

Aliud diploma donationis Friderici Imper. Thomæ de Sabaudiæ factæ titulo feudi directi Imperialis, Civitatis et Pontis Taurinensis, cum bastia juxta dictum pontem, unâ cum Castris et locis Caburreti et Colegii, jurisdictionibus et dependentiis, in gratiam dicti Thomæ et liberorum ejus legitimorum utriusque sexus, sub fide homagii Imperio faciendi. Dat. apud Vercellas, Mense Novembris, A°. 1248.

Invent. diplom. Imper Fasc. I Ms 13, 14.

221. **1248. Mense Novembris ap. Vercellas.**

Fridericus Imperator sese obligat acquirere infra duos annos Castrum Lancii a domino illius loci, et tradere id Thomæ de Sabaudia Comiti infra terminum in concessione illi facta stipulatum, unâ cum locis de Eporedia et regione Cannapitii. Dat. apud Vercellas, Mense Novembris, 1248.

Invent. Diplom. Imper. Fasc. I N° 15.

222. **1248. Mense Novembris. ap. Vercellas.**

Licentia a Friderico Imp. data Thomæ Comiti, ut ædificare procuraret Castra, Turres et munitiones, Taurini, in Monte Calerio, Caburreto, in Colegio, Eporedia, in terrâ Canapitii et Lanzo, ad suum libitum. Vercellis, Mense Novemb. Anno 1248.

Diplom. Imper. Fasc. I. N° 16.

223. **1248. Mense Novembr. ap. Vercellas.**

Diploma Friderici Imperatoris, quo constituit Vicarium Imperialem per Pedemontium, a Papia superius, Thomam de Sabaudia Comitem. Apud Vercellas, Mense Novembris 1248.

Diplom. Imper. Fasc. I. N°. 20.

224. Spondet Imperator, de traditione civitatum pedemontanarum Thomæ de Sabaudia procuranda, conditione matrimonii Marchionissæ Salutiarum viduatæ cum filio Imperatoris. **1248.**

Fridericus Imperat. promittit, se procuraturum traditionem, Thomæ de Sabaudia faciendam castrorum et locorum, Taurini,

Montis Calerii, Caburreti, Collegii, Eporediæ, Lancii, et territorii Canapitii, per Jacobum de Carretto, ipsius Imperatoris generum, qui tenebat dicta castra, loca et territorium, sibi assignata a Domino Imperatore. Sub conditione vero, ut satisfaciat dictus Thomas obligationibus in donatione stipulatis, quam fecerat illi prædictus Imperator, et quod procuret matrimonium inter Beatricem Comitissam Salutii, nepte ejus ex fratre, et Manfredum filium Imperatoris. Anno MCCXLVIII.

Dipl. Imper. Fasc. I. N°. 17.

225. **1248. Mense Decembris.**

Concessio Friderici Imperatoris, Thomæ Comiti facta, pedagiorum, regalium et pascuorum Comitatus sui, et dependentiarum illius, et Pedemontii, sub conditione recognitionis eorum in feudum Imperii, et homagii præstandi. Actum, mense Decembris, Anno MCCXLVIII.

Dipl Imp. Fasc. I N°. 18.

226. **1248. Mense Decembris.**

Licentia, a Friderico Imperatore data Thomæ de Sabaudia Comiti, ut recuperet propriis manibus omnes expensas, sibi incumbentes ratione custodiæ et tuitionis statuum suorum; simul et recuperationis terrarum, obedientiam sibi debitam recusantium vel abnuentium. Dat. Mense Decemb. MCCXLVIII.

Dipl. Imp. Fasc. I. N°. 19.

227. Investitura imperialis Thomæ de Sabaudia, de civitatibus pedemontanis sibi collatis.

Sine dato, verisim. Anno 1248.

Fridericus Imperator, litteris sine diei, anni nec loci indicatione, sigillo tamen Imperiali munitis, declarat, *quod fecit* Investituram Thomæ de Sabaudia, de Taurino, Monte Calerio, Iporegia, Canapicio, Castro veteri, Gavarrotto, Collegio, Lancej; et *cum* fidelitatem *præstiterat* Regi Corrado filio Friderici, faciendo vivam guerram contra omnes pro Imperio, et eas terras *posuerat* Fridericus in manibus Jacobi de Carreto generi sui, ita quod pace facta inter Papam et Cæsarem restituere debet Comiti Iporegiam, Canapicium, Castrum Lancei; et interdum *debet* facere vivam guerram cum mille armatis. Si vero pax inter Papam et Cæsarem non fieret infra quinquennium, teneretur dictus Jacobus residuum dictarum terrarum.

Zibaldone confusissime: hisce verbis concepta epitome, forte eadem Charta quæ in Fasc I. dipl. Imper. signata est Numero 17, et adscripta anno 1248

228. **1248.**

Henricus Rex committit Petro de Sabaudia custodiam terrarum, quas tenet in doario Matildis Relicta Comitis Warennæ in Surry et Sussexia, usque ad ætatem majorem filii ejus Johannis de Warenna. Anno Hen. Regis XXXII°.

Arch Turris Londin. Pat. XXXII anno Henr. III. M. 8.

229. *Hartmanni Junioris, Comitis Kyburgensis, sponsiones in favorem Margarethæ de Sabaudia, uxoris patrui sui.*

1248. Sine die nec loco.

Hartmannus Comes Kyburgensis Junior promittit, unâ cum nonnullis nobilibus et vassállis, se observaturum donationes a Comite Hartmanno Seniore, patruo suo, factas Comitissæ Margarethæ, uxori ipsius H. Senioris, tam ratione proprietatis, quam titulo dotalitii. Promittunt et iurant L. et Herm. Comites de Vroburch, et multi Nobiles et milites, se nunquam præbituros auxilium nec favorem dicto H. juniori, si præsumserit transgredi dispositiones prædicti patrui sui in favorem Margarethæ prælibatæ, aut si damna illata infra duos menses illæ non emendaret. Actum A. D. MCCXLVIII°. Sigilla Episcopi Constantiensis, Abbatis S. Galli, Comitum Lud. de Vroburg, Rod. de Rapherswiler et H. junioris de Kyburg, appendent illæsa.

Inv. Matrimon. Fasc. I. Mat. Marg c. H. de Kyburg, N°. 15.
Kopp, Urk. etc. II. 90.

230. **1249. Mense Januarii.**

Philippus de Turre vendit Petro de Sabaudia turrem de Viveys, triginta libras Lausannenses. Act. Mense Januario Anno MCCXLVIII. (Styli Incarnat.)

Invent. Sabaud. Fasc. I N°. 4.

231. **1249. in Februario. Sine loco.**

Donatio castri Montuxoli, a Friderico Imperatore facta Thomæ de Sabaudia, cum reversibilitate in posteros ejus utriusque sexus, sub obligatione recognoscendi dictum Castrum in feudum directum a S. Rom. Imperio. Dat., Mense Februario 1249.

Diplomata Imper. Fasc. I. N°. 21.

232. *Litteræ reversales Petri de Sabaudia, Anselmo de Billens traditæ, spectantes ad Podium dicti Anselmi in Rotundo Monte.* **1249. Mense Maji.**

Gesta mortalium de facili ab hominum memoria elabuntur nisi scripto uel uoce testium fuerint eternata. Ego igitur Petrus

frater Comitis Sabaudie notum facio presentibus et futuris, quod licet Anselmus de Billeus, dilectus ac Karissimus amicus et fidelis meus michi donauerit et concesserit ius quod habebat in Podio de Romont, sine aliqua diminutione per totum in quo edificio nunc demoror, nullum tamen ius uel dominium siue usagium habeo, in hominibus uel terra dicti Anselmi extra terminos de Romont nec aliquam exactionem debeo facere in eisdem, hoc excepto quod pena corporalis infligenda, latroni, proditori, homicide, effractori strate publice vel alteri, quique pro suo delicto ad penam sanguinis damnari uel mulctari debebit, ad me uel castellanum meum seu advocatum de Romont, nec non extra dictos terminos in terra et hominibus dicti Anselmi pertinebit. Pecunia tamen damnate persone ipsi Anselmo et ejus successoribus, si extra ipsos terminos deliquerit, sine diminutione qualibet remanente. In cujus rei testimonium hanc Cartam dicto Anselmo tradidi sigillo meo munimineque consignatam. Datum anno Domini M. CC. LIX.

Ex apographo adservato in archivis civitatis Rotundi Montis. Autographum vero deperditum est. Impressa est hæc Charta in libellis hebdomadariis Solodorensibus, anni 1828. pag. 350. Utrumque exemplar cum falsa anni indicatione M. CC. LIX.

Anno 1259, Petrus non erat frater, sed patruus Comitis Sabaudiæ, et mensem Maji hujus anni in Anglia peregit. Omissum est igitur verisimiliter, sit in autentico, sit in apographo, signum X, præcedens signum L in numero anni, et scribi debebatur M. CC. XL. IX. Hoc anno 1249 enim Petrus in regionibus cismarinis fuisse reperitur.

233. **1249. Junii 22.**

Sententia Amedei Comitis Sabaudiæ inter Rectorem hospitalis Villæ novæ, prope Chillon ex vna parte, et Ulricum Castellanum de Chillon et mistralem dicti loci Ville novæ, hominesque possidentes prata et Essertes in Sylva Chambon ex altera, circa dominium proprietatemque dictæ silvæ. Pronunciat Comes, competere proprietatem dictæ silvæ dicto hospitali, vi donationis illi factæ a Dom. Aymone de Sabaudia, fratre dicti Amedei Comitis, salvis, jure affocagii. et salvis, parte illius sylvæ culturæ gratia extirpata, quæ competunt dictis hominibus. Act., X Kal. Julii A. D. MCCXLVIIII°.

Cod. Membran. feud. Waud Fasc. I. pag. 409. N°. 1.

234. Tria diplomata Friderici Rom. Imperatoris, in gratiam Thomæ de Sabaudia Comitis. **1249. Mense Junio.**

a. Concedit Imperator Thomæ Comiti, ut exigat, in Civitate Taurinensi, pedagium decem solidorum monetæ Provincialis.

b. Constituit Imperator Thomam Comitem Legatum S. Imperii Romani generalem in partibus Italiæ à Lambro flumine superius.

c. Constituitur Thomas Comes ab Imperatore Friderico, Legatus generalis ipsius dicti Imperatoris et S. Romani Imperii per Lumbardiam, adjuncto officio Præsidis, cum concessione meri et mixti Imperii, et facultate puniendi facinorosos, et cognoscendi de omnibus causis tam civilibus quam criminalibus, et exercendi omnes alias facultates et functiones Imperiales in dictis regionibus. Data Mense Junio, A. D. MCCXLVIX°.

Inv. Dipl. Imp. Fasc. I. N°. 22 et 23.

235. **1249. Julii 1.**

Prior Paterniacensis, laudante Abbate Cluniacensi confert Ill. viro Petro de Sabaudia, fratri Comitis Sabaudiæ et domino Rotundi Montis et Melduni, advocatiam Prioratus Paterniacensis. Act. Paterniaci, Kal. Julii, A°. D. 1249.

Ex Archiv. Lausann. Scheda Paterniaci, N°. 11.

236. Ebulo de Geneva. **1249. Julii 26. Wodestok.**

Mandatum est Johanni filio Galfridi Justiciario Hibernie quod de CC marcis quas Ebnlo de Genevra solvit singulis annis ad scaccarium Regis Dublini de terris que fuerunt Fulconis de Castro nouo in Hybernia faciat habere Jacobo de Sco Martino XXIX libras XI sol. I den. etc. etc. Teste Rege ap. Wodestok, XXVI die Julii, anno XXXIII Hen. III.

Excerpta e rotul. finium, II. 58. Arch. Lond.

237. Licentia papalis collata physico Petri de Sabaudia. **1249. Augusti 30. Lugduni.**

Bulla Innocentii IV Papæ, Petro Episcopo Herefordensi perscripta, qua ad intercessionem Philippi, Electi Lugdun. datur licentia, Petro, Physico Petri de Sabaudia *comitis Richemundiæ*, ut, præter Ecclesiam Richemundiæ, obtineat et aliud beneficium in provincia Cantuariensi, proviso, quod ecclesia et beneficium non fraudentur obsequiis debitis. Datum Lugduni, III Kalen. Septembris anno septimo pontificatus Innocentii IVi.

Invent. Bullarum papalium, Fasc. I. N°. 16. Monum. hist. pat. Chartar. I. 1400.

238. Matillidis, relicta Petri de Geneva.

1249. Septemb. 21. Windsor.

Rex concessit Matillidi que fuit uxor Petri de Genevra quod de debitis aut usuris debitorum, a quibus Gilbertus de From: teuebatur Moke de Hereford Judeo, nichil exigatur, usque ad etatem Ade filii et heredis ipsius Gilberti qui est in custodia predictæ Matillidis. Et mandatum est Baronibus, etc. Teste Rege apud Windsor XXI die Septembris, Anno XXXIII Hen. III.

Excerpta e Rotulis finium, II. 6. Arch. Lond.

239. Castrum de Fisterna, Petro de Sabaudia infeodatum ab Amedeo IV. **1249. Mense Septemb. ap. Bichata.**

Amedeus Comes Sabaudiæ, infeodat Petro de Sabaudia fratri suo, in augmentum feodorum ejus, Castrum de Fisternis cum suis appenditiis, pro se ac illis, quibus ei placuerit donare, vendere vel legare dictum castrum. Act. apud Bichatam, Mense Septembris, A°. D. MCCXLIX.

Inv. Sabaudiæ, Fasc. 1 Convol. N°. 4. Ch. 4.

240. Missio P. de Sabaudia, ex parte Henrici Regis, pro treugis cum Rege Franciæ prorogandis.

1249. Octobris 2. ap. Windsor.

Plena potestas Henrici Angliæ Regis, Petro de Sabaudia data, ut treugam inter dictum Regem et Ludovicum Regem Franciæ, deficientem in die festi Omnium Sanctorum proximi prorogare possit ex parte ipsius Henrici Regis, usque ad festum Nativitatis b. Johannis Baptistæ, anno M. CC. L. sub iisdem conditionibus et obligationibus, quibus dudum capta erat: datur ultro potestas prædicto Petro iurare conditiones prorogandæ treugæ in animam Regis, et recipere sacramentum Regis Franciæ vel nuntii illius. Act. Windesor, 2 die Octobris anno XXXIII Hen. III. Consimiles litteræ scriptæ sunt Petro Episcopo Hereford. et Petro Chaceport, cum Clausula, ut procurent, quod fratres Regis Willelmus de Valentia et Ademar de Lesignau in treugas recipiantur.

Rymer I. 1. 158. Foedera etc. Angliæ I 279

241. Custodiæ quædam, Petro de Sabaudia commissæ a Rege Henrico III. **1249. Octobris 26 ap. Westmonasterium.**

Rex commisit Petro de Sabaudia custodiam omnium terrarum que fuerunt A. Comitisse Augy et Willielmi le Keu, habendam quamdiu Regi placuerit, reddendo singulis annis de

exitibus predictarum terrarum ad sustentationem puerorum Regis qui sunt in Castro de Windesore tantum quantum prius per annum de eisdem terris reddi consuevit ad sustentationem eorundem. Et mandatum est Matillidi de Lacy. quod de custodia predictarum terrarum plenam ei seisinam habere faciat. Teste Rege apud Westmonasterium, XXVI die Octobris, anno regni sui 33°. Anno Domini 1249.

Excerpta e rotulis finium Henrici III (Arch Turis Londin.) I. pag. 64.

242. *Absolutio pontificalis Henrici III regis a sponsalibus olim initis cum Johanna filia Comitis Pontivi tunc Regina Castelliæ.* **1249 Octobris 27. Lugduni.**

Bulla Innocentii papæ, Archiepiscopo Eboraci et Episcopo Herefordensi directa, ut absolvent H. Regem Angliæ a juramento matrimoniali, quod præstiterat olim Johannæ, filiæ Comitis Pontivi, nunc Reginæ Castelliæ existenti, et quod agnoscant ut legitimum, matrimonium ejusdem Henrici Regis cum Alienora Comitis quondam Provinciæ filia. Dat. Lugduni VI Kal. Novembris, anno septimo pontificatus Innocentii IV.

Rymer, Ed. prima, I. I. Fodera, I. 270.

243. *Eblo de Geneva.* **1249. Novembris 4. Windesore.**

Mandatum est I. filio Galfridi Justiciario Hybernie quod demandam XX marcarum de XL marcis quas Walterus de Rydelesford mutuo recepit ad scaccarium Regis London. et demandam VIII Marc. V Sol. IIII den. qui exiguntur ab Eblone de Geneva, cui Rex concessit custodiam et maritagium Cristiane de Mariscis, alterius heredum predicti Walteri, de auxilio Regis concesso ad Isabellam, quondam Imperatricem Allemannie sororem Regis maritandam, et de auxilio Regis concesso ad *gerram* Wasconie sustentandam, poni faciat in respectum usque ad legitimam etatem predicte Cristiane. Teste Rege apud Windles. IIII die Novemb. A°. XXXIII° Hen. III.

Excerpta e rotulis finium II. 50. Arch. Lond.

244. *Beneficia, Petro de Sabaudia collata a Henrico III Angliæ Rege.* **1249.**

a. Rex confert Petro de Sabaudia Custodiam terrarum et hæredis Richardi de Burgo, cum redditibus inde percipiendis, ad muniendum Castra Hastings et Rye.

b. Item, custodiam terrarum et hæredis Theobaldi le Butiller, cum matrimonio illius hæredis, ita ut de proventibus hujus custodiæ, munire possit Castra Hastings et Rye.

c. Item, custodiam castri et honoris de Hastings, donec de proventibus illius muniendi finem fecerit illius Castri.

d. Item, Litteræ Regis, quibus liberatur Petrus deSabaudia ab omni ratione reddenda ipsi Regi de proventibus terrarum pertinentium Theobaldo le Butiller et Richardo de Burgo, neque de redditibus honoris de Hastings, sibi collati, muniendorum gratia castrorum de Hastings et de Rye.

e. Et, in fine, potentia prorogandi pacem sive inducias inter Reges Angliæ et Franciæ a festo Omnium Sanctorum anni M. CC. XLIX, ad festum b. Joannis Baptistæ M. CC. L.

f. M. 1. Confert Rex Petro de Sabaudia, custodiam terrarum pertinentium domine A. Comitissæ de Augi et Willielmo de Ken.

g. M. 3. Litteræ protectoriæ Regis, in favorem Petri de Sabaudia donec reverteretur in Angliam è partibus transmarinis.

h. Apocha et liberatio de debitis nuncupatis „Suits of bonnty." Ballivi Regis jubentur agnoscere procuratores Petri in placitis regiis, donec moraretur in regionibus forensibus.

i. M. 9 et 3. Profitetur Rex, se, si contingeret Petrum de Sabaudia migrare de sæculo, non capturum fore ad manus suas terras et bona ejus, neque avulsurum illa e manibus hæredum suorum, donec soluta fuerint debita dicti Petri.

k. M. 9. Jubentur ballivi honoris Richemundiæ, seisinam facere ad manus Petri de Sabaudia, maneriorum Brinton et Focston, statim cum decederit Comitissa Cestriæ, quæ tenebat dicta Maneria.

Ex archivo Turris Londinensis, Pat. Hen. III. 33. M. 2. 'A Domino Francisco Pallgrave, favente Domino de Bunsen, Legato Regis Borusciæ in Anglia, per Ms. nacta charta.

245. *Potestas regia, P. de Sabaudia et aliquot aliis collata pro treugis cum Francia prorogandis.*

1250. Martii 5. ap. Westmonasterium.

Potestas Henrici Regis Angliæ data Philippo electo Lugdun. Ricardo Comiti Cornubiæ fratri suo, et Petro de Sabaudia, ad prorogandam treugam inter semetipsum et Regem Franciæ usque ad terminum sedecim annorum vel ad terminum ulteriorem.

Consimiles litteras habebant iidem tres, ad reformandam pacem, cum dicto Rege Franciæ; alias tam de pace reformanda quam de treuga proroganda: quartas litteras, ejusdem tenoris, Reginæ Franciæ directas; et quintas eidem Reginæ directas,

de eodem negotio. Dat. ap. Westmonasterium, quinta die Martii, anno XXXIV Hen. III. Regis.

Rymer I. I. 159. Foedera I. 272.

246. **1250. Aprilis 15. ap. Montem Metianum.**

Amedeus Comes Sabaudia donationem facit Petro de Sabaudia fratri suo, omnium bonorum quæ possederat in castro Dentesiaci, in augmentum feudi sui. Dat. ap. Montem Melianum, XVII Kal. Maii Anno Dom. MCCL°.

Inv. Sabaudiæ, Fasc. I. Conv. N°. 4. Ch. 87. Ping. fol. 376. cum die VII Kal. Maii, i. e. 25 Aprilis.

247. **1250. Aprilis 24. Kyburg.**

Hartmannus senior, Comes de Kyburg, ratam habet acquisitionem factam ab uxore sua Margaretha, nonnullorum bonorum, sitorum in territoriis de Biseht et de Lindowe. Act. apud Kyburg Anno Dom. M°. CC°. L°. VIII°. Kal. Maii Indicione XIIIa.

Ind. Matrim. Fasc. I Matrim. Margaretæ N°. 20. Datum irrationale: dubium an legendum sit. A. D. MCCLVIII°, in Kal. Maji? vel potius, A. D. MCCL°, VIII Kal. Maji. Neutri annorum istorum congruit Indictio XIII, quæ coincidit cum anno 1255. Legatur verisimiliter juste: A. D. M° CC° L°— VIII° Kal. Maji, Indictione VIIIa.

248. **1250. Maji 1.**

Prior Pennonis absolvit ab excommunicatione illos, qui armati intraverant terras dominorum Alberti de Turre et Alberti filii ejus. Datum, Kalendis Maji A. D. MCCL°.

Invent. Waudense, Fasc. I. Conv. 4. Ch. 84.

248. a. *Potestas a Rege Angliæ data, Comiti Cornubiæ, Electo Lugdunensi et Petro de Sabaudia, pro treugis cum Rege Franciæ prorogandis.* **1250. Maji 5.**

Rex omnibus etc. Salutem. Sciatis quod venerabili patri Philippo Lugdunensi Electo, et dilectis et fidelibus nostris Ricardo Comiti Cornubiæ, et Petro de Sabaudia, plenam dedimus potestatem, ad prorogandam treugam inter Dnm. Lodowicum, illm. Regem Franciæ, et nos, usque ad terminum sex decim annorum, vel usque ad ulteriorem terminum, secundum quod viderint expedire; Ratum habituri et gratum, quicquid ipsi super hoc duxerint faciendum. In cuius rei etc. Teste Rege apud Westmonast. 5 die Maji, Anno trigesimo quarto regni nostri.

Consimiles litteras, Teste, loco et die ut supra datas, habent iidem:

1. Ad reformandam pacem inter prædictum Regem Franciæ et Dnm Regem.

2. tam de pace reformanda, quam de Treuga proroganda.

3. Reginæ Franciæ directas, quibus datur eis potestas ad tractandum de pace et ad reformandum eandem.

4. Eidem Reginæ directas, ad treugam illam prorogandam usque ad terminum prædictum.

Rymer I. I. pag. 159a.

249. *Petrus de Sabaudia ex unâ parte, et Willelmus Comes Gebennensium et filii ejus ex altera compromittunt in Philippum Electum Lugdunensem, ut arbitrum de litibus suis.* **1250. Junii 10.**

Nos Petrus de Sabaudia, et Guillelmus Comes Gebennensis, Rodolphus et Henricus filii dicti Comitis, Notum facimus vniuersis, quod nos pro nobis et coadiutoribus nostris, super mutuis querelis et diversis, quas ad inuicem habebamus, uidel. nos dictus Petrus de Sabaudia super eo quod dictus Rodolphus nos cepit, uulnerauit et iniuste, et dictus Comes et Henricus ipsum Rodulphum postmodum receptaverunt, eidem contra nos auxilium et consilium impendentes, et super quibusdam aliis iniuriis nobis illatis a Comite et ejus filiis supradictis: et nos Comes, Rodulphus et Henricus, super eo quod dictus D. Petrus super multis et diuersis nobis iniuriabatur multipliciter et iniuste, compromisimus et compromittimus in venerabilem Dnm. Phm. Dei gracia prime Lugdun. ecclesie Electum, per iuramenta a nobis corporaliter prestita, et sub pena castrorum pro dicto suo tenendo et seruando sibi traditorum. pro quo dicto suo tenendo, nos dictus Petrus tradidimus et tradimus ipso Electo castrum Gebenn. et castrum nostrum de Alingio. Nos uero dicti Comes, Rodulphus et Henricus, tradidimus et tradimus ipsi Electo castrum de Ternie et de Cletis in Vaut, et de Rupe. Promisimus inquam et promittimus omnes sub iuramento corporaliter prestito et pena supradicta, a nobis hinc inde stipulata et promissa, reciperc, acceptare, seruare et tenere alte et basse, dictum, sententiam, arbitrium, uoluntatem seu ordinationem quamcunque uel qualemcumque super predictis querelis die feriato uel non feriato, in scriptis uel sine scriptis, nobis uocatis uel nou uocatis, presentibus uel absentibus, seruato iuris ordine uel non seruato, dictus D. Electus duxerit facien-

dum. Uolumus autem et consentimus specialiter et expresse nos Comes, Rodolphus et Henricus sub iuramento et pena supradictis, quod de castro Gebenn. de castro de Cletis in Vaut, de castro de Baleysum, de feodo de Roa et de Langins, et de Omnibus rebus, possessionibus iuribus et actionibus que et quas habemus, siue sint in castris aut uillis aut feodis, uel aliis rebus corporalibus uel incorporalibus, ab aqua que Arva dicitur superius, usque ad aquam que Drancia nuncupatur, et a clusa de laz superius vsque ad pontem de Barges, exceptis duntaxat feodo Dni. Fuciniaci et castro de Charrossa cum pertinenciis suis, et hiis que tenemus uel possidemus in uillis de Pullie, de Grauaz de Iolens, de Prillie, in ciuitate Lausannensi, possit Dns. Electus predictus dicere dictum suum, seu ordinationem quamcumque uoluerit de rebus.... predictis .... Eodem modo compromittimus in ipsum Dm. Electum pro querelis coadiutorum nostrorum qualescumque et vbicumque sint, siue infra, siue extra terminos supradictos. Renunciantes omni actioni et exceptioni metus, obsidionis, exercitus et armorum, et omni iuri canonico, consuetudinario et ciuili, quod nobis vnquam posset competere. In cuius rei testimonium nos dictus Petrus de Sabaudia pro nobis et coadiutoribus nostris, et nos Guillelmus Comes et Rodulphus pro nobis et Henrico predicto cum sigillum non habeat, et pro coadiutoribus nostris, vna cum sigillo venerabilis Domini Lugdunensis Electi... presenti carte seu compromisso sigilla nostra duximus apponenda. — Nos uero Ph. prime Lugdunen. ecclesie Electus. supradictum compromissum ad preces supradictarum partium in nos pro bono pacis recepimus, et sigillum nostrum, vna cum sigillis predictarum partium, huic compromisso apposuimus. Datum IIII. idus Junii, Anno Dni M°. CC°. L°.

Inv. de Genèvois, Fasc. I. N°. 5. Zibaldone.

250. **1250. Junii 22. Genuæ.**

Bulla Innocentii Papæ, Episcopo Novariensi directa, ut absolvat Thomam de Sabaudia ab omnibus censuris, quas incurrisse poterit. Datum Janue, X Kal. Julii, anno VII pontificatus Innocentii IV.

Bullæ papales, Fasc. I. N°. 18.

251. Sententia arbitralis Philippi, Electi Lugdunensis, inter Petrum de Sabaudia, et Comitem Gebennensem, filiosque illius. **1250. Junii 28. Gebennis.**

Anno Domini M°. CC°. L°. die Martis post festum Sci. Johannis Baptiste, assignato peremptorie Gebennis illustri viro

Domino Petro de Sabaudia fratri nostro et coadiutoribus suis ex vna parte, et nobili viro Willelmo comiti Gebenn. Radulfo et Henrico, filiis eiusdem, et coadiutoribus suis ex altera, coram nobis Philippo Dei miseratione prime Lugd. ecclesie Electo, ad audiendum dictum nostrum, arbitrium, voluntatem seu ordinacionem, in quem dicte partes per iuramentum corporaliter prestitum, et sub pena quorumdam castrorum nobis traditorum, compromiserunt, super eo videl. quod dictus Dns. Petrus dicebat quod dictus Radulfus ipsum ceperat, uulnerauerat, et carcerali custodie mancipauerat, et dicti Comes et Henricus ipsum Radulfum postmodum receptauerunt, eidem Radulfo contra ipsum auxilium et consilium impendentes. Pro quibus iniuriis et querelis in viginti milibus marcis argenti per illustrem virum Amedeum Comitem Sabaudie sibi fuerunt condempnati, prout in ipsius Comitis litteris apparebat, addens idem Dns. Petrus quod postmodum multa dampna eidem intulerant Comes Gebenn. et eius filii supradicti, que dampna quindecim milia marcarum argenti et plus estimabat, quare petebat in supradictis viginti milibus marcis argenti sibi per illustrem virum Comitem Sabaudie adiudicatis, et in quindecim milibus marcis pro dampnis sibi postmodum illatis, supradictos Comitem, Radulfum et Henricum sibi per dictum nostrum, voluntatem, ordinacionem et arbitrium condempnari. Et super eo videlicet quod dictus Comes, Radulfus et Henricus dicebant, quod dictus Dns. Petrus multas iniurias et dampna intulerat eisdem. quare petebant ipsum per dictum nostrum et arbitrium a talibus prohiberi, et dampna sibi per ipsum illata cum iniuriis emendari. Nos siquidem laboribus partium et expensis parcere cupientes, pacem et tranquillitatem supradictorum nobilium maturare quantum possumus affectantes, communicato nobis bonorum uirorum et iuris peritorum consilio, consideratis eciam omnibus que nostrum animum mouere potuerunt et debuerunt, de plano et sine strepitu iudicii procedentes, dicimus, uolumus, ordinamus et arbitrando proferimus! quod dicti Comes Gebenn. Radulfus et Henricus filii eiusdem, dent, tradant et soluant supradicto Dno Petro de Sabaudia pro supradictis peticionibus, summis et querelis, decem milia marcarum argenti, in quibus decem milibus marcis argenti ipsos Willelmum Comitem Radulfum Henricum, dicto Dno Petro per dictum nostrum, voluntatem, ordinacionem et arbitrium condempnamus. decernentes autem, dicimus arbitrando quod dictus Dns Petrus possideat teneat et habeat pignori obligata castrum Gebenn. castrum de Baleison,

castrum de les Cleyes in Wauht cum pertinenciis suis, et feodum de Langyns, et quicquid dicti Comes, Radulfus et Henricus tenent, possident uel quasi, uel tenere solent per se uel per alium, quacumque ratione, quocumque modo, siue sit in ciuitate Gebenn., uel in castris aut uillis, seu feodis uel aliis rebus corporalibus uel incorporalibus, iuribus et actionibus ab aqua que Arua dicitur, superius vsque ad aquam que Drancia nuncupatur, et a Clusa de Iayz superius vsque ad pontem de Barges, exceptis dumtaxat que dicti Comes Radulfus et Henricus tenent et possident in uillis de Poillie et de Jolans et in ciuitate Lausann. et feodis Domini Fugcin. et castro de Charosse cum suis pertinenciis vniuersis. Dicimus eciam arbitrando quod dictus Comes Gebenn. Radulfus et Henricus, hominibus suis feudatariis et vassallis vniuersis precipiant et iniungant, quod dicto Dno Petro de Sabaudia respondeant et intendant ut domino, et eidem vsagia et seruicia faciant ad que Dno Comiti tenebantur. quamdiu tenebit dictus Dns. Petrus castra prédicta, et alia que superius continentur, pro supradictis decem milibus marcis argenti titulo pignoris obligata. Ab aliis uero querelis quas sibi dicti nobiles adinuicem faciebant saluis et exceptis querelis coadiutorum suorum, remaneant hinc inde absoluti, liberi et immunes. Volumus eciam et arbitrando proferimus quod quandocumque dicti Comes, Radulfus et Henricus, uel heredes eorum, dicta decem milia marcarum argenti soluerint Dno Petro uel ipsius mandato seu heredibus eiusdem, uel de eis alias satisfecerint, Dns Petrus mandatus suus uel heredes sui predicta castra et alia que superius sunt expressa, restituant et reddant sine impedimento et more *diffusio*, Comiti, Radulfo et Henrico, uel heredibus eorumdem, et quod de hiis attendendis et implendis tradat eis literas suas patentes, cum illustrium uirorum Amedei Comitis Sabaudie, et Dni Thome de Sabaudia Comitis patentibus litteris et apertis. Item cum Comes Gebenn. debeat habere hominem ligium a liberis et heredibus Grassi de Altavilla pro quibusdam rebus *quas* per se uel per alium ab ipso Comite tenentur, uolumus pro bono pacis et arbitrando dicimus, quod pro illis rebus Radulfus frater Petri de Altavilla faciet illud homagium ligium Comiti, et Comes ipsum Radulfum ad illud homagium ligium reciperc teneatur. Et si aliqua de bonis illis pro quibus dictus Radnlfus erit homo ligius Comitis ad partem dicti Petri peruenerint, ex successione paterna vel divisione quam inter se facient dicti fratres, uel alio quoquo modo, dictus Radulfus

pro dicto Petro fratre suo erga Comitem respondeat et feudum sequatur, et Comes homagio ligio ipsius Radulfi pro rebus que ad partem dicti Petri pervenerint sit contentus, et dictus Petrus alium dnum. ligium quemcumque uoluerit facere possit, contradictione Comitis uel suorum aliqua non obstante. Et si forte tempore procedente, dictus Radulfus vel heres eius dictum Petrum erga Comitem non defenderet uel pro ipso non responderet, pro rebus que ad partem ipsius Petri peruenirent, uolumus et ordinamus, quod Petrus filium, si qnem ipsum habere contingerit, reddat hominem ligium Comiti. Interim uero faceret homagium Comiti post vnum dominum quem ligium facere potest, homagio Comitis aliquatenus non obstante. Et cum Grassus., pater quondam dictorum Petri et Radulfi et aliorum quorundam liberorum, haberet pignori obligatum pro octo milibus solidorum Gebenn. castrum de Rumiliaco a Comite Gebenn. uolumus et arbitrando dicimus, quod Comes, Radulfus et Henricus dictam guageriam cum aliis possessionibus et iuribus, si que seisiuerunt de bonis dicti Petri de Altavilla coadiutoris Dni Petri de Sabaudia, reddant et restituant ipsi Petro et aliis liberis dicti Grassi, donec eis soluant dictam pecunie quantitatem, uel alias satisfaciant de eadem. — — Item cum ad Aymonem de Aula noua militem, ex divisione seu vltima uoluntate patris sui, multe res, possessiones. homines, homagia, feoda et alia quampluria peruenerint, prout in vltima voluntate dicti patris plenius continetur, de quibus recognoscit dictus Aymo aliqua fore de feodo Comitis antedicti, faciat dictus Aymo homagium dicto Comiti post homagium Dni Petri de Sabaudia, cui remanere debet ligius dictus Aymo, precipue cum patre suo uiuente, eidem Dno Petro homagium ligium fecerit, et ipsi prımo et principaliter ad homagium teneatur. Et si forsan legitime constaret tempore procedente, quod pro illis rebus dictus Aymo vnum de filiis suis reddat hominem ligium Comiti, et interim faciat Comiti seruicium ligium contra omnes, excepto Dno Petro de Sabaudia, cui debet ligius remauere. Volumus et arbitrando dicimus, quod pro illis rebus quas dictus Aymo recognoscit esse de feodo Comitis, vel pro illis quas nondum recognoscit esse feodales, ad homagium ligium Comiti teneretur, volumus et arbitrando dicimus, quod pro illis rebus dictus Aymo vnum de filiis suis reddat hominem ligium Comiti, et interim faciat Comiti seruicium ligium contra omnes excepto Dno. Petro de Sabaudia, cui debet ligius remanere. Volumus et arbitrando dicimus, quod dicti Comes

Radulfus et Henricus ipsi Aymoni reddant et restituant, omni impedimento cessante, vniuersa que de bonis immobilibus dicti Aymonis coadiutoris Dni Petri per se uel per alium seisiuerunt, uel in eis impedimentum aliquod posuerunt. Item arbitrando dicimus quod Comes predictus reddat et restituat Dno Willelmo de Greysiaco guageriam de Morney, saluis quibusdam porcionibus et integris quas dicti Comes et Willelmus de Greysi dicuntur super redempcione uel luicione diete guagerie inter se adinuicem habuisse. Item arbitrando dicimus, quod dictus Comes reddat et restituat Villeto de Groisiaco guageriam de Albiez, uel pecuniam quam ibidem habebat dictus Villetus, nisi de illa pecunia dicto Villeto iam sit satisfactum, vel nisi probauerit dictus Comes coram officiali Gebenn. quod inter Ipsum et dictum Villetum sit de dicta guageria concordatum. Item cum Dns Comes redimeret guageriam a Ranulfo de Musseu milite, quam ipse Ranulfus habebat ab Entelmo de Byleins milite apud Romiliacum, arbitrando dicimus, quod Comes dictam guageriam reddat et restituat dicto Entelmo de Byleins militi, restituta ipsi Comiti pecunia, qua erat sibi guageria obligata: hoc saluo quod si Comes qui dicit dictam guageriam de feodo suo esse, poterit probare coram Dno. Radulfo de Greyseu, quod dicta guageria sit de feodo suo, dictus Entelmus faciat ei usagium ad quod tenetur de consuetudine uel de iure. Item cum castrum de Arlo de consensu dominorum dicti castri, fuerit positum in manu Dni Petri de Sabaudia, et sibi traditum donec discussum esset et cognitum de iure domini de Iaiz et domus Nantuacensis de quorum quilibet dicebat ad se pertinere dominium dicti castri, arbitrando dicimus quod dictus Dns Petrus adhuc teneat dictum castrum et fortalicium, tantum donec sit discussum ad quem pertinet dominium dicti castri: aliis possessionibus et redditibus illis ad quos pertinere debent et solent plenarie restitutis. Item arbitrando dicimus, quod Dns. Petrus de Sabaudia coadiutoribus Comitis, Radulphi et Henrici reddat et restituat possessiones, homines et immobilia que de bonis ipsorum coadiutorum seisiuit, et idem faciant coadiutoribus Dni Petri dicti Comes, Radulfus et Henricus. Item arbitrando dicimus quod captos hinc inde et capciones et fideiussores quos dicti capti pro se dederunt seu posuerunt, quitent, liberent et absolvent. Retinuimus autem nobis vsque ad festum Omnium Sanctorum potestatem declarandi et interpretandi dictum nostrum seu arbitrium, si quid ambiguitatis uel obscuritatis emergeret uel

occurreret in dicto nostro uel arbitrio, inter partes predictas seu coadiutores earumdem. In cuius rei testimonium presentibus litteris dictum nostrum atque arbitrium continentibus, sigillum nostrum ad firmitatem perpetuam duximus apponendum. Datum Gebenn. supradictis die et anno.

Inv. Baronie de Vaud, Fasc. I. N⁰. 8. Inv. Genevris, Fasc. I. N⁰. 5. Zibaldone Pingonii:

251. a. Jubent Comes Gebennensis et Rudolfus filius ejus; feudatarios et Vassallos suos in finibus terraràm Petro de Sabaudia impignoratarum, respondere et intendere dicto Petro, donec staret ista impignoratio.

1250. Junii 29. Gebennis.

Willelmus Comes Gebenn. et Radulfus filius suus vniuersis Baronibus et aliis nobilibus hominibus suis feudatariis et uassallis inter Arvam et Dranciam, et Clusam de laiz et pontem de Barges morantibus et constitutis, salutem et amoris plenitudinem. Vobis vniuersis et singulis precipimus, iniungimus et mandamus, quatinus nobili viro, Dno Petro de Sabandia respondeatis et intendatis, quemadmodum nobis tenebamini et intendebatis, de homagiis et feodis que tenebatis a nobis, quamdiu que habemus infra terminos supradictos, exceptis hiis que habemus in villis de Pollie, de Gravaz, de Prillie et de Iolens et in civitate Lausann. et feodo Dni. Fugciniaci et castro de Charossa cum pertinenciis suis, tenebit dictus Dns. Petrus, titulo pignoris obligata. Interim vero, durante dicta gageria, nos ab homagiis, fidelitatibus, seruiciis et omnibus vsagiis, quibus nobis tenebamini, vos absoluimus et quictamus. Datum Gebenn. in festo apostolorum Petri et Pauli, Anno Domini M°. CC°. L°.

Invent. Genevois, Fasc. I. N⁰. 7. Inv. Prov. Sabaud. Fasc. I. N⁰. 4. Chartæ 7 et 71. Zibaldone.

251. b. **1250. Junii 29. Gebennis.**

Mandant, Willelmus Comes Gebennensis, et Radulfus, filius ejus, Domino Jacobo de Cossonay, ut faciat fidelitatem Petro de Sabaudia, de feudis, quæ tenebat a Comite Gebennensi, ratione hypothecæ factæ a dicto Comite, prenominato Petro, omnium feodorum sibi competentium, inter flumina Arvæ et Dranciæ ex oriente lacus Gebennensis, et inter Clusam de Jaiz et pontem de Barges. Actum Gebennis in festo beatorum Apostolorum Petri et Pauli, Anno Domini M°. CC⁰. L°.

Invent. Waudense, Fasc. XIII. Tit. Cossonay, N⁰. 1.

252. 1250. Julii 21. Lausannæ.

Johannes Episcopus Lausannensis, fatetur, se nihil petere in decima de Adventica, nisi servitium sibi debitum, ita quod burgenses Friburgi respondeant Petro de Sabaudia de dicta decima. Data Lausanne, in Vigilia b. Marie Magdalene, A. Incarn. MCCL°.

Inv. Sabaud. Fasc. I. N°. 4. Charta 61.

253. *Donationes dominiorum de Ponte in Ogo, Petro de Sabaudia factæ, a quinque dominis de Ponte, et reinfeodatio illorum de dictis dominiis.*

1250. Julii 23. apud Rotundum Montem.

Donationes, Petro de Sabaudia factæ, a dominis de Ponte in Ogo, partis vel iuris cujusque illorum, in castro de Ponte in Ogo et in pertinentiis ejusdem castri, quibus alodiis donatis, quisque a Petro de Sabaudia reinvestitur sub fide homagii præstiti. Testibus, dominis, Henrico de Chanvent, Petro de Grancon, Nantelmo de Billens, Humberto de Ferney, Conrado de Andelisperc: quinque Chartæ datæ: Crastino festi b. Mariæ Magdalenæ, Anno Dom. M°. CC°. L°., ap. Rotundum Montem. Scil:

1. Willelmi de Ponte in Ogo.

Invent. Duc. Sabaud. Fasc. I. Conv. N°. 4. Charta 29.

2. Jacobi de Ponte in Ogo.

Ibid. Ch. 31.

3. Petrus de Ponte in Ogo, condonat Petro de Sabaudia alodium suum in dicto Castro de Ponte, et decem Albergiamenta in Orcenens, de quibus omnibus Petrus de Sabaudia infeodat Rodolphum filium dicti Petri de Ponte.

Invent. Waud. Fasc. I. Convol. N°. 4. Ch. 26. Cod. membran. feud. Waud. I. 38.

4. Josselini de Ponte, donatio et reinfeodatio.

Ibid. Fasc. I. Conv. 4. Ch 26.

5. Petri et Jocelini, donatio et reinfeodatio, conjuncta.

Cod. feudor. Waud. I. 312. N°. 3.

253. a. *Donationes et reinfeodationes Willelmi et Jacobi de Ponte, bonorum donatorum P. de Sabaudia.*

1250. Julii 23. ap. Rotundum Montem.

Willelmus de Ponte in hogo donat Petro de Sabaudia quidquid possederat prope Pontem in Hogo, et de dictis bonis cessis reinfeodatur a Petro de Sabaudia. Testibus, Dominis Henrico de Chauvent, Petro de Granson, et Humberto de Ferney; — et Nanthelmo de Billens.

Jacobus de Ponte in Ogo facit donationem bonorum et jurum, sibi contingentium in et prope Pontem in Hogo, et de illis investitur a dicto Petro, titulo feudi, præstito illi homagio. Testibus, Dominis Henrico de Chanvent, Petro de Granson, Humberto de Ferney et Conrado de Andelisperc.

Utraque istarum chart. data, apud Rotundum Montem, crastino festi b. Marie Magdalene, A. Dom. M°. CC°. L°.

Inv. Duc. Sab. Fasc. I. Convol. 4. Charta 29 et 31.

254. ***Willelmus de Corbiere cedit partem suam castri de Corberes P. de Sabaudia, qui retrocedit in feudum dictam partem Henrico, filio prædicti Willelmi.***

1250. Julii 31. Romunt.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Willelmus Dns. de Corberes, salutem. Nouerit vniuersitas uestra, quod ego mera et spontanea uoluntate.. dedi et concessi nobili uiro Dno Petro de Sabaudia et heredibus suis, in purum et merum alodium, partem meam quam habeo et habere debeo in castro de Corberes, et quicquid habeo infra iuramenta dicti castri. Dictus autem Dns Petrus predicta omnia dedit in feudum Henrico filio meo, habenda et tenenda ab ipso Dno. Petro, heredibus uel successoribus suis, ut dictus Henricus filius meus eidem Dno Petro pro dicto feodo homagium ligium fecit, et dictus Dns. Petrus ipsum de predictis omnibus investivit. Datum apud Romunt, Dominica proxima ante festum S. Petri ad vincula, Anno Domini M°. CC°. L°.

Invent. Bar. Waudi, Fasc. I. Convol. 4. Ch. 28.

Eodem die, infeodatio Henrici, filii Willelmi de Corberes, castri de Corbere, de parte P. de Sabaudia.

Invent. Duc. Sab. Fasc. I. N°. 4. Ch. 43.

255. ***Sententia arbitralis Petri de Sabaudia inter Capitulum Lausannense et Nobiles de Bello Monte.***

1250. Augusti 16. Melduni.

Nos Pierres de Savoe fasons a sauoire a toz ceaux qui verront ces presens letres que la descorde qui estoit entre le chapitre de Lausanna dune part e mon Segnor Richard et Bertol freres et segnours de Belmont dautre part sus lauaorie et vsages que cil Segnor de Belmont demandaent es viles de Essertines et de Warens et de Warengel est terminee par devant nos en tel maniere par lo consentiment et le son de lune partie e de autre que li devant dit messi Richarz et Bertoz ont clame quitte et done par lour et por lour hoirs por

toz jors mais aldeuant dit chapitre tot quant quil demandoent ne devoent ou cuidoent auoir por nun davoerie ou por autre maniere es deuant dites viles de Essertines et de Warens et de Warengel ou les apertinences ne es homes ne es possessions es choses del chapitre ne es choses de Sant Maire de Lausanne e totes autres querelès quils auoent al dit chapitre e ce ont fait per loutroy de lours femes et de lour hoirs e de Henry de Chanvenz et de Pierres Seignour de Grancon et de Ayme Seignour de la Sarree qui droit y clamoit auoir e por loutrei de la femme et de ses hoirs et por ceste quite clamance e cest dun li deuant dit chapitre lour a done dis livres losannois por ant toz jors mais en fie a tenir a lour hoirs per toz jor mais del chapitre. Cest a sauoir seis livres a Monsi Richard e dis soz auoie e sesante et diz soz a Bertolt a paier a Belmont a la Sant Andre, ensi que si ces fies nestoit paiez vueit jors apres le terme Monsi Richars puet recorrer sa partie a Essertines et Bertoz a Warens et Warengel sur les choses del chapitre et de cest fie chascun doex a fait homage al chapitre par son afferaut sal les Segnours quil avoent al jor que cette pais fu faite e sal terre perdant qui par heritage leur echeit e il ont promis quil jamais ne il ny li lour ne mueront ne prendron rien ne feront domage al chapitre ne es lour e deuant dites per nule achoisun ne per nul trespas. E sil par auanture avenoit que Mosi Richars ne si hoirs ne li suens i mefaisant ou preissent riens il le doit emender dedanz quarante jors a la requeste dou chapitre ou de lou message en la vile de Meudom per devant labbe de Aut-crest ou per devant le priour de Payerne lequel ces dous le chapitre eslira a totes les feies que leur li meferoit sal a choison qui porte ne fust trove e per les buns us e les bunnes custumes de la terre e cil no facoit li devant dit fies sera escheiz e retorner al chapitre a toz jorz-mais seins rapel e seins reclaim de lui ne de ses hoirs, e li chapitre puet fermer chastel sil uiet e territoires de essertine, seins contredit de lui ne de ses hoirs, e Bertoz e si hoirs en doivent aider al chapitre. Tot assi si Bertoz ne si hoirs ne li suen rien trespassoent ne mefacoent a Warens ne a Warengel ne Essertines il le doit esmender en ceste meime maniere et sil ne facoit li devant dit fies sera echoez al chapitre e retornez a toz-jors-mais sein rapel et seins reclam de lui ne de ses hoirs e li chapitre poura fermer chastel sil vuet et territoire de Warens et de Warengel seinz contredit

de li ni de ses hoirs sor se choses e Mosi Richars leur doit aidier e si hoirs. E li devant dit segnour de Chavenz de Grancon e de la Sarree e Mosi Richars sire de Sant Martin ont promis quil ni ne li lour ne donront ne aide ne conseil a ceaux contre le chapitre sil ne vouloent esmender al chapitre les meffaiz si cum il est dit de suz. E por tant li chasteaux de Essertines doit cheoir a li chapitre ne puet faire nule fermete es deuant dites viles ne es aspertinances en domantres que li devant dit Mosi Richars et Bertoz e si hoirs attendron les convenences en cum eles sunt desus devisees. Cestes choses ensi cum eles sunt porparlees desus il ont iure pour lour et por lour hoirs sor saintes reliques de garder e de tenir ne quil ne lour hoir ne per lour ne per autrui niront iamais en contre. E ont fait ce iurer a lours homes. E en tesmoing de cestes choses, Nos li devant dit Pierre de Savoe, e ie Richars Sire de Belmont. e ie Henri Sire de Chanvenz. e ie Pierre sire de Grancon. e ie Richars sire de Sant Martin. e ie Aime sire de la Sarree. e ie Bertoz Sire de Belmont. avons scelles ces lettres de nos scheaux li fuz feit a Meudum lendemain de la mi aost lan nostre segnour mil e douz cenz e cinquante. Et nos officiauz de la cor de Losanne facons a savoir a toz que nos avons vue la devant ditte lettre saine et entiere de moz a moz scelee dez devanz diz seaux selum ce quil appart per la tenour des lettres devant dittes.

Mon. hist. pat. Chart. I. 1403. Diplom. Waldensia, in Biblioth. Dom. de Mülinen, Bernæ. Haller, coll. dipl. Ms. T. XI.

256. *Willelmus de Bellovidere recognoscit se in feudo tenere a P. de Sabaudia, castrum de Falaverio.*

1250. Augusti 30.

Willelmus de Bellovidere domicellus, filius Willelmi de Bellovidere, fatetur, se tenere feudum castri de Falaverio a Petro de Sabaudia, et spondet, quod, si heredes habere sibi contigerit ex uxore sua legitima, sese positurum fore in misericordiam Petri, si iste velit facere gratiam feodi dicti castri et pertinentiarum ejus dictis heredibus inperpetuum vel ad tempus. Si vero, quod absit, falleret prædictus Willelmus fidelitati suæ erga Petrum de Sabaudia, obligata sint illi omnia bona quæ possidet apud S. Symphorianum de Auzone. Dat. III Kal. Septembris, Anno Dom. MCCL°.

Inv. Sabaud. Fasc I. Convol. N°. 4, Ch. 94.

257. **1250. Septembris 26. Viennæ.**

Albertus Dominus de Turre mandat omnibus fidelibus vassallis suis in burgo de Baygoyn, nt faciant homagium et fidelitatem, Petro de Sabaudia, et teneantur ab illo eo modo, ut tenebantur hucusque ab ipso Alberto; secundum conventionem inter eos, scil. Petrum et Albertum, pactam. Dat. Viennæ, die lune ante festum S. Michaelis Archangeli, A. D. MCCL°.

Invent. Sabaud. Fasc. 1. Convol. N°. 4. Ch. 91.

258. *Pacta Petri de Sabaudia cum Alberto Domino de Turre Pini, mediante Willelmo Comite Viennensi.*

1250. Mense Septembris.

Sachent tuit cil qui verront cestes lettres que cum discorde fust entre Monsegnor Perron de Savoye duna part, et Albers Segnor de la Tor et Albers soz filz dautre en tel manere firent pais per lo noble Baro Willelmo Conte de Vianne que li diz Albers Sire de la Tor et Albers soz filz prissient en feu et en homaige de Monsegnor Perron de Savoye lo Chastel de la Tor quanque il y ant et quanqne il y conquerront salua la feute labaesse de Sanc perro de Lion. Et cil Albers deuant nome et soz filz ant promis Monsegnor Perron de Sauoye lor Segnor qne il porchaceront a bona fey vers labaesse deuant nomee coment le dis Chastelz de la Tor soit del feu Monsegnor Perron de Sauoye qui teint par echange comme de feu raisnablement per einsi come il tenoyent le feu de la Tor de ladite Abaesse a lidit Monsegnor Perron de Graanzon et Monsegnor Willelmo Chabut. Et se cil ne se povient acorder il est al dit lo Nobile Baro Willelmo Conte de Vianne qui est pardessus. Et cil Perron de Sauoye lo doit aussi porchacier a bona fey. Et se li devant dis Albers Sire de la Tor et Albers soz filz no lo povient quitter vers ladite Abaesse tot ades lo tenent il de Monsegnor Perron de Savoye salva la feute a labaesse Et lidit Perron de Sauoye en puet faire plait et guerre contre totes gens for contra labaesse se elle non auoit quitte lodit fie del Chastel de la Tor. Et celle Abaesse devant dite ne puet oster celui fie de la Tor de sa main porque le dis Albers ne Albers soz filz le recoivent dautruy deuant Monsegnor Perron de Sauoye et encore Mesire Perron de Sauoye doit tenir a sa main lo Chastel de Bergoing ensamble loz apendises de cestes prochaine feste saint Michiel qui vient en tres ans. Et li dis Albers Sires de la Tor et Albers soz filz deivent amender a celuy Perron de Sauoye

ses domages et ses constes quil a fait por ceste discorde aldit Monsegnor Perron de Graanzun e Monsegnor Willelmo Chabut E se cil no se povient acorder il est al dit lo deuant dit Willelmo Conte de Vianne qui est pardessus. E come il auront paye ses domages e ses constes ou fait segur a son gre si com il est devise il doivent avoyr lo chastel de Bergoing dez les tres ans deuant nomez en avant E del Chastel de Falaver fu einsi acordes que li sire de la Tor lo deit baller Monsegnor Perron de Sauoye e Mesire Perron de Savoye li deit rendre les deners que li Euesque de Clarmont dona por lo Chastel de Falaver. Et si Mesire Perron velt mels li Sire de la Tor tenra de luy en feu lo Chastel de Falaver et ly croistra son feu de deux fortereces sans denier payant e Willelmos de Belver tenra del Segnor de la Tor lo Chastel de Falaver E del Chastel Sant Johan de Bornay Mesire Perron de Savoye deit oir les paroles Monsegnor Willelmo de Beluer et lez Monsegnor Albers de la Tor et les paroles daltres gens qui droit i claiment. Et quant il les aura oies et enquises il en dira sa volunte e Albers Sire de la Tor e Albers soz filz lo tenront com lodit de lor Segnor. Des quereles que Mesire Philippes Eslis de Lion a vers Albers Segnor de la Tor et Albers soz fils il ont promis a celui Eslis que il esteront a son dit ou al jugement de sa Cort ou al dit Monsegnor Perron de Savoye E se li Eslis no le volois prendre sor lui e se il auoit neule discorde entre les gens Monsegnor Perron de Savoye e les gens Albers Segnor de la Tor e soz fils eles doivent estre terminees et adrecies amiablement a lesgart Monsegnor Perron de Graanzon e Monsegnor Humbert de Saissel E ces devant dites choses sunt faites deuant lo noble Baro Willelmo Conte de Vianne salve son droit quil a en ces choses quil a contredit. E per ces choses deuant dites Mesire Perron de Savoye Albers Sire de la Tor e Albers soz fils sunt demore en pais et en fin de totes choses sal eo qe cil de Puisignia tenent a Septeme qui remant al Segnor de la Tor. E ces choses e ces convenances a tenir a bona fei ant iure sor sant Evangile li devant dis Perron de Savoye Albers Sire de la Tor e Albers soz fils. En tesmoing de laquel chose ie Willelmos Coms de Vianne ie Perron de Savoye ie Albers Sire de la Tor et ie Albert sos fils avons scele cestes presentes lettres de nos sceals en lan de l'incarnacion Nostre Segneur Mil et CC. et L. el mays de Septembre.

Invent. Ducat. Sab. Fasc. 1. Convol. 4. Ch. 95. Valbonn. hist. de Dauph. 1. 190.

259. Annulus S. Mauritii, Petro de Sabaudia donatus.
1250. Agauni.

Convenit unumquemque, qui res Ecclesie sub usu beneficii habet, ipsius petat suffragium et tuitionem, a quo donationem, et incrementum habeat. Qnapropter nos Rodolphus Agaunensis Monasterii Abbas, Meynerius Prior et ceteri fratres inibi Domino famulantes, notum habemus, qualiter tu Petre, Comes Victoriosus Terrarum Chablasii et Valesie, ad Eclesiam Martyrum Thebeorum nostram, cum summa devotione et gratiarum actione veniens, Annulum Domini nostri Patroni sancti Mauritii humiliter petiisti. Nos itaque memores beneficiorum et restaurationis nostre Ecclesie facte per Illustrissimum Dominum Amedeum fratrem tuum, eundem annulum gratanter, tue Excellentie donamus, ea exceptione et lege, ut in posterum perpetuo ab eo, qui pro tempore Comes fuerit Sabaudie pleno iure veniat possidendus, et quod campanile nobis promissum ad plenum edificetur. Testes. Henricus Sedunensis, Amedeus Lausannensis Episcopi, Hugo Abbas Sancti Eugendi, Aymo Dns de Foucigny, Petrus de Thovez, Stephanus de Rumillier, Reynaldus de Orzier, Ricardus Cuncellarius et Falco de Sancto Mauritio. Datum Agauni, in Choro Ecclesie, Anno MCCL° feria secunda, luna IV, sub Papa Innocentio.

Pingon. Chron. fol. 373, cum annuli delineatione. Zibaldone. Guich. Pr. 73.

Annulus deperditus, unâ cum charta originali, tempore usurpati Pedemontii per Gallos. Chartæ autenticitas dubiosa: Datum ejus irrationale: Anno 1250 sedebat in Cathedra Lausannensi, Johannes Episcopus: Mortuus erat Amedeus anno 1158.

260. Aymo dominus Fuciniaci prohibet ædificationem castri de Rota. **1250. Sine die nec loco. Mense Octobre.**

Nos Aymo dominus Fusciniaci uotum facimus omnibus presentes litteras inspecturis quod cum terminus infra quem castrum de Rota non possit nec debeat reedificari in illustrem virum. H. comitem de Kyburch et in nos sit positus. Nos aymo dominus Fuciniaci dicimus volumus et precipimus ne ab instanti festo Omnium Sanctorum usque ad quindecim annos dictum castrum possit ab aliquo firmari vel reedificari vel aliquo modo muniri. Dat. anno domini M°. CC°. quinquagesimo.

Inv. Duc. Sabaud. Fasc. I. N⁰. 4. Ch. 44.

261. Iterata cessio castri de Falaverio, Petro de Sabaudia facta a Willelmo de Bello videre, et reinfeodatio dicti Willelmi de dicto castro. **1250. (Sine die nec loco.)**

Willelmus de Bello videre donat et concedit, Brianda uxore sua consentiente, allodium et plenum dominium castri sui de Falaverio, cum Mandamento et pertinentiis ejus, Petro de Sabaudia, „per cuius opem industriam potentiam consilium et auxilium" se recuperasse fatetur dictum castrum a dominis de Turre. Donat et cedit dicto Petro castrum illud cum pertinentiis, non coactus, non circumventus sed spontaneus; devestiens se de ipso allodio, et investiens de illo vel quasi plenarie, Petrum, a quo recipit omnia ista bona in feodum faciendo illi homagium et fidelitatem, iurans a nullo alio tenere dictum castrum cum mandamento, nec fecisse promissiones seu fidelitates vel homagia de illo cuiquam. Sigillum apposuit Johannes, Archiepiscopus Viennensis.

Docum Sig. et Mon. ad hist. Sabaud. spect. II. 180. Depromta charta ex archivo Cameræ comput. Gratianopolitanæ.

262. **1251. Januarii 21. apud Windsor.**

Litteræ Henrici Regis Angliæ, Duci Brabantiæ, circa negotium cujusdam matrimonii non designati, et pergit: Verum quamquam illud summopere cupiamus compleri, quia tamen P. de Sabaudia, qui inceptioni dicti tractatus interfuit, et quem optamus eius consummationi modis omnibus interesse nondum de partibus Burgundiæ rediit nostram hac vice voluntatem plene vobis non possumus remandare. Quapropter Seren. vestram rogamus usque in unum mensem post Pascha dictum negotium in suspenso tenere velitis, ut, præfato Petro reverso, vobis inde beneplacitum nostrum per nuntios nostros tunc significare possimus, etc. Teste Rege apud Windsor XXI die Januarii per J. Maunsel.

Rymer I. I. 163. a. New Rymer, v. Foedera I. 276.

263. Rodolphus de Roa sese recognoscit hominem Petri de Sabaudia. **1251. Mense Januario (1250 St. incarn) Melduni.**

Rodolphus de Roa dat Petro de Sabaudia castrum et mandamentum suum de Roa, qui dictum Rodolphum de istis investit, cum villa de Promasens; et assignat ultro Petrus dicto Rodolpho XX libras Lausann. redditus annui super dominiis suis de Meudon, pro quibus et supradictis investituris recognoscit se Rodolphus esse hominem ligium Petri de Sabaudia. Testibus, et clientum fidem facientibus, Petro de Vilar

prope Grueriam, Petro de Turre Sedunensi, Willelmo de Andelisperc, Ricardo, domino S. Martini, et Willelmo fratre ejusdem, domino de Bioley, et filiis suis, Petro, Hiblono et Henrico: Aymone, domino de Sarrata, Hugone de Palasuel, Jaqueto de Estavayer, Humberto Ascumino, Jacobo filio Humberti de Cossonay.

Inv. Waud. T. I. pag. 110. N°. 1. Invent. duc. Sab. Fasc. I. N°. 4. Ch. 51. Ping. fol. 323. Zibald.

264. Philippus de Turre, vendit P. de Sabaudia turrim Viviaci. **1251. Mense Januarii (anni Incarn. 1250).**

Philippus de Turre juxta Viviacum vendit Petro de Sabaudia partem suam dicte turris de Viviaco cum dependentiis, quas tenet in feodum a Comitibus Gebennensibus; et ultro, vendit Petro homines de Chesia, Advocatiam Portus Valesiæ, piscariam Rhodani et teloneum salis juxta turrem Viviaci, que omnia tenet in feodum Comitum prædictorum Gebennensium: et hæc omnia vendit pretio triginta librarum Lausannensium. Act. Mense Januario, A°. D°. MCCL°.

Inv. Duc. Sab. Fasc. I. N°. 4. Ch. 8. Zibald.

265. Jaquetus de Estavaye cedit in allodium Petro de Sabaudia partem suam castri de Estavaye et dependentiarum illius; et cessa bona a dicto Petro accipit in feodum faciendo illi homagium ligium de iisdem.
1251. Februarii 2. ap. Lustriacum.

Uniuersis presentes litteras uisuris uel audituris. Jaquetus de Estaveye salutem in domino. Nouerit vniuersitas uestra quod ego sponte et certa sciencia et de consilio amicornm meorum concedo et dono domino meo domino petro de Sabaudia et heredibus suis imperpetuum portionem meam de castro et villa de Estaveye et in toto iure quod habeo nel habere debeo, in terris possessionibus hominibus et rebus aliis infra sacramenta et banna eiusdem uille in allodium. Et promitto sibi esse bonus Guayrenz. de dicto allodio. Idem autem dominus Petrus dedit mihi postea predictum allodium in feodum. Et ego recepi ab eo mera uoluntate in feodum pro quo feodo feci sibi homagium et fidelitatem contra omnes. preterquam contra dominum de Herber. Promisi etiam eidem domino Petro facere seruicium hominis ligii preterquam contra predictum dominum de Herber. Si autem uoluntate diuina contingeret me habere duos filios legitimos et naturales vnus illorum debet esse ligius homo dicti domini de Herber. Alter similiter erit ligius homo prefati

domini Petri de Sabaudia. pro feodo supradicto. Si uero contigerit me habere vnicum filium. Ille idem filius debet recipere predictum feodum a dicto domino Petro uel successoribus eius. eo modo quo ego recepi. Ad maiorem autem huius rei firmitatem. Ego Jaquetus presenti scripto sigillum meum apposui et feci apponi Sigillum venerabilis patris domini Episcopi Lausannensis. datum apud Lutriacum die purificationis beate uirginis. Anno domini. Millesimo. CC°. Quinquagesimo.

Ex Invent. Waudi, et codice membranaceo fol. 22. verso.

266. Amedei, Comitis Sabaudiæ, concessio villæ de Bergoin, facta Petro de Sabaudia fratri suo.

1251. Februarii 14. ap. S. Genisium.

Nos Amedeus Comes Sabaudie et Marchio in Ytalia notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod ad instanciam et requisitionem nobilis viri. A domini de turre laudamus et concedimus dilecto fratri nostro Petro de Sabaudia villam de Bergoin cum dependenciis ejusdem quam villam cum suis pertinenciis predictus dominus de turre eidem petro concesserat tenendam usque ad triennium, et post triennium quousque satisfecerit eidem petro de dampnis et expensis ab eodem petro factis in Caualcata quam idem petrus et sui fecerunt apud Bergoyn et apud turrim et pro discordia seu occasione ejusdem discordie quam habebant adinuicem predicti P. et dominus de turre saluo omni usagio et seruicio nostro. In cuius rei testimonium dicto petro dedimus has litteras nostras patentes. Datum apud Sanctum Genisium die Sancti Valentini Anno Domini millesimo Ducentesimo quinquagesimo.

Annus sec. Stylum paschalem Deest Sigillum E Membrana, inter Chartas Burgundicas, Delphinales et Provinciales, in Arch. Camer. Taur. Fasc. XIV Delphinales. Invent. Duc. Sabaudia Fasc. I. Conv. 4. Ch. 90.

267. Innocentius IV P. M. prohibet Abbatissam S. Petri Lugdunensis abalienare feodum Castri et baroniæ Turris Pini. **1251. Februarii 17. Lugduni.**

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei Dilectis in Christo filiabus abbatisse et conuentui monasterii Sci Petri Lugdunensis salutem et apostolicam benedictionem. Auctoritate nobis prestolata districtius inhibemus, ne Castrum de Turre, quod ad Monasterium vestrum pertinere dinoscitur, uendere uel infeudare aut impignorare seu alienare quomodolibet presumatis. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane siquid de castro ipso contra inhibitionem nostram contigerit attemp-

tari. Datum Lugduni XIII Kalendas Marcii pontificatus nostri anno octavo.

Charta ab eruditmo. domino Gazzera, Acad. Taurin. secretario, liberaliter ad transscribendum commissa: autenticum Parisiis adservatur.

268. **1251. Mense Februar. (A°. 1250, Styli incarn.) Gebennis.**

Gerrus de Maso facit fidelitatem Petro de Sabaudia, et promittit juvare eum contra omnes, salvis Comite Burgundiæ et fratribus suis: qui Comes excepit dictum Gerrum de domo sua cum duobus paribus vestimentorum annuatim. Petrus de Sabaudia dat dicto Gerro, in augmentum feudi sui decem libratas terræ omnis reddttus. Act. Gebennis Anno D. MCCL°. Mense Februario.

Zibald. Ping. Chr. fol. 323.

269. Nullitas sponsionum Henrici Regis cum Johanna Pontivi iterum pronunciata, auctoritate apostolica.
1251. Martii 19. ap Senones.

Petrus Episcopus Herefordensis, ex auctoritate apostolica, pronunciat nullitatem promissionum matrimonialium Henrici, Regis Angliæ, Johannæ, quondam Comitis Pontivi filiæ, quæ nunc erat Regina Castellæ, factarum; ex capite consanguinitatis in gradu quarto. Adgnoscit legitimitatem matrimonii dicti Regis cum Helgenora, filia Comitis Provinciæ. Dat. ap. Senones, in octaba b. Gregorii päpe, A°. MCCLI. Expedita est charta die Mercurii ante Ramos Palmarum, id est nonis Aprilis 1251.

Rymer I. I. 164. foedera I 277. Zibald. Pingon.

270. Amedeus IV Comes donat Petro fratri suo castrum Dentesiaci. **1251. Aprilis 15. ap. Montem Melianum.**

Donatio Amedei, Comitis Sabaudiæ, Petro fratri suo facta, totius jurts sibi competentis, in Castrum Dentesiaci, et quicquid illic tenuerat a patre suo, Thoma Comite; quod donavit dicto Petro in augmentationem feodorum suorum. Dat. apud Montem Melianum XVII Kal. Maii. A°. Dom. MCCLI°.

Invent. Sabaud. Fasc. I. N°. 4. Convol. Charta 87. Zibaldone Ping. sub dato Kal. Maji

Iteratio ejusdem donationis, ab eodem Comite Amedeo eidem Petro, die Mercurii post Octabam b. Johannis Baptistæ, sed adscripta anno 1255: Perperam! defunctus enim erat Amedeus Comes die b. Johannis Baptistæ, anni 1253: tribuatur igitur hæc Charta, data ut prior, apud Montem Melianum, diei 5 Julii anni 1251, vel 3 Julii 1252.

Inv. Sabaud. Fasc. I. N°. 4. Charta 92.

271. Facultas a Comite Amedeo, concessa P. de Sabaudia acquirendi in territorio de Bergoin.
1251. Aprilis 16. ap. Montem Melianum.

Amedeus, Comes Sabaudiæ et in Italia Marchio, concedit Petro de Sabaudia fratri suo, licentiam, emendi vel acquirendi in Mandamento seu territorio de Bergoyn, Campos, vineas, prata, nemora vel alia bona cujusvis generis: concedit etiam domino Alberto de Turre, ut recuperet a Petro de Sabaudia villam de Bergoyn, illi obligatam, soluto pretio obligationis. Dat. apud Montem Melianum, in die Pasche, A. D. MCCLI.
Inv. Sabaud. Fasc. I. Convol N° 4. Ch. 85.

271. a. **1251. Maii 1. ap. Montem Melianum.**

Amadeus Comes Sabaudiæ dat Petro fratri suo, jus quod a Thoma patre suo habebat in castro de Dentesiaco. Kal. Maji, Anno Dom. MCCLI. ap. Montem Melianum.
Zibaldone.

272. **1251. Maji 8. ap. Viollitum.**

Concedit Thomas de Sabaudia, quod pedagium quod debet percipi apud Borgundiam, percipiatur apud S. Genisium, quamdiu Karissimus frater suus Petrus de Sabaudia tenebit Willelmum de Borgundia, et quamdiu illi placuerit, ut capiatur dictum pedagium apud S. Genisium. Dat. apud Viollitum, in Octaba bb. Philippi et Jacobi apostolorum. Anno ab Incarn. Domini MCCLI.
Inv. Sabaudiæ, Fasc. I. Conv. N°. 4. Ch. 89.

273. **1251. Maji 23. Perugiæ.**

Breve Innocentii IV. P. M. Episcopo Novariensi directum, ut absolvat Thomam de Sabaudia Comitem ab excommunicatione, quam incurrerat per reconstructionem castri Montozulensis, spectantis ad Ecclesiam Taurinensem: et ut procuret pacificationem præfati Thomæ cum Ecclesia et Clero Taurinensibus, cum diremtione discordiæ obortæ, dicti Castri causa. Datum Perugiæ, X Kal. Junii, anno pontificatus Innocentii IV Pape, octavo.
Bullæ papales, Fasc. I. N°. 23.

274. Homagium Uldrici domini de Arberg et de Arcunciaco, Petro de Sabaudia factum pro Castris de Arcunciaco et de Illens. **1251. ante diem 2 Junii.**

Nos Vldricus dominus de Arcuncie et de Alberc notum facimus vniuersis, quod non vi non metu sêt spontanei dedimus cessimus et concessimus pro nobis et heredibus nostris castra

nostra de Arcuncie et de Hylleins et quidquid habebamus vel habere modo aliquo poteramus infra serementa dictorum castrorum sicut allodium nostrum liberum, nobili uiro Petro de Sabaudia et heredibus suis in perpetuum. Deuestiendo nos et nostros heredes de ipsis, eundem dominum Petrum inuestientes corporaliter de eisdem. Que omnia Idem dominus Petrus pro se et heredibus suis nobis et heredibus nostris de mera liberalitate sua concessit in feudum pro homagio et servicio nostro habenda et tenenda in perpetuum ab ipso domino Petro et heredibus suis. Et nos confitemur et recognoscimus quod idem dominus Petrus et heredes sui possunt facere de dictis castris pacem et guerram contra omnes sicut de feudo suo. Et fecimus iurare homines nostros dictorum castrorum tam milites quam alios quod ipsi fideliter dictum dominum Petrum contra omnes iuuabunt et eidem fidem tanquam domino obseruabunt. fecimus etiam ipsi domino Petro pro nobis et heredibus nostris in perpetuum homagium pro dicto feudo suo salua fidelitate dominorum nostrorum videlicet Imperatoris et episcoporum Basiliensis et Lausannensis. Et ad hec omnia tenenda et obseruanda nos et nostros heredes eidem domino Petro et heredibus suis in perpetuum obligavimus. Promittendo pro nobis et heredibus nostris hec omnia tenere et obseruare et nullo umquam tempore facto uel uerbo in iudicio uel extra per nos uel per alium contrauenire. Renunciamus eciam pro nobis et heredibus nostris ex certa scientia omnibus exceptionibus et cavillationibus et omnibus iuribus et actionibus et beneficiis nobis et heredibus nostris competentibus vel in posterum in hoc facto competituris tam iuris canonici quam ciuilis. Actum presentibus et vocatis. Willielmo de Rossilinn priore Paterniaci et fratre Aymone priori fratrum predicatorum Lausanne. Domino Radone comite Gruerie. henrico domino du Chavenz. Petro domino de Granzun. domino Willielmo de Corberes. domno Jocelino de Ponte. domno Jocelino de Rupe. domno humberto de fernay. Domno Gyroudo de Willeins. domno Nantelmo de Willeins. domno Willielmo de turre. domno Reymundo de Paterniaco. domno Willielmò de troutereins, militibus, et pluribus aliis. in cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus sigillo nostro cum sigillo Religiosi viri Abbatis Alte Ripe sigillatas. Dat. Anno Dom. millesimo ducentesimo quinquagesimo primo.

Appendent Sigilla. Sigillum Vldrici circumscriptum est: S. VLRICI DOMINI STRA ET ALBERC.

Inv. Chart. Waud. Cod. membran. Fol. XII verso. Zibaldone.

275. *Juramentum hominum Ulrici domini de Arberg, in dominiis de Arcunciaco et de Illens, Petro de Sabaudia ut domino eorum præstitum.*

1251. Junii 2. apud Arcunciacum.

Nos frater Petrus dictus abbas Alte Ripe[1]) notum facimus vniuersis quod domnus Willielmus de Rupe, Domnus Borcardus de Benevile et filii sui. Domnus Rodolfus de Marlie et filius suus senescallus darcuncie. domnus Wibertus de Villaret, domnus Jordanus de Spinnes milites.. Willielmus Wichereins. Perronetus de Spindes. humbertus mistralis. Johannes filius mistralis Jordanus li rosset. Willielmus et Vldricus portarii fratres, Anthelmus de Capella. Vldricus li Mugneruns. Michael de Britignie. Uldricus michalis. Jacobus Porcarius. Johannes Porcarius. Willielmus de favernie. Rodulfus de Spagnie. Hugnetus de Gumeins. Girardus fornerius. Cueno de Chavannes. Johannes de Spindes. Girodus et Jordanus de Chavannes. Rolletus nepos domini Wilenchi. Johannes li bours de Corpastor. Johannes li bauniers de Cointeins (v. Corteneis). Thorencus et clemens fratres. Perretus de Roa. Perretus faber de Cotens. Borcardus maritus Laurencie. Rodolfus li prior. Rolletns reinerus. Cueno alamannus. Cristanus de Senaïdi. humbertus de vilar. Perronetus libours. Petrus de Spindes. Johannes de Media villa. Vionetus de tresvaux. Item apud Hyllens Albertus faber. Albertus Darber. Uldricus li Gaitj. Symon et Uldricus fratres. Vincencius portarius. Johannes de Seidor coram nobis feria VI[a] proxima ante pentecosten apud Arguncie iuraverunt Castra de Arguncie et de Hyllens custodire domino Petro de Sabaudia, et quod eum contra omnes iuuabant de Castris de Arguncie et de Hyllens et de omnibus que sunt infra iuramenta eorumdem sicut de feudo ipsius et eidem fidem seruabunt sicut domino. In cuius rei testimonium presentem paginam sigillo nostro dignum duximus sigillari. Actum anno gratie millesimo ducentesimo quinquagesimo primo indictione nona,[2]) Idibus Novembris.

Ex Archivo Episcop. Friburgi in Ochtlandia. Inv. Sab. Fasc. I. Convol. 4. N°. 32, et Convol. II. Ch. 55.

---

[1]) Petrus Abb. Altæripæ, e prosapia Comitum Gruerlæ.

[2]) Indictio currebat Xa, a 24^0 Sept. inferius.

276. *Promittit Thomas de Sabaudia Comes Episcopo Taurinensi, restitutionem plurium bonorum illi ablatorum, tempore quo faciebat partes Imperatoris.*

1251. Julii 3. ap. Pontem Sturam.

Anno Dom. M°. CC°. LI°., Pontificatus Innocentii IV anno IX°. Indict. IX. mensis Julii die III. Vertebatur questio inter Johannem Electum Taurin. et dom. Thomam de Sabaudia, quondam Comitem Flandriæ super Castris Montosoli, Castri veteris, Montiscalerii *„qui fato dicitur de Testona,“* Castro Lancei et Ripolarum, quæ ad manus præd. Comitis venerant tempore, quo ipse adhærebat Friderico Imper. et parti ejus, propter quæ et alios excessus præf. Comes excommunicationis vinculo innodatus fuerat. Mediante officio Papæ, et intervenientibus illius Legatis, Cardinalibus, Octaviano, S. Mariæ inviolatæ et Johanne, S. Nicholai et Carceristulliani diacono, sopita est ista discordia. Promittit Thomas Comes restituere Montosolium infra XV dies: Castrum Vetus, oppignoratum, promittit solvere et tradere Ecclesiæ Taurin. infra tres menses. Super Montem Calerium, de Testona diruta factum, stipulatur, ut probet Electus et Ecclesia Taurin: Jura sua tam in Testonam quam in Montem Calerium, et quæ probare poterunt, relinquet Comes illis libere et absolute. De Castro Lancei, spondent Electus et Comes stare beneplacitis et mandatis pape: confessus est Comes, se nullum habere jus in dicto castro, nisi quod a dominis illius fuit sibi custodia ejusdem commodata. Profitetur Comes, se castrum Ripolarum non tenere, suo nomine, sed illud teneri nomine Amedei Comitis Sabaudiæ fratris sui. Dat Thomas Electo quinque fidejussores, pro MCCL marcis, de adimplendis ex parte sua pactis, scil. Bonifacium Marchionem Montisferrati, Bastardinum, Abbatem Segusianum, Mag. St. de Molloto, et Hugonem de Mortuo-mari officialem Cantuar. et cet. Actum apud pontem Sturæ in Ecclesia S. Agathæ.

Mon. hist. pat. Chart. I. col. 1409, N°. CMLV. Zibald.

277. **1251. Jul. 5. ap. Montem Melianum.**

Amedeus Comes Sabaudiæ, donat Petro fratri suo, in meliorationem feudorum suorum, partem suam castri Deutesiaci, et quicquid illic juris possederat. Datum ap. Montem Melianum, die Mercurii post Octabam b. Johannis Baptistæ, Anno Domini MCCLI.

Invent. Sabaud. Fasc. I. N°. 4. Convol. Chart 92. cum dato anni 1255.

Amedeo Comite autem mortuo jam anno 1253, tribuatur hæc charta potius anno 1251, in cuius Mense Aprile prædictus Comes in eodem Castro Montis Meliani, eamdem fecerat donationem præfato fratri suo Petro de Sabaudia.

278. *Aymo, dominus Fuciniaci cedit, specie dotis, Petro de Sabaudia et Agneti, uxori ejus, omnes terras suas, excepta dote Beatricis, filiæ ipsius Aymonis.*

1251. Augusti 20. Sine loco.

Aymo Dominus Foucigniaci cedit et donat titulo dotis, Petro de Sabaudia, marito filiæ suæ Agnetis, pro ipsa Agnete, omnes possessiones et terras suas, et illum de istis investit, retinendo sibi usumfructum ad dies vitæ suæ. Excipit ab hac cessione, castrum de Souchie, cum C. libris gebenn. annuis, quas assignaverat ipse Aymo filiæ suæ Beatrici. Reservat ultro, quod casu, quo Petrus vel Agnes decederet sine herede masculo e connubio illorum relicto, totius donationis reversionem ad sese, dictum Aymonem: et si ipse Aymo consequeretur heredem masculum e matrimonio legitimo, ut irrita fiat ipsa donatio et revertantur terræ et possessiones donatæ ad seipsum, qui assignaret Petro et Agneti dotem congruam in aliis castris et bonis. Sigilla Episcoporum Aymonis Gebennensis et Petri Herefordensis. Testes, Philippus Elect. Lugdunensis, Wilelmus de Graysiaco, Humbertus de Ferney milites. Datum XIII Kal. Septembris, A. D. MCCLI.

Invent. Matrim. Fasc. II. N⁰. 2. Guichenon. Pr. 78.

279. **1251. Octobris 6.**

Jacobus, filius Jordani de Domo Murenchi recognoscit se tenere in feudum a Petro de Sabaudia feudum triginta posarum, quod tenuerat antea a dapiferis Lausannensibus, et quod situm est prope Meldunum; contra decem solidos annui redditus, sibi a Petro de Sabaudia soluturos. Dat. in Octaba b. Michaelis Archangeli, A. D. MCCLI.

Invent. Sab. Fasc. I. N⁰. 4. Convol. Charta N⁰. 67.

280. *Petrus de Sabaudia mandat Philippo fratri suo, ut resistat Friburgensibus, et capiat ipsos et res ipsorum in terris suis.* **1251. Octobris 8. ap. Cameram.**

Petrus de Sabaudia, Philippo, Electo Lugdunensi. Reuerende multum et amande frater. Rogamus vos, quod si burgenses de Friburgo, vel quicumque alii eiusdem terre contra voluntatem nostram aliquid fecerint, resistatis pro virili, et

vobis damus mandatum et posse ut ipsos seu res ipsorum in terra nostra capiatis, mandantes omnibus ballivis nostris et Castellanis vt vobis obediant, et ipsi idem in suis partibus faciant. Datum Camere, Die Dominico post Octavam festi b. Michaelis Archangeli, Anno Domini M°. CC°. L°. primo.

Inv. Ducat. Sabaudiæ, Fasc. I. N°. 4. Charta 6. Ping. Chron. Fol. 326. Zibaldone.

281. **1251. Novemb. 11. Perugiæ.**

Breve Innocentii IV. P. M. Archiepiscopo Tarentasiæ, Rodolpho directum, nè patiatur Thomam de Sabaudia turbari in possessione et imperio Taurini, Montis Calerii, Colegii, Caburreti. Montozulii et Civitatis Iporegiæ. Dat. Perusii, III Id. Novembris, pontificatus Innocentii IV anno nono.

Bullæ papales, Fasc. I. N°. 26.

282. **1251. Novembris 13.**

Dominus Willelmus de Rupe et Alberc promittit fidelitatem Petro de Sabaudia pro castris de Arguntio et de Hyllens, et Vldricus de Hyllens cedit Jus suum. Dat. die lune post festum S. Martini Anno Domini M°. CC°. L°. primo.

Zibaldone Ping. bis.

283. **1251. Novembris 16. Gebennis.**

Obligatio Willelmi Comitis Gebennensis, erga Rodolfum filium suum, pro septem milibus solidorum et viginti libris Gebennensibus, pro quibus impignorat dicto Rodolfo Castrum et Villam Annisiaci, et dat illi fideinssores, uxorem suam Alaysiam Comitissam, Amedeum Episcopum Diensem, Aymonem præpositum Lausannensem et Henricum, tres filios suos. Act. Gebennis, XVI Kal. Decembris, A°. Dom. MCCLI.

Invent. Comit. Gebennensis Fasc. I. N°. 8.

284. Promissio Leonetæ, hæredis de Jaiz, se non accepturam fore conjugem, nisi de consilio et assensu Petri de Sabaudia, vel Philippi electi Lugdunensis.

1251. Novembris 23. ap. Jaiz.

Ego Leoneta filia et heres Nobilis viri Amedei, quondam domini de Jaiz promitto et iuro super Sancta Dei euangelia auctoritate et assensu domini Willelmi Comitis Vyennensis tutoris mei Nobili viro domino Petro de Sabaudia quod Ego non accipiam maritum sine consilio et uoluntate ipsius domini Petri uel domini Philippi fratris sui, Electi Lugduņensis si ipse forsitan non esset presens in patria et neccessitas

exigeret ita quod ipsa non possit consilium ipsius domini Petri vlterius expectare. Et si quod absit contra predictam promissionem aliquid faceremus uel facere attemptaremus, do eidem domino Petro et relinquo in perpetuum totam meam hereditatem de Jaiz. Ita quod in ea ulterius nihil valeam iure aliquo de cetero vendicare. In cuius rei testimonium presentes litteras feci et rogaui sigillis venerabilium patrum, dei gratia, J. Episcopi Lausannensis, Jo. abbatis Sancti Eugendi et nobilium virorum domini W. Comitis Viennensis tutoris mei, et G. domini de Baugia, et domine B. matris mee roborari. Datum apud Jaiz. Nono Calend. Decembris anno domini mill°. CC°. quinquagesimo primo.

Ex apographo autentici, in archivo Divionensi adservati, communicato per Dom. Ed. Mallet, Judicem Gebenn V. etiam hanc chartam ap. Guichenon Pr. 74, sed aliquid mendosam, cum nomine erroneo «Beatricia.» Zibaldone.

285. *Aymo de la Sarra et Richardus de Bellomonte relinquunt quædam feoda Petro de Sabaudia.*

1251. Novembris 28. ap. Jaiz.

Declaratio Aymonis, domini de la Sarra, et Ricardi domini de Bello Monte, se quittasse et relinquisse Petro de Sabaudia feudum, quod præfatus Aymo tenebat ab illo, et istud, quod dictus Ricardus tenebat a prædicto domino Aymone, videl. Decimas de Thyerrens, de S. Ciriaco, de Ogens, de Palliez, Montis S. Martini, S. Petri de Arguncie, de Escotaz, de Perimasans, minorum et majorum Masseres, de Mallie et de Palisues, quod feudum recognoscebat iterum se tenere, a domno de Bello Monte, dominus de Roa. Actum ap. Jaiz, IV Kal. Decembris A. C. MCCLI.

Inv. feud. Waud. I. 300. N⁰. 1. Inv Waudi, Fasc. I. Convol. N⁰. 3. Ch. 21. Inv. Sab. Fasc. I. Conv. N⁰. 4. Ch. 58.

286. **1251.** Novembris 28. ap. Jaiz.

Declaratio Aymonis, domini de Sarrata, se tenere a Petro de Sabaudia, ratione feudi, castrum de Bellomonte, dyœc. Lausanuensis, quod a se ipso tenet ratione retrofeudi, Ricardus domnus de Bellomonte: Corroboratur Charta. Sigillis Aymonis et Ricardi. Dat. apud Jaiz, IV Kal. Decemb. MCCLI.

Inv. Waud. Fasc. I. Feuda Wand. Conv. II. N⁰. 70.

286. a. **1251.** Novembris 28. apud Jaiz.

Aymo, Dom. de Sarrata cedit Petro de Sabaudia homagium illius feudi, quod Ricardus de Bellomonte recognoscebat tenere a dicto Aymone, et quod Dominus de Roa re-

cognoscebat iterum se tenere a prefato Ricardo, videl. decimas de Thyerrens, de S. Ciriaco, de Ogens, de Pallie, de Monte S. Martini ante Orons, de S. Petro de Arcuncie, de Escotaz et de Parmesans. Actum apud Jaiz, IIII Kal. Decembris Anno Dom. M°. CC°. LI°.

Feud. Vaudens. Inv. T. II. 300.

286. b. **1251. Novembris 30. Lausanne.**

Petrus de Turre, miles Sedunensis, scribit Petro de Subaudia et Petro de Grancon, se guerpisse feodum, quod tenebat a Petro de Sabaudia, Petro de Willeris, militi, quem commendat dicto Petro de Sabaudia, ut investiat illum de dicto feodo. Dat. Lausanne, in festo b. Andree Apostoli, anno Dom. MCCLI.

Invent. Duc. Sabaud. Fasc. I. N°. 4. Convol. Charta 54.

287. **1251. Mense Novembris.**

Willelmus de Endelisberg, miles vendit Petro de Sabaudia, duo Molendina in Aqua Glana, subtus Maissiere, prope Rotundum Montem, pro viginti libris Lausannensibus. Actum Mense Novembris, A. D. MCCLI.

Inv. Duc. Sabaud. Fasc. N°. 4. Ch. 55.

287. a. **1251.**

Potestas Henrici III Regis Angliæ, Petro de Sabaudia commissa, mutuandi ad usum Regis Quinque millia Marchas Sterlingorum. Anno Hen. III Regis XXXV.

Ex Archivo Turris Londin. Msc. Pat. XXXV anni Hen. III. N° 9. Excerptum a Dom. Pallgrave transmissum.

288. **1251.**

Transactio Petri de Sabaudia cum nonnullis Mercatantibus Placentinis, quibus conceditur transitus liber per dominia Petri, sub conditione thelonei cujusdam solvendi

Inv. Waudense, Fasc. I. Convol. 4. Ch. 22.

289. Interressio Hartmanni Senioris Comitis et Margarethæ Comitissæ de Kybnrg, pro Friburgensibus, penes Petrum de Sabaudia. **Sine dato: ex conjectura, anno 1251° exeunti tribuenda charta.**

Dilecto fratri suo, domino Petro de Sabaudia, militum illustrissimo. H. Comes et M. Comitissa de Kybor cum sincere dilectionis affectu salutem et obsequium. Nouerit dilectio uestra, quod per protestacionem manifestam et litteras ciuium nostrorum de Fribur bene certi sumus, causam que uertitur inter

uos et ipsos in nos sine condicione et sine pacto sicut ab inico (ab inicio?) fore compromissam et de ipsa causa habere potestatem finem debitum faciendi. Quare est quod uestre discretioni omni qua possumus affectione supplicamus, quatenus predictorum ciuium captiuos et res liberaliter et plenarie amore nostri restituatis. In procinctu tamen sumus ad vos ueniendi, de quo proposito nulla nos negocia retractare possunt, nisi sola infirmitas. Vnde petimus ut locum loquendi nobis concedatis, quod si nullo modo fieri possit, aliquos discretos nobis instituatis per quos causa predicta sicut per personam uestram possit terminari.

Invent. Waudense, Convol. N°. IV. Ch. N°. 37. Zibald. Ping.

290. Sponsiones Simonis de Joinville, conjugis Leonæ de Jaiz, erga fratres de Sabaudia.

1252. Mense Januario (1251, Styli Pasch.) ap. Brion.

Simon filius Simonis quondam de Joinville uxorem ducit Leonam, filiam quondam Amedei domini de Gay, et promittit Petro de Sabaudia et Philippo, Electo Lugdunensi, solvere in dotem Margarethæ, filiæ prædicti Amedei, ducentas Marchas argenti et decem libratas Gebennenses terræ census annui, et totidem pecuniæ Ysabellæ, aliæ filiarum ejusdem quondam Amedei, eadem ratione dotis, causâ matrimonii sui. Act. apud Brion, Mense Januario Anni ab Incarnatione Domini MCCLI°.

Inv. Sabaud. Fasc. I. Conv. IV. Ch. N°. 45. Zibald. Pingon.

291. **1252. Martii 4.**

Walcherus de Biolon dictus Boyllicus confitetur, se esse hominem ligium domini Petri de Sabaudia, tali conditione, quod non possit aut debeat se ponere in dominium alterius, *dum dom. Petrus gageriam de Bioley obtinebit.* Datum, die lunæ proxima post Dominicam Oculi mei, A. D. MCCLI. *(Styli Incarnationalis.)*

Inv. Waudense, Fasc. I. Convol. Apogr. Ch. N°. 51.

292, **1252. Aprilis 22. ap. Petram Castelli.**

Amedeus Comes Sabaudiæ, componit discordiam inter „H. Comitissam nostram" (?) Philippum electum pro Lugduno, et Vldricum mistralem Villæ novæ, et ordinat, quod molendina sint de redditu Vldrici, et de feudo Comitissæ; et investit iisdem dictum Mistralem. Apud Petram Castelli, X. Kal. Maii, A. D. M. CC. L. secundo.

Zibald. Pingon.

293. **1252. Maji 3. Petræ castelli.**

Conventio Amedei, Comitis Sabaudiæ cum Vldrico Mistrali Villæ novæ, prope Chillon, quâ sopita est discordia inter illos coorta, ratione quorundam molendinorum, quæ cum redditibus suis permanent Vldrico Mistrali titulo feodi Comitis: reservatur „Libertas quam Dominus Thomas Comes, pater ipsius *(Comitis Amedei)* fecerat hominibus dicte ville" *(videl. Novæ).* Presentibus, Comitissa matre Domini Comitis, et Domino Philippo electo Lugdunensis Ecclesiæ. Act. ap. Petram Castelli, A°. M°. CC°. L°. secundo, Indict. Xa. quinta nonas Maji.

Invent Ducat. Sab. Fasc. I. Convol. N°. 4. Ch. 13.

293. *a.* **1252. Maji 18. Sine loco.**

Amedeus Comes Sabaudiæ confirmat civibus et habitatoribus Villænovæ Chillionis, libertates, illis (anno Dom. 1214, Mense Aprilis,) a Thoma Comite Sabaudiæ, patre suo, concessas. Solvant dicti de Villanova, pro ripa lacus, Castellano de Chillon, XL sol. Lausann. annuos. Conceduntur illis duæ nundinæ in anno, et mercatum in omni feria quarta. Jura Comitis reservata, Judicium majus, Cavalcata per totam Dioecesim Sedunensem et per totum lacum, propriis sumptibus, ita tamen, ut quotidie ad domos reverti possint militantes. Census annuus de omni tesa terræ ante domos sita, octo Denarii: de omni vendita domorum, decimus tertius denarius, dictus trecenum, et totidem pro laude. Statuta poenalia, statutibus Communium aliorum consimilia. Datum, A. Dom. MCCLII. Indict. X. die decima octava Mensis Maji.

Autent. olim in Archivo oppidi Villænovæ prope Chillon. Epitome, in linguam gallicam translata in collectione manuscripta documentorum Waudensium, Chablasiensium et Burgundicorum, in possessione privata.

294. **1252. Maji 21. Perusii.**

Bulla Innocentii IV Pont. Max. Archiepiscopo Viennensi directa, quâ absolvitur Amedeus Comes Sabaudiæ, ab excommunicatione quam incurrerat, sequendo partes Friderici Imperatoris. Datum Perusii, XII Kal. Junii, anno nono pontificatus Innocentii IV.

Invent. bullarum papalium, Fasc. II. N°. 2.

Octo donationes et Concessiones Willelmi, Romanorum Regis, Thomæ de Sabaud. Comiti factæ, et datæ omnes, Trajecti (ad Mosam) Leodiensis Dioecesis, XI Kal. Junii, anno domini M. CC. L. II. Indict. X. Regni Willelmi anno IV.

295. **1252. Maji 22. Maastricht.**

Wullielmus Rom. Rex, Semper Aug. in feudum assignat, concedit, et donat, dilecto et fideli suo Thomæ de Sabaudia Comiti et heredibus suis utriusque sexus, Civitatem et pontem Taurinenses, et Bastiam quæ est iuxta dictum pontem, villam et pontem Montis Calerii, dominia Castrorum Ripolarum, Collegii, Montosolii, Castri veteris, Cavarreti, feudum illorum de Plosasco, quod tenent ab Imperio, videl. parvum pedagium quatuor den. in Trosello, Taurini; feudum de Broni, castri antiqui et diruti, cum villa parva; feudum Imperiale Bertoldi de Non et fratrum ejus, videl. quandam villetam sive forteretiam, vocatam, villa et finis de Celles, sitam inter Montem Calerium et Karium: et specialiter et generaliter omnia allodia, feuda et dominia in civitate et dioecesi Taurinensi, præter homagia Marchionum Montisferrati et Saluciarum: Civitatem Yporegiæ et totum dominium Canapicii, et castri Lancei: cum hominibus, honoribus, iuribus, plateaticis, molendinis, furnis, Argentariis, angariis, parangariis; cum plateis, coloniis, terris cultis et incultis, aquis, aquarum decursibus, sylvis, venationibus, piscationibus, rationibus, regalibus omnibus; necnon possessiones, servitia, census, pensiones, laudemia, iustitias, pedagia, thelonea, vias publicas, flumina, nemora, pascua, merum et mixtum Imperium, et iurisdictionem omnimodam eorundem locorum, et inhabitantium, et omnia alia bona et iura, corporalia et incorporalia cum omnibus appenditiis et pertinentiis, tam intus quam extra; necnon adeptas, quæstas, tallias et alias exactiones consuetas, „quæ de iure alias per nos, vel speciali mandamento nostro" — in eisdem locis fieri possent. Præcipit Rex omnibus Nobilibus, militibus et hominibus præfatorum locorum, ut prædictum dominum Thomam Comitem in Dominum suum recipiant, et illi, ac heredibus ejus, nec non Castellanis, vicariis, etc. ejus, homagia et fidelitates debitas et consuetas faciant. et de redditibus e proventibus illorum locorum respondeant, etc., sicut vero Domino suo. Concedit Rex Thomæ Comiti ultro, ut possit, per totam terram suam, cudere monetam de novo, instituere nundinas et mercata, et thelonea et pedagia levare, aliqua præscriptione temporis non obstante, præter cen-

tenaria. Præcavet Rex omnibus defectibus legalibus, omni prætextui vel interjectioni juris, quibus irritam facere conaretur quævis persona istam donationem, plenittudine regiæ suæ potestatis, et mandat omnibus Ducibus, Marchionibus, Prælatis etc. ne contra prædictas donationes et concessiones venire præsumant, sub comminatione Majestatis suæ indignationis et poenæ seu mulctæ mille marcharum argenti. Testes: Frater Hugo, Presbyter Cardinalis tituli S. Sabinæ, Apost. Sedis Legatus per Alemaniam: Abbas S. Trudonis, Capellanus Regis: Johannes de Ambleone, Decanus S. Andreæ, Gratianopol. diœcesis, Capellanus Papæ, Humbertus, Capellanus Yennæ.

(Extat hæc Charta ap. Guich. Prob. p. 93.) Invent. Dipl. Imper. Fasc. II. N°. 3.

296. Willelmus, Rom. Rex, scribit Electo et Capitulo Taurinensi. se assignasse, concessisse et donasse in feudum, Thomæ de Sabaudia Comiti, et hæredibus ejus utriusque sexus, omnia iura et dominia, quæ, ratione Imperii habebat dictus Rex, in Urbe, civitate et Dioecesi Taurinensi: eoque mandat dictis Electo et Capitulo, sub interminatione gratiæ suæ, ut dicto Comiti, hæredibusque ipsius, obediant, fidelitates faciant, et de omnibus respondeant, tanquam veris suis Dominis: sub comminatione indignationis regiæ, et mulctæ mille Marcharum Argenti puri, cuius medietas Cameræ regiæ, altera dicto Comiti persolvenda fuerit.

Dipl. Imp. Fasc. II. N°. 6. Guichen. Prob. p. 94.

297. Willelmus Rom. Rex mandat Comitibus, Nobilibus, militibus et aliis hominibus Canapicii, ut obediant Thomæ de Sabaudia Comiti, tanquam vero Domino suo, ratione donationis et concessionis in feudum sibi factæ a Rege, dicti dominii Canapicii, præstentque illi fidelitates debitas: sub iisdem interminationibus et comminationibus, ut supra.

Aliud mandatum consimile dicti Regis Clero Iporegiensi directum.

Dipl. Imp. Fasc. II. Ambo mandata sub N°. 2.

298. Aliud mandatum ejusdem tenoris prædicti Willelmi Regis, Episcopo, Capitulo et Clero Iporegiensibus directum.

D. I. Fasc. II. N°. 5.

299. Aliud mandatum, consimilis tenoris, Clero et populo Taurinensibus, a supradicto Rege Willelmo directum.

D. I. Fasc. II. N°. 11.

299. a. Consimile rescriptum, Clero et populo Iporegiensi, a Rege directum. *D. I. Fasc. II. N°. 7.*

299. b. Mandata specialia ejusdem Willelmi Rom. Regis, consimilis tenoris: Dominis de Non, de Plosasco, de Lancio, Potestati Montis Calerii, et aliud Mandatum Nobilibus Canapicii.
Dipl. Imp. Fasc. II. N°. 8, 10, 12, 13.

299. c. Willelmus, Rom. Rex, jubet communitatem Mediolanensem, ut auxilium ferat Thomæ de Sabaudia Comiti, ad defendendas terras, illi a Rege concessas contra adversarios suos.
In prædicto die XI Kal. Junii, et eodem loco datum. Zibald Ping.

300. Willelmus, Rom. Rex, rogat omnes fideles Imperii, velint iuvare Comitem Thomam contra Astenses, Karienses, Albenses, ut contra proditores Imperii. Dat. eisdem loco et die.
Zibaldone.

301. **1252. Julii 20. Perusii.**

Bulla Innocentii IV. P. M. Bonifacio de Sabaudia, Archiepiscopo Cantuariensi directa, quem redarguit Papa, quod Priorem et Capitulum S. Trinitatis spoliaret ecclesia de Bixle, Roffensis diœc. ex capite negatæ sibi visitationis: Jubet Papa Archiepiscopum, ut restituat dictam ecclesiam prædictis Priori et capitulo, sine difficultate nec mora. Datum Perusii XIII Kal. Augusti, anno pontificatus Innocentii IV Papæ, decimo.
Rymer foed. I. 283.

302. Conventiones inter Thomam de Sabaudia et Commune Astensium. **1252. Julii 28.**

Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo indictione decima die dominica quinto cal. augusti presentia infrascriptorum testium. In nomine domini nostri iesu christi amen ad honorem ipsius et gloriose marie uirginis matris eius et beati secundi martiris christi et omnium sanctorum et sanctarum dei et ad honorem et commodum et utilitatem comunis astensis et amicorum suorum et domini Thome de Sabaudia comitis et amicorum eiusdem. Heo est forma pacis et concordie de novo celebrate et facte inter dictum comune astense ex una parte et dictum dominum Thomam de Sabaudia comitem qui dicitur de Flandria ex alia. In primis actum est inter dictum comune astense et dictum dominum Thomam comitem quod comes predictus dabit operam efficacem quod dominus Amedeus comes Sabaudie remittat ei fidelitatem quam ei fecit de terra quam tenet citra montes et concedat eidem ut de ipsa terra comuni astensi dictus Thomas fidelitatem faciat si hoc adimpleri poterit

ad uoluntatem comitis Sabaudie. si uero hoc adimpleri non poterit et magis uidebitur comuni astensi pro ipso comuni expedire et utilius actum est quod dictus Thomas comes faciat fidelitatem communi astensi de caburreto et de tota alia terra quam tenet et possidet ipse uel alius pro eo citra montes excepto de Taurino et ponte Taurini et excepto de mota que est citra padum prope pontem Taurini remanente insuper comite Amedeo (Thoma?) uassalo communis astensis ut nunc est saluis pactis et conuentionibus habitis et factis hactenus inter comitem Sabaudie et comune astense secundum quod in chartis inde factis plenius continetur. Item quod dictus comes teneatur et debeat facere pacem et guerram pro communi astensi contra omnes personas de tota terra quam tenet ipse uel alius pro eo citra montes saluo contra fratrem suum comitem Amedeum et suam terram et suos successores. uersa uice commune astense teneatur et debeat dare consilium et iuuameu ipsi comiti Thome ad manutenendum et defendendum totam terram suam quam habet et tenet ipse uel alius pro eo citra montes contra omnes personas excepto contra comitem Sabaudie salua concordia albensi et saluis ciuibus et uassalis et iuratis ciuitatis astensis secundum quod in actis conuentionum ipsorum ciuium uassallorum et iuratorum et communis astensis plenius continetur. Hoc acto quod si ciues uel uassalli et iurati offenderent dictum comitem Thomam uel suos homines commune astense teneatur facere et curare sic quod offensio restituatur et emendetur. alioquin teneatur iuuare ipsum comitem in suo iure. Item actum est et ordinatum quod locus montiscalerii remaneat et sit in eo statu in quo nunc est nonobstantibus pactis superius nominatis ita quod pacta predicta nullum preiudicium faciant communi astensi neque predicto comiti Thome in montecalerio in eorum iure aliquo casu eo tamen saluo quod aliquibus non obstantibus homines Montiscalerii predicti comitis Thome undique realiter et personaliter libere et secure uti possint facere illud idem et predictum negotium montiscalerii remaneat in predicto statu quamdiu fuerit de uoluntate communis papiensis saluo eo quod commune papiense uel alius pro ipso communi non possit uel debeat aliquid pronunciare ullo modo de loco montiscalerii inter commune astense et comitem supradictum hoc acto et addito si commune astense uel alia singularis persoua acquirere poterit aliquid in montecalerio uel posse quod hoc facere possint non obstantibus aliquibus capitulis suprascriptis. Item actum est si comes pre-

dictus guerram faceret uel offensionem hominibus montiscalerii quod commune astense non obstante predicta concordia bene possit iuuare et defendere si uoluerit locum et homines montiscalerii tam contra ipsum comitem quam contra omnes alias personas que guerram facerent ipsi loco et non ipsum comitem de ipsa terra adiuuare teneatur. Item actum est quod si aliquis de posse et districtu dicti comitis Thome ad partes de aste uel in posse astensi se transtulerit moraturus quod res ipsius transferrent tam mobiles qoam immobiles quas haberet in terra dicti comitis ad ipsum peruenire debeant et commune astense proinde possit nullam molestiam uersus dictum comitem mouere ullo capitulo non obstante. et eodem modo intelligatur pro communi astensi si aliquis de communi astensi uel districtu se transferret moraturus ad partes dicti comitis uel in posse suo. Item aetum est quod dictus comes non possit aliquid acquirere ex aliqua causa de nouo circa padum uersus aste sine uoluntate communis astensis. Item actum est quod dictus comes teneatur et debeat facere fidelitatem communi astensi fieri ab omnibus castellanis illius terre quam ipse comes in feudum tenebit de communi astensi. que omnia supradicta et singula dominus Sigembaldus de ospitiis potestas astensis uoluntate consilio et consensu utriusque credentie et rectorum societatum per campanam et nuncios loco et more solito congregate et congregatorum et ore ad os interrogatorum et ipsi credentie et rectores et cet. et dictus d. Thomas promiserunt et iurauerunt corporaliter ad S. dei euangelium attendere obseruare et complere. Quibus omnibus sic peractis per dictum potestatem astensem uel supradictam credentiam et rectores societatum nomine communis astensis per signum quod iure manutenebat inuestiuit dictum dominum Thomam comitem in gentile feudum de Gaburreto et de tota alia terra quam ipse comes uel alius pro eo tenet et habet et possidet citra montes excepto de taurino et ponte taurini et mota que est citra padum prope pontem Taurini secundum quod in suprascriptis conuentionibus continetur de quo feudo dictus dominus Thomas comes fecit et iurauit in manibus dicti potestatis recipientis nomine et uice communis asteusis osculo pacis de omnibus interueniente fidetitatem et cetera.

Nomina autem supradictorum credendariorum sunt hec. Gulielmus Alferius. Capra de Solario. Petrus Taracinus. Ruffinus Guttuarias rectores societatis baronie militum. Dominus

Thomas de Solario. Dominus Petrus Laurenti. Raimondus Balbus, et cet.

Actum est super palatium communis astensis.

Monum. hist. patriæ, Chartar. T. I. N⁰. CMLX. Pag. 1415. Inv. Asti, Fasc. I.

303. **1252. Augusti 3. Perusii.**

Bulla Innocentii IV Pont. max. Henrico Angliæ Regi directa, ut procuret, Ricardum Comitem Cornubiæ, fratrem suum acceptare Regnum Siciliæ, illi a dicto Pontifie oblatum. Dat. Perusii III Non. Augusti, Pontificat. Innocentii IV anno decimo.

Rymer, I. I. 168. Foedera, I. 284.

304. **1252. Augusti 29. Perusii.**

Bullo Innocentii IV, Papæ, Regi Angliæ directa, quâ solvit dictum Regem Henricum a vinculo promissionis matrimonialis, Johannæ filiæ Comitis Pontivi factæ, quæ tunc erat Regina Castellæ. Dat. Perusii IV Kal. Sept. Anno pontificatus Innocentii IV, P. M. decimo.

Alia Bulla, ejusdem Pontificis, eidem, Regi directa, quâ confirmatur matrimonium dicti Regis cum Alienora, filia Raimuudi Berengarii, Comitis Provinciæ. Data ut superior.

Rymer I. I. 169. Foed I. 284.

305. **1252. Septembris 28.**

Agnes, Domina Fuciniaci donat omnia bona sua et possessiones, et dominium suum Fuciniaci, conjugi suo Petro de Sabaudia. Act. in Vigilia b. Michaelis Archangeli, Anno Dom. MCCLII.

Besson Mem. sur les Dioc. de Geneue, Tarentaise, Aoste Maurienne et le Decanat de Savoie p. 28.

306. *Testamenium Amedei IV Comitis Sabaudiæ, Marchionis in Italia.* **1252. Septembris 19.**

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo indictione decima. die Jouis decimo nono mensis Septembris. Ego Amedeus Comes Sabaudie, cupiens humane sortis euentum preuenire cum melius sit spe mortis uiuere quam spe uite ad mortem subitaneam deuenire. et maxime cum nihil sit quod magis hominibus debeatur quam vt supreme uoluntatis liber sit stilus et licitum qni iterum non redit arbitrium. Sanus mente ac bone memorie liber. eger corpore. uolo facere et facio testamentum meum nuncupativum. Seu vltimam uoluntatem. dispo–

sitionem. uel ordinationem de bonis. rebus. iuribus. possessionibus. et quasi meis dominiis et iurisdictionibus. et aliis vniuersis et singulis. aliquo iure et occasione ad me pertinentibus. et de his que teneo. habeo. possideo. uel quasi Ego et alius nomine mei in hunc modum. In primis uolo facio et instituo Bonifacium filium meum mihi heredem in omnibus bonis meis. iuribus. possessionibus. et quasi dominiis iurisdictionibus. et omnibus aliis vniuersis et singulis aliquo iure et occasione ad me pertinentibus. et de his que teneo. habeo. possideo. et quasi Ego et alius nomine mei. exceptis hiis que aliis in hoc modo. testamento. vltima uoluntate et dispositione dedero. donauero. legauero. seu relinquero tali modo, quod quandocunque contingeret dictum B, filium meum mori sine herede masculo de uxore. uolo et precipio quod omnia predicta bona. iura. possessiones. et quasi dominia. iurisdictiones. et alia supradicta ad me pertinentia remaneant et reuertantur dilecto fratri meo Thome de Sabaudia Comiti. et heredibus suis masculis ab vxore procreatis. et dictum Thomam fratrem meum et heredes suos masculos ab vxore procreatos. dicto B. filio meo in predictis vniuersis et singulis substituo. Beatricem filiam meam. vxorem quondam Manfredi marchionis Salutiarum et Margaretam filiam meam vxorem Bonifacii marchionis Montisferrati mihi heredes instituo in dotibus quas pro eis dedi supradictis marchionibus Salutiarum et Montisferrati, in quibus dotibus uolo. et precipio ipsas filias meas esse contentas de bonis meis. Item quod amplius non petant uel requirant aliquid in bonis meis, donationem autem causa mortis uel inter uiuos si quam aliquando feci predictis filiabus meis uel alteri ipsarum aut aliis nomine ipsarum sive pro ipsis aut pro una earundem uel legatum, si quod eis uel alteri ipsarum feci uel legaui sive ad opus vnius uel ambarum, seu institutionem heredis. si quam aliam feci. hucvsque de ipsis uel aliqua ipsarum penitus reuoco et eam nullo modo uolo ualere. Sed uolo et precipio quod isti testamento nuper a me facto. vltime uoluntati et ordinacioni stetur et que in eis scripta sunt inuiolabiliter et perpetuo teneantur. custodiantur et seruentur. Cecilie uero dilecte vxori nostre dono et lego ad uitam suam. et dum sine marito in terra nostra steterit. Terram quam tenet. et si contigerit ipsam nubere sive maritum acciperc. uolo et precipio quod habeat dotem quam pro ipsa. sive nomine ipsius recepi. et mille libras Viennenses pro melioramento. quas uolo et precipio, quod habeat vltra dotem suam de bonis meis. in

quibus M. libris et dote, quam pro ipsa. sive nomine ipsius recepi. nolo quod sit contenta ita quod amplius non possit petere in bonis sive ab heredibus meis racione sive occasione dotis, donationis propter nuptias, sive alterius lucri nuptialis uel alia qualibet de causa. Item uolo. precipio. ordino et statuo quod dictus Thomas frater meus sit tutor dicti Bonifacii filii mei. et eumdem Thomam fratrem meum dicto B. filio meo do et statuo atque ordino tutorem. precipiendo atque mandando vniuersis Castellanis. Vassallis et ballivis. et aliis vniuersis fidelibus meis nobilibus et ignobilibus vt dicto Thome fratri meo nomine. et ex parte dicti B. filii mei. dum fuerit in tutela ipsius Thome. aut dum durauerit ipsa tutela. eidem obediant. et respondeant tanquam mihi uel B. filio meo obedirent et responderent. Item uolo et precipio quod Beatrix filia mea minor. intret Monasterium Bituminis et ibidem sit monialis. et pro ipsa ibidem recipienda et sepultura mea et pro remedio anime mee et parentum meorum dono et lego domui Bituminis, quam in sepulturam meam eligo et ubi sepeliri uolo. omnia vayssalamenta mea aurea et argentea et omnes annulos meos. et omnia alia monilia mea et immobilia preter grossum annulum quem dono et dimitto dicto B. filio meo et omnia molendina que habeo apud Camberiacum. Item dono et lego pro remedio anime mee et parentum meorum domui vallis S. Hugonis. mille solidos Viennenses. Domui Carthusie mille Sol. Domui Allionis mille Sol. Domui Arverie mille Sol. Domui Montis Benedicti mille Sol. Domui Stamedei mille Sol. Domui Altecumbe mille Sol. Domui S. Sulpicii mille Sol. Domui Montissonis mille Sol. Domui S. Mauricii in Chablasio mille Sol. Domui Montis Cenisii mille Sol. Item uolo et precipio quod omnes clamores mei et debita mea amicabiliter. et sine strepitu iudiciorum soluantur et pacificentur a dicto Thoma Comite fratre meo tutore dicti filii mei et eciam legata omnia. et relicta seu donata in hoc testamento. vltima uoluntate. disposicione uel ordinatione. Que omnia vniuersa et singula supradicta predictus Thomas Comes frater meus in mea presentia et testium infrascriptorum promisit et tactis sacrosanctis Dei Euangeliis iurauit attendere et inuiolabiliter custodire et custodiri facere. Volo eciam et precipio quod hoc meum testamentum nuncupativum, vltima uoluntas. disposicio uel ordinacio ualeat iure testamenti nuncupativi. Et si iure testamenti nuncupativi non ualeret. Saltem ualeat iure codicillorum. uel iure cuiuslibet alterius mee vltime uoluntatis. Ordinationis uel di-

spositionis. Volo eciam et precipio Hugoni S. Maximi de Monte Meliano. et Michaeli de Secusia publicis notariis. vt de hoc predicto meo testamento. vltima uoluntate. disposicione uel ordinatione et de contentis in ipsa faciat quilibet ipsorum vnum instrumentum, uel plura si opus esset. unius et eiusdem tenoris. Actum est hoc apud Rupeculam in camera Comitisse vbi fuerunt testes uocati et rogati Dominus Jacobus Abbas Secusie. Dictus Dominus Thomas Comes. Dominus Humbertus de Seissello. Dominus G. frater eius. Dominus Guillermus Phalastei. Dominus Rostagnius de Rupecula. Humbertus Marescalli de Montemeliano. Hugo de Corianna. Guillermus de Cuyna. Guillermus de Coteyardis et alii fide digni.

Inv. Testam. Comit. Sab. Fasc. I. N°. 5. Guich. Pr. Pag. 69.

307. **1252 Septembris 28.**

Jacobus de Domo Murenchi de Melduno, confitetur, se tenere in feodum a domino Petro de Sabaudia, triginta duo Posas terræ, nemus de Ouiolet, et in Campo de Bauma quinque posas. Actum in Vigilia b. Michaelis, A. Dom. MCCLII.

Inv. feodor. Waudensium, Cod. membran. Fol. 9 recto. In cod. Invent. Convol. apographorum, Charta N°. 9.

308. **1252. Octobris 14. ap. Castrum Merspurc.**

Hartmannus Junior, Comes de Kyburg, remittit locum de Sulz, Margarethæ, „uxori patrui nostri, quam materteram appellare consuevimus, promittentes eam defendere contra quemcunque eam molestaret in bonis supradictis.“ Act. apud Castrum Merspurc, II Idus Octobris A. D. MCCLII.

Invent. matrimon Princip. de Sabaudia: Matrimon. Margar. et Hartmanni Com. de Kyburg, Fasc. I. N°. 17.

309. Litteræ Willelmi Comitis Gebennensis, Amedeo Comiti Sabaudiæ perscriptæ. **1252. Novemb. 6. ap. Domena.**

Nobili viro et strenuo suo Karissimo domino et *Nepoti*. Amedeo, comiti Sabaudie et duci in Chablays, et marchioni in Ytalia. Willelmus comes gebennensis eius humilis homo et devotus salutem in vero salutari. Noverit vestra dominatio quod nos in nostra ultima voluntate dedimus et concessimus Rodulfo primogenito nostro feodum *quem* tenebamus a vobis et ipsum R. dimisimus *inter di* (?) fidem et vestram et vobis mandantes quatinus usagium dicti feodi ab ipso R. recipiatis et ipsum predicto usagio retineatis. vosque rogantes in quantum possumus quatinus eidem R. contra omnes tanquam homini vestro et *consanguineo* consilium et auxilium impende-

ritis. Datum apud Domenas Anno domini M°. CC°. L°. secundo. die mercurii post festum omnium Sanctorum.

Invent. Genevois, Fasc. I. N°. 10.

309. a. *Willelmus II. Comes Gebennesii et Domus ejus.*

1252. Ante Mensem Novembris.

Ego Wilelmus Comes Gebennensis notum facio tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, me vidisse et diligenter inspexisse cartam, a Nobili viro Wilelmo, patre meo, quondam Comite Gebenn. fratribus Pomerii Carthus. Ordinis, Gebenn. Diocesis, datam et concessam, non cancellatam, non abolitam, non in aliqua parte corruptam, competenter sigillatam in presentia mea, et Rodulphi filii mei sufficienter lectam et expositam. Nos vero Wilelmus, Comes Gebennensis, et Alesia Comitissa, uxor mea, et Rodulphus, filius noster primogenitus, cum ceteris filiis nostris, scilicet, Amedeo venerabili viro Episcopo Diensi, Aymone, Cantore Gebennensi, Henrico, Roberto Canonico Viennensi, Wilelmo, Guigone, donationem, concessionem et eleemosynas, fratribus Pomerii ab antecessoribus nostris factas, laudamus et confirmamus, et eisdem concedimus et donamus, sicut eisdem iamdudum concessit Vir Nobilis Wilelmus, Comes quondam Gebennensis, fundator Domus Pomerii et patronus, ut quidquid infra terminos Pomerii de rebus nostris, pratis, terris, nemoribus, hominibus, censibus possessionibus et rebus aliis, vel de feudis nostris acquisiverint vel acquirere potuerint, donatione, emptione, vel alio quocumque modo, iuste et canonice possideant libere et absolute in puram et perpetuam eleemosynam, pro animabus nostris et Antecessorum nostrorum habeant et pacifice teneant et quiete. Insuper prefatis fratribus Pomerii damus et concedimus pro remedio anime Nobilis viri Humberti, fratris nostri, quondam Comitis Gebenn. et animarum nostrarum et antecessorum nostrorum, usum pascuorum per totum Comitatum Gebennensem, salvo iure alterius, cum Domum Pomerii speciali dilectione et privilegio debeamus amplecti, cuius fundatores extiterunt Patres nostri. In cuius rei testimonium Nos, Wilelmus Comes Gebennensis, et Alesia Comitissa, uxor mea, et Rodolphus, filius noster Primogenitus, presentem paginam sigillorum nostrorum impressione duximus roborandam. Actum anno ab Incarnatione Domini MCCLII.

Guichenon, Biblioth. Sebusianæ Centuria II. N°. XIV. Ex archivo ipsius Carthusiæ Pomerii.

310. Willelmi Comitis Gebennensis Testamentum.
1252. Novemb. 9.

Willelmus Comes Gebennensis, infirmitate detentus, mente sanus, condit testamentum: Rodolfum filium suum primogenitum instituit hæredem et successorem, prælegans illi Castrum Gebennense, feodaque Fuciniacensia et de Jaiz etc. Dat. ap. Domenam, V Idus Novembris, A, MCCLII.

*Invent. Comit. Gebenn. Fasc. I. N⁰. **11.***

311. Obitus Willelmi II Comitis Gebennensis. **1252. Nov. 25.**

Novembris VII Kal. *(Decembris)* O...... et Willelmus Comes Gebennensis.

Ex Obituario cœnobii S. Mariæ Habundantiæ, in archivo aulico Taurin. adservato.

VII Kal. *(Decembris)* Item *(obiit)* Willelmus Comes Gebennensis, qui dedit nobis annualiter LX sol.

VI Kal. *(Decembris)* Item *(obiit)* Willelmus Comes Gebennensis, pro cuius anniversario XL sol.

Ex Obituario Ecclesiæ Cathedralis S. Petri Gebennensis.

312. **1252. Mense Decembris.**

Homagium et fidelitas Jacobi Flamens, Petro de Sabaudia facta, de omnibus possessionibus suis in parrochia S. Albani. Act. Mense Decembris A. D. MCCLII.

*Invent. Ducatus Sabaudiæ, Fasciculus XVII. Titulus S. Alban. N⁰. **1**. Zibald. Pingon.*

313. **1252.**

Matrimonium Balduini de Insula, filii et heredis Balduini de Insula, quondam Comitis de Devon, factum per Petrum de Sabaudia. Anno Hen. III. XXXVI°.

*Charta Archivi Turris Lond. Scheda Patent. **36.** Hen III. m. **9.***

314. **1252. Sine die.**

Escaetum honoris Richemundie, de libertate Petri de Sabaudia. Anno Henrici III. XXXVI°.

*Calendar. Inquisit. post mortem sive Escaetarum. **9.***

315. **1252.**

Henricus Rex concedit Petro de Sabaudia liberam Warennam in omnibus dominiis ejus per totam Angliam.

Simul, per aliam Chartam, dat illi Manerium Wendour in Comitatu Buckingham, proveniens a donatione Ingelrami Fenys. Anno Hen. III. XXXVI°.

*Calendar. rotulor. Chartarum. **73. 75.***

316. *Liberi Willelmi, Comitis Gebennensis.*

1253. Jan. 8. Annessiaci.

Renunciatio Amedei Episcopi Diensis, executoris testamenti patris sui Willelmi Comitis Gebennensis de consensu et voluntate Henrici layci, Roberti canonici Vienn. Willelmi et Guigonis, clericorum, filiorum predicti Willelmi Comitis, in favorem Rodolphi Comitis Gebenn. fratris illorum primogeniti, omnium jurum sibi dictisque fratribus competentium in terris a predicto quondam patre eorum possessis in partibus Gratianopolitanis, in Diœcesi Lausannensi et in Comitatu Gebennensi, conditione, quod prædictus Rodolphus solvat debita et legata Willelmi Comitis. Actum Anessiaci in aula comitis, VI Id. Januarii, Anno Dom. MCCL secundo *(Styli paschalis)*. Sigilla. Amedei Episcopi Dyensis, „Alaysie comitisse, Karissime matris mee, que presens fuit Supradictis," Aymonis Domini Fuciniaci, „Agalhe sororis nostre abbatisse de Moyre" Henrici, Roberti, Guillielmi et Guigonis supradictorum.

Invent. Genevois, Fasc. I. N°. 9.

317. *Pontifex Max. ratas habet donationes Wilhelmi Rom. Regis, Thomæ de Sabaudia factas.*

1253. Januarii 28. Perusii.

Innocentius IV P. M. mandat Rodulfo Electo Tarantasiensi, justum essc donum Wulielmi Rom. Regis, Thomæ de Sabaudia Comiti factum, Civitatis Taurinensis: moneat igitur dictus Electus Episcopum et Capitulum Taurini, ut obedientiam præbeant Comiti. Dat. V Kal. Februar. Anno Pontific. Innocentii IV, decimo. Perusii. *Zibaldone Pingonii.*

318. *Inocentius IV ratam habet donationem Civitatis Taurini, a Wilhelmo Rege Thomæ Comiti factam.*

1253. Januarii 28. Perusii.

Innocentii IV, P. M. bulla approbationis et confirmationis, quâ roborat papa donationem Willelmi Rom. Regis, Thomæ de Sabaudia Comiti factam, dominii ad se spectantis, Civitatis et Diœceseos Taurinensis, cum mandato, Episcopo et Capitulo Taurinensibus injuncto, ne permittant ut turbetur vel molestetur dictus Comes Thomas quoquo modo in possessione prædictæ donationis. Dat. Perusii, V Kal. Februarii, Anno X pontificatus Innocentii IV. *Inv. Bull. pap. Fasc. II. N°. 6.*

319. **1253. Januarii 30. Perusii.**

Innocentii IV P. M. bulla confirmatoria donationis Willelmi Rom. Regis, Thomæ de Sabaudia Comiti factæ (die

22. *Maji anni elapsi 1252)* Civitatum, castrornm et locorum, Taurini, Iporegiæ, Montis Calerii, Caburreti, Bruini, Plozasci, Castri veteris, Lancii, Colegii. Montuxolii, et terre Canapitii, cum Jurisdictione, Regalibus, mero et mixto Imperio, et cet. Dat. III Kal. Febr. anno X pontif. nostri. Perusii·

Inv. bullar. pap. Fasc. II. N°. 7.

320. **1253. Februarii 4. Assisio.**

Innocentius IV. P. M. dat Thomæ de Sabaudia propter amorem quem habet pro sorore *(quondam uxoris)* sua, Margarita Comitissa Flandriæ et quem habuit pro Johanna comitissa Flandriæ, quondam uxore sua, sex mille libras, Ita quod propter jura sua in hæreditatem dictæ quondam uxoris suæ, debeautur illi sexaginta millia librarum turonensium, quas debebat Guido, Comes Flandriæ, filius dictæ Margaritæ, comitissæ, cuius Summæ Guido facere debet obligationem. Dat. feria III post purificat. b. Virginis, anno X pontific. Innocentii IV.

Zibaldone Pingonii.

321. **1253. Februarii 9. Perusii.**

Innocentius IV, P. M. confirmat per bullam, donationem a Willelmo Rom. Rege Thomæ de Sabaudia Comiti, et suis hæredibus utriusque Sexus factam, terræ Canapitii. Dat. V Idus Februarii anno X pontificatus Innocentii IV. Perusii.

Zibaldone Pingonii.

322. Sponsiones, Petri de Sabaudia, comitandi Regem Angliæ in Terram Sanctam, et Henrici, Regis Angliæ, de subsidiis pro dicto comitatu, Petro de Sabaudia administrandis. **1253. Aprilis 18.**

Rex omnibus etc. salutem. Sciatis quod dilectus et fidelis noster Petrus de Sabaudia de eundo nobiscum ad Terram Sanctam dedit nobis suas patentes litteras sub hac forma.

Omnibus presentes litteras inspecturis vel audituris Petrus de Sabaudia salutem. Sciatis quod cum Henricus Rex Anglie Karaktere crucis dominice insignitus passagium suum in Terram sanctam stabilierit in festo S. Johannis Baptiste anno Domini M. CC. LVI. nos ad suum beneplacitum prestito corporali juramento, tenore litterarum presentium protestamur et fideliter promittimus, quod cum idem Dominus noster ad terram predictam ibit, nos cum ipso proficiscemur corporaliter, Deo nobis vitam et salutem concedente, et predicto domino nostro Rege subsidium quod nobis promisit, nobis submini-

strante, secundum quod in litteris suis, quas inde habemus, plenius continetur. Nec aliquod aliud negotium scienter assumemus vel attemptabimus, per quod iter nostrum cum domino nostro Rege debeat impediri. In cuius rei testimonium sigillum nostrum etc. Datum London, XIV Kalend. Maji, anno Domini M. CC. LIII.

Nos vero Rex predictus Sigillum, una cum sigillis venerabilis patris W. DEI gratia, Norwicensis Episcopi, J. Mansell, P. Chaceport thesaurarii nostri, magistri Willielmi de Kilkenn' cancellarii nostri, et Johannis prioris de Neuburt capellani nostri et Henrici de Wengham presenti scripto duximus apponendum.

Teste Rege apud Westmonasterium, XVIII die Aprilis.

323. B. Rex omnibus etc. salutem. Sciatis quod cum dilectus et fidelis noster Petrus de Sabaudia, corporali iuramento interposito, per litteras suas se obligasset, quod nobiscum in Terram Sanctam corporaliter proficisceretur: Nos ei ut Rex consecratus fideliter promisimus et presentium tenore obligavimus, quod ei in subsidium hujusmodi peregrinationis dabimus de thesauro nostro decem millia marcarum apud Marsili. Et inveniemus ei ad passagium suum unam navem, victualibus et necessariis munitam, ad custum nostrum. et cum pervenerimus in Terram Sanctam, dabimus eidem ibi viginti dextrarios. Medio autem tempore licebit eidem Petro negotiis suis et amicorum suorum intendere et vacare, et nos ei ad gwerram suam sustinendam et negotia sua interim expedienda, subveniemus, secundum quod in litteris nostris quas inde habet, plenius continetur. In cujus rei testimonium sigillum nostrum etc. Teste Rege apud Westmonasterium XVIII die Aprilis.

324. C. Rex omnibus etc. salutem. Noveritis quod, cum dilectus et fidelis noster Petrus de Sabaudia, ad beneplacitum nostrum, interposito corporali sacramento, per litteras suas patentes, secundum earum continentiam, se nobis obligasset quod, cum in Terram Sanctam iter arripiemus, ipse una nobiscum proficiscetur. Nos ex spontanea voluntate et mera liberalitate nostra ei concessimus, et presentibus litteris nostris nos obligavimus quod ad negotia sua interim expedienda, sibi dabimus quinque millia et quingentas marcas sterlingorum, infra triennium proximum a compositione presentium, preter ea que sibi promisimus per alias litteras nostras quando nobiscum iter arripiet. Ad quarum quidem quinque millium et quingentarum

marcarum solutionem assignavimus. In primis mille libras, quas ad opus suum accepimus de mercatoribus Senen' et Florent. Item mille libras percipiendas infra triennium predictum. a dilecto et fideli nostro Johanne filio Galfridi, iusticiario nostro Hibernie, videlicet singulis annis quingentas marcas in quibus predictus Johannes nobis tenetur pro custodia terre et heredum Theobaldi le Butiller, et maritagio eorumdem heredum. Preterea assignavimus predicto Petro proficuum, quantum attrahere poterimus, de custodia terrarum que fuerunt Geroldi de Prendergest, et de maritagio heredum ipsius Geroldi, qui exierunt de filia Johannis de Cogan, et etiam totum proficuum quod attrahere poterimus de custodia terrarum que fuerunt Roberti filii Ricardi et de maritagio heredum suorum usque ad summam predictam. Et si quid defuerit de solutione summe predictarum quinque millium et quingentarum marcarum, promittimus quod illud sibi perficiemus in wardis vel maritagiis, primo nobis vacaturis, que ille melius duxerit acceptanda. ita quod alteri ea dare vel vendere non debemus, donec predictam summam pecunie sibi perfecerimus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum huic carte apponere iussimus etc. Teste Rege apud Westmonasterium. XVIII die Aprilis, Regni nostri anno tricesimo septimo.

Extant hæc Chartæ tres, in turri Londinensi, inter Pat. XXXVII anni Hen. III. M. 26, 12 et 13. Rymer Acta publica, t. I. 172-173. Ejusdem Foedera, I. 288, 289.

324. a. *Protectorium Beatricis, Viennensis et Albonensis Comitissæ, pro possessionibus mobilibus ac immobilibus Dominæ Alaysiæ, relictæ Guillielmi Comitis Gebennensis, avunculi dictæ Beatricis.* 1253. Aprilis 22.

Nouerint uniuersi presentem paginam inspecturi quod nos Beatrix. Viennensis et Albonensis Comitissa per Nos et amicos nostros recipimus bona fide ut melius et sanius potest intelligi sub nostra custodia. protectione, guidagio et conductu omnia bona sive sint homines siue possessiones mobiles et immobiles ubicunque sint uel possint etiam reperiri ab Aualone inferius usque ad Gratianopolim. que illustris vir bone memorie dominus Guillelmus Comes Gebenn. dilectus noster auunculus legauit. dimisit et assignauit pro dote sua venerabili domine A. quondam uxori sue nostre amite predilecte. promitimus etiam omnia bona predicta custodire defendere et saluare tam ab hominibus quondam dicti Guillelmi Comitis Gebenn. quam ab aliis hominibus uniuersis, et specialiter omnia que habebat

uel habere uidebatur apud montem aymonis in perrochia Sci Mauricii. et in perrochia Sce Agnetis. tam homines quam possessiones eorumdem, et *(illegib)* sua. et *rejnaudos de lancenf.* et omnia bona eorumdem. et petronillam de capella de laticerif et filium suum et omnia bona sua. et apud froges omnia que quondam fuerunt petri de rumilles videl. P. petit et nepotem suum et Guigonem vldrici et nepotem suum. et brunum et uxorem chapa. et filium ejus. et vg de prugnis et Johannem mosner de domeria et molendinum ejus et omnia bona sua. Item omnia illa bona que habebat apud Somers dictus Comes Gebenn. siue homines siue alia essent et lambertum de vilar bonored: et petrum[15] gontardum qui moratur apud domeriam et petrum de pellonay dicte domine Aalasie Comitisse Gebennensis familiarem et nuncium specialem. Hec omnia supradicta bona et si qua sunt alia que non contineantur in ista carta infra dictos terminos constituta. siue sint homines. terre. prata. vinee. molendina. nemora. agagia. census et usagia et omnes redditus cuiuscunque generis sint. promittimus illustri dicte domine Comitisse Gebenn. dilecte amite nostre sicut nostra propria ab omni homine pro toto posse nostro custodire. defendere et saluare. Verumtamen si aliquis vel aliqui de hominibus predicte domine A. Comitisse Gebenn. dilecte amite nostre super aliquo conquererentur comparerent coram Guillelmo de Morestello Vicario dicte domine Comitisse. et si coram ipso possint ius suum habere inhibemus quin super hoc ipsorum pignora modo aliquo capiantur. In cujus rei firmitatem sibi tradidimus hanc cartam sigilli nostri munimine roboratam in testimonium rei geste. Dat. anno domini millesimo ducentesimo L° III°. X Kal. madii.

Appendet Sigillum, in quo conspicitur Beatrix equo insidens: sed perigraphe penitus deleta est.

Ex autentico adservato in Archivo Camerali Taurinensi.

325. **1253. Aprilis 27. Lausannæ.**

Pax inter Johannem Episcopum Lausannensem et Aymonem Dominum Fuciniaci, qua sopita est discordia inter illos hucusque vertens, et compescitur guerra exorta. Promittit Episcopus, se soluturum esse Aymoni triginta millia solidorum Gebennensium vel Lausannensium, et pro dictâ pecuniâ impignorat, specie hypothecæ, omnia temporalia oppidi ac dioeceseos Lausannensis, sub quibusdam reservationibus et conditionibus. Extendit Aymo pacem istam, in personas Petri de Sabaudia

et Rodulphi Comitis Gebennensis. Ratam habent hanc concordiam, Capitula Bisuntinum et Lausanneuse. Appendent instrumento sigilla Episcopi Lausannensis, Aymonis Domini de Fuciniaco, Rodulphi Comitis Gebennensis, et Petri de Sabaudia. Actum Lausanne, in Octava Pasche, A. D. M°. CC°. L°. tertio.

Invent. Bar. Waudi, Fasc. III. sub Tit. Lausannæ, N°. 2. Zibald. et Chron. Pingon. fol. 322.

326. Corroboratio Magnæ Chartæ Angliæ, Petro de Sabaudia cooperante. **1253. Maii 13; vel paulo post. ap. Westmonast.**

Henrici III Regis Angliæ, R. Comitis Norffolkie et Marescalli Angliæ, H. Comitis Herefordiæ et Essex, I. Comitis de Warrewico, Petri de Sabaudia, cæterorumque Magnatum Angliæ, consensus in Sententiam Excommunicationis generaliter latam apud Westmonasterium, XIII die Maji, anno Regni Regis Henrici XXXVII°, in venientes contra libertates contentas in Magna Carta libertatum Angliæ et de Foresta, per quatuordecim Archiepiscopos et Episcopos Regni. — In cuius rei memoriam et in posterum veritatis testimonium, tam dominus Rex, quam predicti Comites ad instantiam aliorum magnatum et populi, presenti scripto sigilla sua apposuerunt.

Rymer, acta publ. I. I. 173b Ejusd. Foedera I. 290.

327. Protectorium Amedei Comitis pro domo b. Jorii juxta Duyn.

Sine dato. verisim. Amedeo IV Comiti adscribenda Charta.

Noverint universi etc. quod Dom. Amedeus Comes Sabaudie et in Italia Marchio, recepit in sua custodia et protectione domum b. Jorii stautem juxta castrum de Duyn. etc. pro qua custodia et hac defensione Domus predicta debet reddere Domino A. Comiti quinque solidos annuatim.

Guichenon Pr. 35.

328. **1253. Maii. 22. In Monte Meliano.**

Thomas de Sabaudia Comes, pollicetur Cæciliæ Comitissæ, uxori fratris sui Amedei Comitis, se observaturum fore donationem a dicto Amedeo factam dictæ Cæciliæ, reddituum Castrorum Montis Meliani et Rupellæ. Act. XI Kal. Junii 1253. ap. Montem Melianum.

Inv Sabaud. Tit. Montis Meliani, Fasc. XV. N°. 1.

329. **1253. Maji 24. Montemeliano.**

Testamentum Amedei IV Comitis Sabaudiæ, sani mente et bonæ memoriæ, licet ægri corporis. Hæres universalis, Bonifacius filius suus, sub tutela Thomæ Comitis. Si contigerit

Bonifacio decedere sine descendente masculo, succedat illi dictus Thomas, sibi substitutus, et hæredes eius masculi. Hæredes particulares constituuntur, ut in priore testemento, filiæ Amedei Comtis, videl. Marchionissæ Beatrix Salutiarum et Margaretha Montisferrati. Legatur Cæciliæ Comitissæ castrum Montis Meliani ad dies vitæ ejus; eligit tumulum suum in coemeterio Abbatiæ Altæcumbæ, ubi instituit anniversarium suum. Legata destinat pluribus ædibus sanctis. *(Nulla mentio destinationis ad vitam sanctimonialem filiæ Comitis natu minimæ, Beatricis minoris.)* Actum ap. Montem Melianum in Camera bassa Comitis, IX Kal. Junii, A°. MCCLIII.

Invent. Testam. Com. et Princip. Sab. Fasc. I. N°. 6.

330. Donatio Amedei IV Castri Montis Meliani uxori suæ Cæciliæ **1253. Maji 24. ap Montem Melianum.**

Amadeus Comes Sabaudiæ donat Cæciliæ Comitissæ, conjugi suæ, ad dies vitæ ejus naturalis, Castrum Montis Meliani, Rupellam, et Terram Tarantasiæ, conditione, ul servat secum Bonifacium, filium ex matrimonio eorum procreatum IX Kal. Junii, A. D. MCCLIII°. ap. Montem Melianum.

Matrim. Princ. Sab Fasc. II. Mas. Amedei et Cæciliæ N. 3.

331. Amedei IV Comitis Sabaudiæ Codicillum.
1253. Maji 28. in Monte Meliano.

Mente sanus et bonæ memoriæ licet æger corporis, ad instantiam Cæciliæ uxoris suæ, dat Beatrici juniori, filiæ suæ e Cæcilia prognatæ, centum solidos forenses censuales, præsumens illam intraturam Coenobium Bituminis. Actum die Mercurii, IIII Kal. Junii, Anno domini MCCLIII. Indictione XI. sine loco *(sed sine dubio ap. Montem Melianum.)* E transsumpto Anselmi Maurianensis et Falconis, Gratianopolitani Episcoporum, facto apud Montem Melianum die Veneris post Barnabæ (Junii 14.) 1263, ad requisitionem Petri Comitis de Sabaudia. (Incidit dies IIII Kal. Junii anni 1253 in diem Jovis: fallit ergo transsumptum in determinatione diei, et legatur verisimillime: die Mercurii, quinto Kal. Junii.

Testam. de Princ. di Sav. Fasc. I. N⁰. 6.

332. **1253. Junii 8. Monte Meliano.**

Ultimum Codicillum Amedei Comitis, confirmans et iterans donationes Cæciliæ uxori suæ factas, castri Montis Meliani et Rupeculæ. Datum apud Montem Melianum, VI Idus Junii, A. D. M°. CC°. LIII°. *Zibald. Pingon.*

333. **1253. Mense Junio.**

Amadeus Comes Sabaudiæ mandat nobilibus de Rogomont de Balma et de Combrion ut homagium faciant Philippo fratri ipsius, Electo Lugdunensi de feudis quondam Stephani domini du Villard. *Zibald. Pingonii.*

334. **1253. Julii 2. ap. Southwark.**

Henrici Regis, in Wasconiam transfretaturi, provisiones factæ de regimine Regni, in absentia ipsius, quod tradit Reginæ Alienoræ, uxori suæ. Et legitur: Hec littera liberata est P. de Sabaudia, per manus H. de Wengham. Apud Suwic, 2. die Julii, anno Hen. III. XXXVII.

Rymer, Act. I. I. 174a. Ejus foedera, I 291.

335. *Henricus III Rex Angliæ assignat Thomæ de Sabaudia quingentas marcas per annum.*

1253. Julii 12. ap. Windles' (Windsor).

Rex dilecto et fideli suo Hugoni le Bigod, salutem. Sciatis qnod assignavimus vos ad reddendum, singulis annis dilecto et fideli nostro Thome de Sabaudia, vel ejus certo attornato, ad scaccarium nostrum vel apud novum Templum London' quingentas Marcas de Septingentis marcis, quas nobis redditis per annum ad predictum scaccarium de fine quem Johanna Wak, uxor vestra fecit nobiscum pro custodia terre et heredis Hugonis Wake et maritagio ejusdem heredis et pro seipsa maritanda cui vellet, quamdiu finis ille duraverit pro annuo feodo suo quingentarum marcarum, quod ei concessimus percipiendum, donec ei in Wardis vel Escaetis nostris in quingentis marcis terre providerimus. Et ideo vobis mandamus, quod eidem Comiti, vel ejus certo Attornato predictas quingentas marcas de Septingentis marcis singulis annis liberatis, sicut predictum est. In cujus rei testimonium etc. Teste Rege apud Windles' XII die Julii, anno XXXVII regni nostri.

Rymer, acta publ. I. I 174b, foedera, I. 291. In turri Londin. Pat. XXXVII Hen. III. N°. 21

336. **1253. Julii 13. Augustæ (Prætoriæ).**

Thomas de Sabaudia Comes, remittit Jacobo de Quart et Sociis eius, damna sibi illata in dirutionr domorum Aymonis Vicecomitis Augustani, Bozonis, Gotofredi et Petri Præpositi et Vicedomini Augustæ, infra terminos banni civitatis Augustanæ. Dat. ap. Augustam Prætoriam, III Id. Julii A. D. M. CC. LIII.

Inv. Duc. Augustæ, Fasc. I. N°. 15.

337. *Obitus et Sepultura Amedei IV, Comitis Sabaudiæ.* **1253. Julii 13. Altæcumbæ.**

Anno M. CC. LIII. III. Idus Julii sepultus hic fuit inclite recordationis et famosissimus Vir Dominus Amedeus D. G. Comes Sabaudie.

Epitaphium Amedei Comitis in Abb. Altæcumbæ, ap. Guichenon, I. 271.

Anno Domini MCCLIII. tertio idus Aprilis sepultus hic fuit *in obitu recordationis,* ac famosissimus vir dominus Amedeus septimus comes Sabaudie. Requiescat in pace. Amen.

Chronica Abcatiæ Altæcumbæ, in monum. hist. pat. Scriptores I. Col. 673

Errorem Chronici in die Sepulturæ, probat novissimum Codicillum Comitis Amedei, conditum, quarto Kalendas Junii, Anno 1253, Indict. XI.

338. *Consensus Henrici Regis connubio prolocuto filii Willelmi de Vescy præbitus.* **1253. Julii 26. Portesmue.**

Rex omnibus etc. salutem. Cum de assensu nostro et in presencia nostra sit prolocutum inter dil. et fid. nostros Petrum de Sabaudia et Willelmum de Vescy, et fide media utrobique firmatum quod primogenitus filius et heres ejusdem Willelmi, vel si de ipso filio humaniter contingat, propinquior heres ejusdem Willelmi ducet in uxorem unam de filiabus domini de Camera vel vicarii Augustensis, prout dilecta consors et regina nostra, et dominus Petrus providerint. Concedimus eidem Petro pro nobis et heredibus nostris quod si de predicto Willelmo antequam dictum maritagium modo predicto fuerit consummatum humaniter contingat. Idem Petrus vel assignatus suus habeant maritagium propinquioris heredis ipsius Willelmi maritandi uni predictarum filiarum sicut predictum est. Salva nobis et heredibus nostris custodia terrarum ejusdem Willelmi heredibus suis infra etate existentibus. In cujus rei testimonium etc. Teste Rege apud Portesm. XXVI die Julii. Anni regni nostri XXXVII°.

E Rotulo patentium ad annum 37 regni Hen. III. 3. Calend. rotul. patentium p. 25a

339. *Confirmatio privilegiorum Civitatis Augustæ.* **1253. Augusti 24. Augustæ.**

Thomas de Sabaudia Comes iterat et confirmat chartam libertatum et privilegiorum a patre suo Thoma, quondam Comite Maurianæ et Marchione in Italia, Valli et Civitati Augustæ

concessam, cum promissione specialiter expressa, quod nunquam liceat onerare habitatores dictarum vallis et civitatis, talliis seu impositionibus insolitis contra voluntatem illorum. Actum Augustæ, Anno MCCLIII Indictione undecima, nono Kalendas Septembris.

Mon. hist. pat. Legum municip. I. 33. Docum. Mon. e Sig. 82. Inv Duc. Augustani, Fasc. I. N°. 16.

340. **1253. October 1.**

Testamentum Beatrisiæ, uxoris Thomæ de Sabaudia Comitis: instituit hæredem universalem monasterium S. Justi, Secusiæ, Dat. Kalend. Octobris, A. D. MCCLIII°.

Zibaldone Pingonii.

341. Custodia terrarum Willelmi de Vescy defuncti, collata a Henrico Rege, Petro de Sabaudia.

1253. Octobris 7. In Castris ante Benanges.

Henricus R. Regine Anglie. Cum nuper apud Portesmue de assensu et voluntate nostra, prolocutum esset matrimonium et firmatum inter filium et heredem Willelmi de Vescy, et alteram consanguinearum Petri de Sabaudia et idem Willelmus iam in fata decesserit: nolentes quod terre et tenementa predicti heredis ad manus alicujus devenirent, qui ea destrueret aut vastaret, rex vult et mandat domine regine quod predictas terras et tenementa extendi faciat: et cum de extenta illa certa fuerit, custodiam terrarum et tenementorum pred. heredis, nomine regis dimittat dicto Petro pro tanto, quantum ab alio habere poterit pro custodia predicta. Et quia sibi dederat in mandatis quod de wardis regis faceret commodum suum, noluit de ipsis aliquid facere, sine assensu et consilio suo. In castris ante Benanges, VII die Oct. anno Hen. III XXXVII.

342. Ejusdem negotii, Litteræ Henrici Regis, fratri suo Comiti Ricardo perscriptæ.

Consimiles litteras habuit Comes Ricardus, et per eadem verba scripsit Rex per litteras patentes dne. regine et comiti Ricardo. Teste Rege in castris ante Benanges VII. die Octobris, anno regni H. Regis XXXVII°.

Iteratum est mandatum, et eodem modo, dne. Regine et Ricardo Com. Cornubiensi, quod Waltero de Bathon vel Stephano de Feugeres seisinam pred. custodie nomine suo habere faciant. Teste Rege. Ap. Vasatas, XV die decembr. A. XXXVIII°. Hen. III.

Docum. inedits sur l'hist. de France. Lettres des Rois et Reines d'Angleterre et de France, par Champollion. I. 107.

343. **1253. Novembris 12. Lincoln.**

Placitum coram Dom. Rege in crastino Sancti Martini Anno XXXVIII° (Henrici Regis) Lincoln. Dns. Rex per Laur. de Brok qui et cet. petiit versus Nicholaum de Lunderthorp: custodiam Willelmi filii et heredis Roberti de Horbling: que ad ipsum Dom. Regem pertinet eo quod ipse Robt: de Horbling: tenuit de Dom°. Rege per servitium militare, etc. Et predictus Nichol. alias vocat ad warantiam Willelmum filium Willelmi Longespade, qui modo venit per summonitionem et ei warandit. Et dicit quod non debet Dno Regi ad hoc breve respondere quia dicit quod Dns. Rex ante mortem predicti Roberti de Horbling: attornavit Petro de Sabaud: totum servicium et homagium ipsius Roberti ita quod dictus Petrus fuit in seisina de homagio et servicio ipsius Roberti et eciam post mortem ejusdem Roberti dictus Petrus seisivit totum tenementum ipsius Roberti in manum suam. Et sicut Dns Rex totum servicium ipsius Roberti et homagium dicto Petro assignavit et nichil sibi retinuit nec in homagio nec in servicio cuius pretextu dicta custodia poterit ad dictum Regem pertinere petiit judicium si debeat Dno Regi ad hoc breve respondere Et Laur. non potest hoc dedicere Et bene concedit quod dictus Petrus de Sabaud. habere possit accionem versus eum de predicta custodia si versus eum inde loqui voluerit ita quod calumpniari non possit quod dictus Petrus hucusque seisinam non habuit de corpore vel custodia alicuius antecessorum ipsius Roberti. Et Laur. qui sequitur pro Rege dicto quod quodcumque feofamentum carta vel donum Dns Rex fecisset Petro de Sabaud. de homagio predicti Roberti idem Dns Rex semper fuit in seisina de homagio et servicio suo usque ad mortem suam. Et quod hoc sit verum *pon. se super priam* ideo preceptum est vic: quod ven. factum est coram H. de Bath.

Abbreviatio Placitorum p. 134 et 135. In chartariis, dictis Records of the Tower.

344. **1253. Novembris 24. Neapoli.**

Innocentii IV P. M. bulla in gratiam Agnetis, dominæ Fuciniaci, uxoris Domini Petri de Sabaudia, quâ donatur dictæ Agneti decursus decimarum in terra Fuciniacensi. Dat. Neapoli, VIII Kal. Decembris, anno pontificatus. Innocentii IV undecimo.

Inv. bullar. pap. Fasc. II. N°. 23.

345. *Escaberg Sylva, Margarethæ Comitissæ de Kyburg assignata.* **1253. December 2. Kyburg.**

Hartmannus Senior, Comes de Kyburg, assentiente Hartmanno Juniore Comite, fratris sui filio, assignat Margarethæ Sabaudicæ, conjugi suæ, titulo dotis, sylvam in Escaberg. Appendent Sigilla utriusque Hartmanni. Datum Kyburg, IV Nonas Decembris.

Inv. Matrimon. Princip. Sabaud. Matrim. Margarethæ c. Hartm. de Kyb. Fasc. I. N°. 18.

346. *Concessiones regis Henrici III. P. de Sabaudia factæ.* **1253.**

Concessio Regis Henrici Petro de Sabaudia facta, de terra Pevensey, a porta castri versus austrum usque ad molendinum Abbatis de Begham ex parte occidentali de Westham et inde etc. cum libera warenna in Comitatu Sussex. Anno, XXXVII regni Henrici III.

Calendarium rotulor. Chartarum. 78. Arch. Lond. 1253.

Concedit Henricus Angliæ Rex, Petro de Sabaudia manerium de Bassingburn, mercatum et feriam. Anno eodem.

Calend. Rot. Chartar. 78-80. ad tit. Cantabrigiæ. XXXVII. Hen. III.

347. **1253.**

Rex Henricus concedit Petro de Sabaudia quingentas libras sibi debitas a J. Fitz-Geoffrey Justitiario Hiberniæ pro Custodia terrarum et hæredum Theobaldi le Butiller.

Arch. Turr. Londin. anni 37 Hen. III. m. 8.

348. **1253.**

Henricus Rex Angliæ concedit Petro de Sabaudia Custodiam terrarum quondam Geroldi de Prendergast, in Hibernia sitarum, cum matrimonio hæredis ejus.

Item, concedit eidem Petro custodiam terrarum quondam Roberti Fitz-Richard, in Hibernia sitarum.

Ex archiv. Turris Londin. Pat. 37 anni Hen. III. M. 6 Epitome a domino Franc. Pallgrave communicata.

349. **1253.**

Concedit Henricus Rex Angliæ, Petro de Sabaudia, quod, si nasceretur illi hæres masculus e conjuge sua legitima, competat dicto Petro conferre custodiam terrarum suarum et ipsius

hæredis cuicunque sibi placuerit. Act. anno tricesimo septimo Henrici Regis.

Ex archivo Turris Londin. in ms. transmissa Epitome. Pat. 37. Hen. III. m. 2. Calend. rotul. pat. p. 25a.

350. 1253.

Henrici Regis Angliæ, litteræ protectoriæ in gratiam Petri de Sabaudia, donec commoraret dictus Petrus in partibus forensibus.

Aliud protectorium ejusdem Regis pro eodem Petro, donec staret cum ipso, et suis stipendiis, in Gasconia.

Ex arch. Turris Londin. pat. 37 anni Henr. III m. 8 et m. 11 d. Ex epitome Mspta.

351. *Placitum coram Consilio domini Regis.*
1254. Januarii 20. Lincoln.

Prior de Semplingham *attach.* fuit ad respondere ballivis Petri de Sabaudia de placito quare postquam Dns Rex suscepit in protectionem suam homines terras res redditus et omnes possessiones ipsius Petri usque ad reditum suum a Wasconia noctanter asportari fecit fena a pratis ipsius Petri de Ledenham contra pacem etc. et contra formam protectionis etc. Et prior per attornatum suum venit et dicit quod pratum illud a quo fena illa asportabantur est de feodo ipsius Petri et quod illud emit Et concedit pratum illud predicto Petro et illud ei reddit et concedit quod satisfaciet ei de asportatione predicti feni Ideo predictus Petrus habeat seisinam suam. Act. Lincoln iu octaba S. Hyllarii, Anno XXXVIII°. (Henrici III.)

Abbreviatio placitorum P. 137-138. rot. 2. Inter acta publica turris Londinensis.

352. *Foedus inter Reges Angliæ et Castellæ.*
1254. Februarii 8°. Vesac (Bazas).

Henricus Angliæ Rex confirmat foedus, quod firmaverant nomine suo, cum Alphonso, Castellæ Rege, P. Episcopus Hereford. et Johannes Maunsell, Præpositus Beverlacensis, quo pacto spondet Rex Angliæ juvare illum de Castella contra omnes ipsius inimicos, excepta modo S. Ecclesia Romana: e contra, spondetur connubium Eduardi, Primogeniti Henrici, cum Alienora, Sorore Alphonsi; et Beatricis, Henrici filiæ, cum uno fratrum Alphonsi, quem illorum eliget dictus Alphonsus. Promittit Henricus Rex integrare omnia damna, Gastoni de Bierre et aliis Vasallis Regis Castellæ illata, et meliorare illa, nec non remittere eis omnes querimonias, quas habet contra illos: spon-

dentur et aliæ plures conditiones pacis et foederis. Teste Henrico Rege, Vesac, octavo die Februarii, regni ejus anno XXXVIII.

Matth. Paris, Additam. pag. 196.

353. Henricus III tradit Edwardo, primogenito suo, Hiberniam. **1254. Februarii 14. ap. Vasatum.**

Henricus Angliæ rex notum facit, se tradidisse Edwardo primogenito suo, Insulam Hiberniæ cum multis aliis bonis in Wallia et Anglia, et cum Insulis circumjacentibus Testibus: Petro Hereford. Episcopo, I. de Plessel, Comite Warwicensi, Galfrido de Lezignan et Willielmo de Valencia, fratribus Regis, Petro de Sabaudia, Johanne Maunsell Præposito Beverlacensi, I. Priore de Novo Burgo, Capellano Regis, Willielmo de Gray, Willielmo de Chaeny, Nicholao de Sancto Maur, Willielmo Gerun et aliis. Datum per manum nostram apud Vasatum, XIV die Februarii anno regni nostri XXXVIII.

Rymer I. 1. 178a. Fœdera, I. 297.

354. Henrici Angliæ Regis litteræ Petro de Sabaudia perscriptæ, de terris Edwardo Regis primogenito traditis. **1254. Februarii 14. apud Vasatum**

Henricus, D. G. Rex Anglie, dominus Hibernie dux Normannie et Aquitanie, et comes Andegavie, dil. et fid. suo Petro de Sabaudia. Sciatis quod dedimus et concessimus per cartam nostram, Edwardo filio nostro primogenito et heredi, omnes terras que fuerunt comitisse Augii in Anglia cum omnibus pertinentiis suis: tenendas et habendas cum omnibus pertinentiis sibi et heredibus suis in perpetuum. Et ideo vobis mandamus quod, omni occasione et dilatione remotis dicto Edwardo, vel certo ejus attornato has litteras deferenti plenam seisinam predictarum terrarum cum omnibus pertinentiis suis habere faciatis. In cuius rei testimonium etc. Teste meipso apud Vasatum, XIV die Februarii, anno regni nostri tricesimo octavo.

Rymer I. 1. 178a Foedera I. 297.

355. **1254. Februarii 28.**

Petrus, dictus Selidor, domicellus, impignorat Petro de Sabaudia, pro sex libris Lausannensibus, omnia bona quæ habuit in parrocchia de Villa. Die Sabbathi post festum sancti Petri in Kathedra, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio. *(Styli paschalis seu incarnationalis.)*

Invent. Waud. Fasc. I. Conv. Copiar. Chart. N°. 21.

356. *Circa custodiam terrarum W. de Vescy, P. de Sabaudia commissam.* **1254. Martii 2. Windesor.**

Rex extensis terris que fuerunt Willelmi de Vescy assignavit Agneti, que fuit vxor ejusdem Willelmi, in dotem maneria de Meanton et Langeton cum pertinenciis in Comitatu Eborum et manerium de Tuggehale cum pertinenciis in comitatu Northumberland, salvo Petro de Sabaudia, cui custodiam aliarum terrarum que fuerunt predicti Willelmi usque ad legitimam etatem heredis ejusdem Willelmi, Rex concesserat: atque VII lib. et XII Sol. percipiendos ad annum, per manum ballivorum ipsius Agnetis de predicto manerio de Langeton etc. Teste A. Regina et R. Comite ap. Windesor II die Marcij. 38 Hen. III.

Excerpta e Rotulis finium II. 181, Arch. turr. Lond.

357. *Concessio regni Siciliæ, nomine Papæ, facta Edmundo, filio secundogenito Regis Angliæ.*

1254. Martii 14. Vindocini *(Vincennes?)*

Excellenti viro domino Edmundo nato dni H. Regis Anglie illustri, Albertus, dom. Pape notarius, apost. sedis legatus salutem etc. Ut sincera et inconcussa devotio, quam dom. H. Rex Anglie, ill. pater vester habet ad Romanam Ecclesiam etc. etc. vosque insigniat fastigio regie dignitatis, de speciali auctoritate et mandato domini Pape, facto nobis de suorum fratrum consilio et assensu, vobis et heredibus vestris regnum Sicilie et totam terram que est citra Farum usque ad confinia terrarum Ecclesie cum omnibus juribus honoribus districtibus et pertinentiis suis, excepta civitate Beneventana cum ipsius iuribus et pertinentiis universis, in feudum concedimus, salvis libertatibus et immunitatibus ecclesiarum predictorum regni et terre, tam in electionibus, quam in aliis pertinentibus ad easdem. Super conditionibus vero, que pertinent ad idem negotium apponendis, venerabilium patrum dominorum O. St. Adriani diaconi cardinalis, Phy. electi Lugdunensis, et episcopi Hereforden. et nob. virorum dominorum T. dc Sabaudia comitis, et P. fratris eius, nec non proborum virorum dnor. Johannis Maunsel, prepositi Beverlac. et Petri Cachaport, archidiaconi Wellen. et nostro arbitrio prout vos et predictus dom. Rex acceptastis, stabitur hinc et inde. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam has litteras fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Dat. Vindocin' anno dom. M. CC. L. tertio, pridie Id. Martii, pontif. dom. Innocentii PP. IV anno undecimo. *(Styli paschalis.)*

Rymer I. I. 175a. b. Foedera I. 297.

358. **1254. Martii 24. Wintoniæ.**

Alienora Angliæ Regina et Ricardus Comes Cornubiæ, rectores Regni, infeodant Ebuloni de Montibus, manerium de Putteney. Act. ap. Winton', die 24 Mens. Martii, A. Hen. III. 38°.
Excerpta e rotulis finium II. 188. Arch. Londin.

359. **1254. Martii 31. Toleti.**

Fœdus Henrici, Angliæ Regis, cum Alfonso Castellæ Rege, quo pacto cedit Rex Castellæ Regi Anglia omnia jura sua in Vasconia: transigentibus, nomine Henrici Regis, potestate sua ad hoc investitis, P. Episcopo Herefordensi, et Johanne Maunsell, Præposito Beverlacensi. Facta apud Toletum pridie Kalend. Aprilis, æra *(hispanica)* millesima ducentesima nonagesima secunda. *Rymer I. I. 178. Fœdera I. 297.*

360. **1256. Aprilis 27.**

Bermundus de Monte Joveto recognoscit sub titulo feudi, a domino Petro de Sabaudia, pedagium suum de Monte Joveto. Actum, V Kal. Maii, A. D. MCCLIIII.
Ind. Augustanus. Inv. Waud. Fasc. I. Conv. 3. N°. 15.

361. *Confirmatio donationis Regni Siciliæ, facta Edmundo, filio Henrici Regis, a Papa Innocentio IV.*
1254. Maji, 14. Assisii.

Innocentii IV P. M. bulla confirmatoria donationis primæ, factæ de regno Siciliæ, tenore litterarum a Magistro Alberto datarum de eadem donatione, et in hac bulla verbotenus transscriptarum, cum nominibus illorum, quorum arbitrio stabitur super conditionibus, videlicet, O. Sancti Adriani diaconi Cardinalis, Philippi, electi Lugdunensis, Episcopi Herefordensis, Thomæ de Sabaudia Comitis. Petri de Sabaudia, Johannis Maunsell Præpositi Beverlac. Petri Cachaport Archidiaconi Wellensis, et ipsius Magistri Alberti, notarii domini Papæ. Continet etiam hæc bulla novam concessionem prædicti regni Siciliæ factam, Edmundo, filio secundogenito Regis Angliæ, in feudum sedis Apostolicæ. Data Assisii, II Idus Maji, pontificatus Innocentii Papæ anno undecimo.
Rymer I. I. 181, 182. Foedera I. 301.

362. *Innocentii IV. P. M. Breve ad Petrum de Sabaudia directum.* **1254. Maji 22. Assisii.**

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Petro de Sabaudia, salutem et apostol. benedictionem. Cum ad negotium quod carissimus in Christo filius noster.

Rex Anglie illustris in persona Karissimi in Christo filii nostri Edmundi Regis Sicilie illustris, nati ejus, nepotis tui, assumpsisse dinoscitur prosequendum potenter et viriliter, prout decet tantum principem, multa sit pecunia oportuna, eundem Regem Anglie rogandum duximus attentius et hortandum in remissionem ei peccaminum, districtius imponentes, ut ab omnibus expensis, tam piis (cum ipsius negotii prosecutio superet omnia opera pietatis) quam aliis (exceptis dumtaxat necessariis que quoquo modo vitari non possunt) cohibeat de cetero penitus manus suas. Sciturus pro certo quod nisi ab hiis refrenaverit se, omnino credere non possumus quod habeat animum predictum negotium prosequendi. Quocirca nobilitatem tuam duximus attente rogandum, per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus eundem Regem ad id sepe sepius sollicitis exortationibus, secundum datam tibi a Deo prudentiam, ex parte nostra, moneas attentius, et inducas. Dat. Assisii, undecimo Kal. Junii, pontificatus nostri anno undecimo.

Rymer I. I. 183a. b. I. 303.

363. **1254. Maji 31. Assisii.**

Innocentius IV P. M. per bullam confirmat donationem ab Edmundo, Henrici Angliæ Regis filio factam Thomæ de Sabaudia Comiti, scil. principatùs Capuæ, quam fecerat dictus Edmundus, assumens, et a Papa accipiens, titulum Regis Siciliæ. Dat. Assisii, pridie Kal. Junii anno pontificatus Innocentii IV. undecimo. *Inv. Bullar. papal. Fasc. II. N°. 26.*

364. **1254. Maji 31. Assisii.**

Innocentii IV bulla ad Henricum regem Angliæ, quâ, introitu, dissuadere tentat eum a petitione sua, ut commutetur votum illius cum cruce assumptum, proficisci ad terram Sanctam, in expeditionem ad expugnationem regni Siciliæ, dati per papam Edmundo, filio suo. Ut facilem designat Papa istam expugnationem, mortuo Conrado filio Friderici quond. Imperatoris, et eo leviorem expeditionem contra Terram Sanctam, quam eo minus censet omittendam. In fine vero scribit: „Attamen, si omnino tibi commutatio ista placuerit annuentes votis „tuis, quantum cum DEO poterimus in hac parte.“ Nominantur in bulla missi Regis ad Papam, ad hoc negotium, Thomas de Sabaudia Comes, G. de Rossillon archidiaconus Lugdunensis, et Johannes de Amblion' cappellanus Pontificis. Data Asisii, II Kal. Junii, pontificatus Innocentii anno undecimo.

Rymer I. I. 184. Foed. I. 304.

365. **1254. Mense Majo.**

Willelme de Waleres reconnoit les droits et usages de ses hommes a Waleres et Saint Christophle, selon les mandemens de illustre Pierre de Savoye.

Inv. Waudense, Fasc. I. Convol. II. Ch. 21. Chartula gallica.

366. **1254. Junii 5. Kyburg.**

Concambium transactum inter Hartmannum seniorem Comitem de Kyburg, et Abbatem S. Johannis in Toggenburg: scil. concedit Hartmannus Comes Margaritæ uxori suæ Castrum de Moseburg, quod erat feudum dicti Abbatis; abbati vero tradit pro solutione feudi, prædium in Wizenanc, a Margareta Comitissa antea de suis nummis emptum. Pendent Sigilla amborum Comitum de Kyburg, Hartmanni Senioris et Hartmanni Junioris. Non. Junii. Anno Dom. MCCLIII.

Index matrimonii Margarethæ de Sabaudia cum Hartmanno Com. de Kyburg, Fasc. I. N°. 13.

367. **1254. Jun. 5.**

Beatrix, Thomæ Comitis uxor, confirmat Testamentum suum, anno priore conditum, in quo instituerat hæredem universalem, Abbatiam S. Justi Secusiæ, iteratque hanc institutionem. *Zibald. Pingon.*

368. **1254. Junii 9. Anagniæ.**

Innocentii IV. P. M. Breve ad Thomam de Sabaudia Com. spectans ad varia negotia, cum admonestatione, ut mittat sibi legatum, ne vero patiatur ut videantur litteræ, ad Principatum Capuæ spectantes, antequam intraverit Sabaudiam cum exercitu ad expugnandum regnum Siciliæ destinato. Act. Anagniæ, V Idus Junii, Anno Pontificatus Innocentii IV, undecimo.

Inv. bull. papal. Fasc. II. N°. 27.

369. Furnus de Thierrens, infeodatus P. de Sabaudia.

1254. Junii 30. Lausannæ.

Petrus Canonicus S. Marii Lausannensis, Obedientiarius de Tyerens, de consensu Capituli S. Marii, invadiat furnum suum de Tyerrens, P. de Granczon ad vtilitatem P. de Sabaudia pro triginta Solidis Lausannensibus. Actum Lausanne, pridie Kal. Julii A. D. MCCLIIII.

Invent. chart. Waudens. Fasc. I. Convol. II. Chart. N°. 50.

370. Assignatio dotis Alienoræ Castilianæ, sponsæ Edwardi, primogeniti Regis Angliæ.

1254. Julii 20. ap. S. Macarium.

Edwardi, Regis Angliæ primogeniti, assignatio dotis sponsæ illius, Alienoræ, sororis Alphonsi Regis Castellæ, in castris et villis de Tikhull, de Stamford, de Grantham et Peck. Apponunt Sigilla, Rex et ipse Edwardus, testibus, Petro Hereford. Episcopo, Guidone et Galfrido de Lezignan et Willielmo de Valencia avunculis Edwardi, Petro de Sabaudia avunculo ejusdem, I. de Plesset, Comite Warwic. Johanne Maunsel Præposito Beverlacensi, Rodulpho filio Nicholai, senescalco Regis. Ricardo, Johanne et Willielmo de Gray fratribus, et aliis. Dat. ap. S. Macarium, vicesimo die Julii, A°. Dom. M. CC. L. quinto.

Rymer I. I. 184b.

371. **1254. Julii 29. Assisii.**

Innocentii IV P. M. Bulla confirmatoria pacti inter Thomam de Sabaudia Comitem ex una parte, et Margaretham Flandriæ Comitissam, Guidonemque filium ejus ex altera, quo pacto obligant sese dicta Margaretha et Guido erga Thomam ad solutionem sexaginta millium florenorum, pro redemtione cessionis, Thomæ factæ per defunctam illius uxorem Johannam, Flandriæ quondam Comitissam, et sororem prædictæ Margarethæ. Data Assisii, IV Kal. Augusti, Pontificatus Innocentii IV anno duodecimo.

Inv. bullarum papal. Fasc. II. N°. 28.

372. **1254. Septemb. 9. in Castris de Keyal.**

Henrici Regis Angliæ mandatum majori et probis hominibus de Baïona, ut arrestari faciant et custodiri, omnia bona et catalla Gastonis de Byaru, quæ inveniri poterunt in potestate eorum, donec a Rege aliud habuerint in mandato. Et hoc de consilio Galfridi de Bello Campo. Datum in Castris de Keyal, die nona Septembris, anno Henrici Regis XXXVIII.

Rymer I. I. 185. Foedera I. 306.

373. Concessio principatus Capuæ, Thomæ de Sabaudia facta.

1254. Octobris 3. Burdegaliæ.

Rex archiepiscopis etc. et omnibus aliis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem. Cum Edmundus, Dei gratia Sicilie Rex, natus noster de assensu et voluntate nostra dederit et concesserit per cartam suam, dilecto avunculo nostro Thome de Sabaudia comiti, pro homagio et servitio suo, prin-

cipatum Capue cum omnibus apendiciis et pertinentiis suis, cum omnibus honoribus iuribus et exactionibus, et cum omnibus aliis libertatibus et liberis consuetudinibus, ad principatum illum pertinentibus, sine aliquo retinemento, dicto Thome, et heredibus suis utriusque sexus imperpetuum possidendum: Nos donationem et concessionem illam ratam habentes et gratam, similiter concedimus et confirmamus, sicut in carta predicta plenius et evidentius continetur. Hiis testibus: Petro de Hereford episcopo. Petro de Sabaudia. Petro Chaceport archidiacono Wellensi: Henrico de Wengham decano S. Martini magni Londonii. Radulpho filio Nicholai, Ricardo de Gray. Roberto Walerand senescallo nostro, et aliis. Ad horum omnium et singulorum evidentem memoriam et robur irrevocabile imposterum valiturum presenti carte sigillum nostrum quo utimur in Wasconia, duximus apponendum. Dat. per manum nostram apud Burdegalinm, III die Octobr. anno regni nostri XXX°. VIII°.

Rymer I. I. 187b. Foedera. 308.

374. *Thomas de Sabaudia, de Comitatu Capuæ infeodatus.* **1254. Octobris 9. Sine indicat. loci. Sed haud dubie, Burdegalæ.**

Edmundus, Henrici Angliæ filius secundo genitus, a Papa de regno Siciliæ citra Pharum infeodatus, infeodat Thomam de Sabaudia Comitem de principatu Capuæ. Testibus Petro Chaceport archidiacono Wellensi, Henrico de Wingham, decano Sancti Martini Londoniensis, Rado: filii Nicholai, Ricardo de Gray, Johanne de Grey, Roberto Walerand, senescallo Regis Angliæ. Act. in festo b. Dionysii anno M. CC. LIIII.

Inv. Chart. ad Principes Sanguinis spectantium, Fasc. I. N°. 6.

375. **1254. Octobris 11. ap. Burdegalium.**

Quatuor confirmationes Henrici Regis Angliæ, donationum et concessionum prins factarum Edwardo, primogenito suo, occasione connubii ejus cum Alienora, sorore regis Castellæ, his testibus:

Venerabili patre Petro, Herefordensi episcopo.
Petro de Sabaudia.
Johanne filio Galfridi, justiciario Hibernie.
Rodulpho, filio Nicholai.
Henrico de Wengham et aliis.

Datum per Manum nostram apud Burdegalium, XI° die Octobris anno regni nostri XXXVIII°.

Rymer I. I. 187, 188. Foed. I. 309.

376. *Willelmus, Rom. Rex cavet civitati Bernensi de alienatione quacumque ab Imperio.*

1254. Novembris 2. Eckemunden (Egmont).

Willelmus Rom. Rex, Sculteto, consulibus et universis civibus de Berne..... promittimus vobis et promisisse tenore presentium profitemur, quod singula et universa jura vestra, Libertates seu consuetudines bonas vobis illesas conservabimus, prout indulte vobis sunt ab Imperatoria Majestate. Promittimus eciam sinceritati vestre, quod nunquam vos ad alicujus suggestionis scrupulum titulo donationis, inpheodationis seu etiam obligationis alienabimus ab Imperio et a nobis, sed in nostro et Imperii dominio perpetuo curabimus vos habere. ad cuius promissionis nostre memoriam evidentem presentes litteras conscribi, et Sigillo Celsitudinis nostre iussimus communiri. Datum apud Eckemunden, IIII Nonas Novembris, Indictione tercia decima. Appendet Sigillum.

Autent. in Arch. Bernensibus, sub titulo Urbis Bernæ. Impressa, in coll^e. Soloth.-Wochenblatt, vol. anni 1828. pag. 140. Zeerl I. N^0. 332.

377. **1254. Novembris 19. ap. Camberiacum.**

Fidelitas et homagium Aquini Judei, Petro de Sabaudia facta, pro se, liberisque suis natis et nascendis, et omnibus bonis suis; in manu Petri de Grancon, in domo P. Granges. Testibus, P. de Grancon, Joffredo de Grammont, Humberto de Castellione, Hugone de Rossillione, et Magistro Arnaudo Garsei. Actum, XIII Kal. Decembris, anno MCCLIIII^o. Camberiaci.

Inv. Chart. Sabaud. Fasc. I. Conv. IV. N°. 19 et 20. Zibald.

378. **1254. Novembris 19. Camberiaci.**

Aliud homagium Petro de Sabaudia factum ab Aquino Judeo, incertum, an ab eodem quo superius, seu ab alio ejusdem cognominis. Actum, die et loco ut Charta præcedens.

Ind. Sabaudicus, Fasc. I. Conv. IV. Ch. 20.

379. *Henrici, filii Willelmi Comitis Gebenn. homagium, P. de Sabaudia factum.* **1254. Novembris 29.**

Ego Henricus filius quondam Willelmi Comitis Gebennensis Notum facio Vniuersis, quod ego spontaneus et ex certa sciencia deueni homo ligius illustris viri domini Petri de Sabaudia salua fidelitate Rodulphi fratris mei. eidemque domino Petro feci homagium sicut superius est expressum. In cuius rei testimonium ipsi domino Petro tradidi has literas meas patentes. Datum anno Domini M^o. CC^o. LIIII°. in Vigilia Beati Andree apostoli.

Inv. Duc. et Prov Sabaud. Fasc. I. N°. 4. Conv. Ch. N^0. 12.

380. **1254. Mense Novembris.**

Solto de Poipia fatetur, se tenere de feudo Petri de Sabaudia quicquid perceperat ex testamento, quòd fecerat Biello de Poipia, frater suus.

Zibald. Pingonii.

381. **1254. Decembris 10. ap. Alingium.**

P. Abbas de Alpibus testatur, Benedictum Judeum fecisse homagium ligium Petro de Sabaudia de persona sua propria, de liberis suis natis et nascendis et de omnibus bonis suis, voluntarie, non dolo nec metu coactus, etc. in manu Petri de Granzon. Actum ap. Alingiis, die Jovis post festum b. Nicholai yemalis, A. D. M. CC. L. quarto.

Index Duc. Sabaud. Fasc. I. Convol. IV. Ch. 18.

382. *Homagium Aymonis Domini de Montaniaco Petro de Sabaudia factum.* **1254. Dec. 28.**

Ego Aymo dominus de Montagniaco significo vniuersis presentes literas visuris uel audituris me fecisse homagium ligium pro me et heredibus siue assignatis meis Illustri viro domino Petro de Sabaudia recipienti pro se et heredibus siue assignatis suis pro domo mea forti de Pelpa et pro uillis meis de Loueins et de Lintinie cum hominibus, terris, aquis, pratis, nemoribus et omnibus aliis que habeo vel alter habet de me in predictis uillis de Loueins et de Lintinie et in territoriis eorumdem, quam domum reddibilem et terras, uillas cum territoriis earundem et omnibus aliis ad ipsas pertinentibus ab eodem domino Petro recognosco in-feudum me tenere. Conueni etiam cum ipso domino Petro quod de Castro meo de Montagniaco possit tam ipse quam heredes siue assignati sui facere pacem et guerram contra quascunque personas, et quod ipsum Castrum ipsi et heredibus siue assignatis suis, tam ego quam heredes siue assignati mei, ad omnes necessitates suas imperpetuum reddamus. et sine contradictione tradamus. Saluo iure Comitis de Kibor. Si quod dictus Comes habeat in Castro predicto. que omnia me facturum et seruaturum bona fide pro me et heredibus siue assignatis meis. et in nullo contrauenire. tactis sacrosanctis euangeliis iuraui. Promittens et in uirtute prestiti iuramenti me facturum et curaturum. quod homines mei de castro Montagniaco omnia predicta et singula. ei iurent se inuiolabiliter seruaturos sicut superius est expressum. et quod tam ego quam predicti homines mei sicut predictum est contra omnes homines de ipso Castro iuuemus eundem. In

cuius rei testimoninm ipsi domino Petro tradidi has literas meas patentes. Dat. Gebenn. Anno Domini M°. CC°. L°. quarto. V Kalendas Januarii.

Inv. feudorum Waud., cod. membranaceus fol. XV verso.

383. 1254. Sine Mensis designatione.

Difficultates inter Episcopum electum Taurinensem et Thomam de Sabaudia Comitem, circa questiones inter eos vertentes de juribus utriusque super castris Ripolarum, Montoxoli et Castri veteris. Dat. Anno MCCLIIII.

Zibald. Pingonti.

384. 1254.

Henricus Rex Angliæ confert Petro de Sabaudia Custodiam Castri et manerii Alnewyk, donec attingerent ætatem pubertatis ac majoritatis, hæredes Willelmi de Vescy.

Arch. Turr. Londin. Pat. 38 Hen. III. ms. 4. Epitome Transmissa a Dno Fr. Pallgrave.

385. 1254.

Johannes de Gatesden assignatur a Rege Henrico, ut recipiat recognitiones a hominibus debentibus Petro de Sabaudia, pro Heckagio dominii de Pevense.

Docum. turr. Londin. Pat. 38. Hen. 3 m 5

386. Sententia arbitralis, lata in discordia vertente inter Thomam de Sabaudia Comitem, Tutorem Bonifacii, Sabaudiæ Comitis, fratris sui filii, ætatis nondum majoris, et Petrum de Sabaudia. 1255. Februarii 16.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. J. Dei Miseracione Sancte Vienneusis Ecclesie vocatus Archiepiscopus, et A. Maurianensis. et J. Bellicensis eiusdem gratia Episcopi rei geste noticiam cum salute. Vniuersitati uestre facimus presentibus manifestum quod cum inclite recordationis domnus Amedeus Comes Sabaudie in sua vltima uoluntate ordinasset ut super discordia quam illustris vir Domnus Petrus de Sabaudia frater suus movebat et movere intendebat contra eundem comitem et eo non extante contra eius heredem super bonis rebus et iuribus que fuerunt felicis memorie domni Thome Comitis Sabaudie patris communis eorumdem emenda fieret et satisfactio amicabiliter ad dictam diffinicionem siue arbitrium nostrum. tandem supradicto Comite Amedeo sublato de medio et dicto domno Petro de Sabaudia contra domnum Thomam de Sabaudia Comitem fratrem suum tutorem testamentarium Bonifacii pupilli filii et heredis dicti Comitis Amedei nomine tutorio

questionem mouentem in hunc modum. Petit siquidem supradictus petrus quintam partem bonorum que fueruut felicis recordationis domni thome comitis Sabaudie patris communis sibi tradi et assignari a prefato domno tutore et possidente bona supradicta tam nomine tutorio Bonifacii quam suo. Cum quintam partem predictorum bonorum ad se asserat pertinere tam ex successione dicti patris ab intestato defuncti quam ex successione aymonis et willelmi fratrum suorum post mortem patris ab intestato defunctorum matre communi et duabus sororibus eorumdem porciones ipsas contingentes non petentibus de bonis supradictis. hoc petit cum fructibus inde perceptis decem milia marchis argenti estimatis. Item petit dictus domnus petrus ab eodem domno th. tutorio nomine dicti bonifacii sibi reddi et solui nouem milia solidorum viennensium de quibus redemit castrum de lognes et tria milia solidorum de quibus redemit castrum Sancti ramberti cum prefatus domnus amadeus comes promisisset eidem petro quod libera sibi redderet dicta castra. Ex aduerso dicto domno tho. se nomine suo et nomine tutorio dicti b. multipliciter deffendente. dicit enim quod domnus th. pater suus condidit testamentum in quo dictum amedeum comitem filium suum primogenitum sibi heredem instituit et dimisit ei comitatum sabaudie totum preter illud quod tenent predictus domnus p. et alii fratres sui et extunc tenuit dictum comitatum vsque ad eius obitum. Item dicit idem thomas quod comitatus non debet diuidi nec ducatus iuxta legem frederici quondam imperatoris. Item dicit idem th. quod cum pater eius decesserit relictis nouem liberis superstitibus male petit quintam partem etiamsi comitatus deberet diuidi cum mater et sorores sue hereditatem fratrum et patris non repudiauerint hiis et multis aliis racionibus se deffendendo. Nos supradicti Archiepiscopus et episcopi quorum ordiuacioni et amicabili arbitratui se supponunt dicte partes precipue cum dictus amedeus comes in sua vltima uoluntate ordinauerit et preceperit quod fratribus suis satisfleret ad dictum diffinicionem et arbitrium nostrum. Visis peticionibus deffensionibus et omnibus aliis que partes proponere uoluerunt super premissis sic dicimus et ordinamus dictam diffinicionem seu nostrum amicabilem arbitratum proferentes quod dictus domnus petrus de Sabaudia habeat et teneat pro emenda et satisfactione dictarum omnium querelarum castrum de chyllon et castrum de conteis et castrum de saillon cum suis pertinenciis vniuersis et uniuersa que aput chablays aput valais ab hospitali montis Jouis usque

ad vіueys ad comitatum uel comitem sabaudie modo aliquo pertinebant cum mandamentis suis accessoriis et appendiciis uniuersis excepto tantum feodo quod episcopus sedunensis tenet a comite Sabaudie et homagio quod inde debet dictus episcopus quoniam penes comitem sabaudie remanet cum dicto homagio feodum supradictum. Item ordinamus et proferimus quod predictus domnus Petrus habeat et teneat feodum de Dorchia et de charrossa et mandamentum eorundem. Ordinamus etenim quod comes sabaudie possit recipere et facere recipi in terra quam assignamus predicto domno p. propria pedagia que consueta sunt alibi leuari et que sunt antiquitus approbata. et similiter domnus petrus propria pedagia consueta et antiquitus approbata possit leuare uel facere leuare in terra comitis sabaudie que alibi in terra domni p. consueuerunt percipi uel leuari uel ubicumque suum leuaret pedagium dictus comes pro hiis autem et aliis que de bonis comitatus sabaudie tenet et possidet uel quasi dictus domnus p. ipse et successores eius in predictis comiti sabaudie qui pro tempore fuerit homagium et fidelitaiem faciant et facere teneantur. et inde debent valere comiti et prestare tamquam boni vassalli domno consilium et iuvamen.... et comes similiter eisdem ut dominus vassallo consilium et auxilium impendere teneatur. Adiicimus etenim ut cum dictus bonifacius ad annos perueuerit pubertatis si huiusmodi dicto ordinacioni diffinicioni seu arbitratui nostro consentire noluerit sed reclamans contra uenerit liceat sibi et dicto domno petro similiter reclamare et tunc utrique in omnibus et per omnia salua sint pristina iura presenti ordinatione in aliquo non obstante. Ita quod neutra parcium de aliquibus ordinatis seu contentis in presenti ordinacione seu diffinicione possit aliquatenus se iuuare. Dictum autem sive diffinicionem siue arbitratum huiusmodi dictis partibus recitatum ipse partes scienter approbant et acceptant. In cuius rei testimonium tam nos quam partes predicte sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum XIIII° Kal. Marcii anno domini M. CC. quinquagesimo quarto.

Extant tria Sigilla et vestigia trium aliorum elapsorum. Intelligendus est anni numerus, secundum stylum paschalem, in Galliis tunc usitatum: lata est sententia decimo sexto die Februarii, anni vulgaris 1255.

Autent. in Indice inscripto: Principi di Sangue, Fasc. I. N⁰. 4. Charta edita apud Datta, Storia de Principi d'Acaja, T. II. Doc. N.'. V. pag. 13-16.

387. *Sententia arbitralis, lata inter Thomam de Sabaudia comitem, Tutorem Bonifacii Comitis pupilli, filii fratris sui, et Philippum Electum Lugdunensem.*

1255. Februarii 16.

Universis presentes litteras inspecturis. I. Dei miseratione Sancte Vieunen. ecclesie vocatus archiepiscopus et A. maurianensis et I. bellicensis eiusdem gratia episcopi rei geste noticiam cum salute. Uniuersitati vestre facimus presentibus manifestum quod cum inclite recordationis domnus amedeus quondam comes sabaudie in sua vltima uoluntate ordinasset ut super discordia quam uenerabilis in Xsto pater domnus philippus lugdunensis electus frater eius mouebat et mouere intendebat contra eundem comitem et eo non extante contra eius heredem super bonis rebus et iuribus que fuerunt felicis memorie domni th. comitis sabaudie patris communis eorumdem ac super quibusdam conuentionibus habitis inter dictum comitem A. et domnum ph. supradietum emenda fieret et satisfactio amicabiliter ad dictum diffinicionem seu arbitrium nostrum. Tandem supradicto comite amedeo sublato de medio et dicto domno electo contra domnum thomam de sabaudia comitem fratrem suum tutorem testamentarium bonifacii pupilli filii et heredis dicti comitis amedei nomine tutorio et nomine suo questionem mouentem in hunc modum. petit dictus domnus philippus quintam partem bonorum que fuerunt felicis recordacionis domni thome comitis Sabaudie patris comunis sibi tradi et assignari a prefato domno thoma tutore et possidente bona supradicta tam nomine suo quam nomine tutorio bonifacii supradicti cum quintam partem bonorum predictorum ad se asserat pertinere tam ex successione dicti patris communis ab intestato defuncti quam ex successione aymonis et guillelmi fratrum suorum post mortem patris ab intestato defunctorum matre communi et duabus sororibus eorumdem porciones ipsas contingentes non petentibus de bonis supradictis. hec petit cum fructibus inde perceptis decem milibus marcharum argenti extimatis. petit eciam dictus domnus philippus centum marchas argenti annuas sibi assignari quas consignare et dare promisit sibi dictus amedeus comes sub prestito iuramento tresdecim anuis iam elapsis. vnde de retentis exigit sibi satisfieri et de vndecies centum libris viennensibus quas bone memorie Guillelmus quondam valentinensis electus frater et predecessor suus mutuo tradidit comiti amedeo supradicto. petit eciam sexcentas libras vienn. de quibus redemit castrum sancti sym-

phoriani de auzone titulo pignoris obligatum quas sexcentas libras dictus amedeus per iuramentum promisit dicto domino philippo se plenarie redditurum. has autem summas petit dictus domnus ph. a predicto domno thoma comite tutorio nomine dicti bonifacii presertim cum ipse domnus th. comes iuraverit se pacificaturum clamores dicti comitis amedei Ex aduerso dicto domino thoma se nomine suo et nomine tutorio dicti bonifacii multipliciter defendente Dicit enim quod dominus thomas pater suus condidit testamentum in quo dictum amedeum comitem filium suum primogenitum sibi heredem instituit et dimisit ei comitatum sabaudie totum preter illud quod tenent predicti philippus et alii fratres sui et extunc tenuit dictum comitatum usque ad eius obitum. Item dicit idem th. quod comitatus non debet diuidi nec ducatus iuxta legem frederici quondam imperatoris. Item dicit idem th. quod cum pater eius decesserit relictis nouem liberis superstitibus male petit quintam partem eciamsi comitatus deberet diuidi cum mater et sorores sue heriditatem fratrum et patris non repudiauerint se hiis multisque aliis racionibus deffendendo. Nos uero supradicti archiepiscopus et episcopi quorum ordinacioni diffinitioni et amicabili arbitratui se subiiciunt dicte partes precipue cum dictus amedeus comes in sua vltima uoluntate ordinauerit et preceperit quod fratribus suis satisfieret ad dictum diffinicionem et arbitrium nostrum. Visis peticionibus deffensionibus et omnibus aliis que coram nobis partes proponere uoluerunt super premissis sic ordinamus et dicimus. dictum diffinicionem seu nostrum amicabilem arbitratum proferentes. quod dictus dominus philippus lugdunensis electus habeat et teneat pro emenda et satisfactione dictarum omnium querelarum castrum de tolvan castrum de voyron et castrum de boczosel cum mandamentis terris possessionibus dominio districtu feudis iuribus eschaetis iurisdictionibus pertinentiis et appendiciis vniuersis sane predicta castra cum omnibus aliis que idem philippus tenet de bonis comitatus sabaudie recognoscit se tenere in feudum a comite Sabaudie. successores uero dicti domini philippi in rebus predictis teneantur comiti sabaudie inde facere homagium et fidelitatem et prestare ut boni vassalli auxilium et iuvamen. Si uero dictum comitem Sabaudie contingeret guerram habere cum aliquo uel aliquibus qui nollet uel nollent ipsi comiti ad iusticiam respondere et facere iusticiam recusarent tunc comes sabaudie possit et debeat in dictis castris receptari et de ipsis castris feudis et hominibus

faeere possit guerram. Adiicientes ut cum dictus bonifacius ad annos pubertatis peruenerit si huiusmodi dicto diffinicioni seu arbitratui nostro consentire noluerit sed reclamans contrauenerit liceat sibi et dicto domino philippo similiter reclamare et tunc utrique in omnibus et per omnia salua sint pristina iura presenti ordinacione in aliqno non obstante ita quod neutra parcium de aliquibus ordinatis seu contentis in presenti ordinacione aut diffinicione possit aliquatenus se iuuare. Dictum autem siue diffinicionem vel arbitratum huiusmodi partibus recitatum ipse partes scienter approbaut et acceptant. In cuius rei testimonium tam nos quam predicte partes sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum et actum anno Domini Millesimo ducentesimo quinqnagesimo quarto mense februarii decimo quarto Kalendas Marcii.

(Scriptus est annus secundum Stylum per Gallias usitatum, videl. anni intrantis in die paschali.)

Index «Principi di Sangue,» Fasc. I. N°. 5

387. *a. Compromissum inter homines ligios P. de Sabaudia et Friburgenses in arbitros, pro dirimendo inter se bello.* **1255. Februarii 25. Paterniaci.**

Compromissum in arbitros, post multas guerras et contentiones, inter Rodolphum Comitem Gruerîæ, Vlricum dominum de Arberc, Aymonem dominum de Montaniaco, dominum Willelmum de Corberes, dominum Willelmum de Andilisperc, burgenses de Melduno, de Rotundo Monte et de Paterniaco, omnes homines Petri de Sabaudia ex una, et burgenses de Friburgo, ex altera parte, scilicet in dominos Henricum de Chanvanz et Umbertum de Ferney ex parte Petri de Sabaudia, et in Willelmum de Vilars et Petrum Divitem, burgenses de Friburgo, quos posuerunt ipsi burgenses Friburgi: et in dominum Aymonem priorem Lausannensem. Actum apud Paterniacum, in die Jovis ante Mediam Quadragesimam anno domini MCCLIV. *(Sec. Stylum curiæ Lausann. id est, anno vulgari 1255).*

Inv. Duc. et Prov. Sabaudiæ, Fasc. I. Conv. 4. Ch. N°. 50.

388. **1255. Martii 17. Neapolis.**

Alexandri IV, Pont. Max. bulla, qua deleguntur Episcopi Astæ et Novariæ ad compescendas dissensiones vertentes inter Tbomam de Sabaudia Comitem, et Episcopum Taurinensem, ratione Castrorum Ripollarum et Montuxolii, inter illos contestatorum. Dat. Neapolis, XVI Kal. Aprilis, anno primo pontificatus nostri. ***Ind. bullarum papal. Fasc. III. N°. 1.***

389. Palasuel, feodum ligium, Petro de Sabaudia indominicatum. **1255. Martii 19. Romont.**

Hugo de Paleysuez miles fatetur tenere in feudum a nobili viro Domino Petro de Sabaudia, Paleysuez et domum fortem et villam et quidquid continetur inter petram de Mont Warascum et petram de Bossenens versus Broyam, "et ista teneo de antiquo feudo preterea teneo de novo feudo C. solidatas terre in loco dicto escotaz, et confiteor esse homo Comitis Petri, ligius " salva fidelitate debita Episcopo Lausannensi. — Et duo feoda recipi debent in uno solo homagio. Datum apud Romont, Anno Dom. M. CC. L. quarto. Quatuordecimo Kalendas Aprilis.

E Codice Membranaceo feodorum Waudensium, fol. 44. verso, sub Indice Chart. Waudens. Invent. Waudi, Fasc. XXXIV. Tit. Paleysuel N⁰. 1.

390. Circa feudum de Gibicour, a P. de Sabaudia recognoscendo. **1255. Martii 19. Romont.**

Willelmus Prior Lustriacensis et Hugo Dominus de Paleysuel promittunt Petro de Sabaudia se acturos fore quantum possent, ut suadeant Wyberto, fratri predicti Hugonis, recipere in feudum et recognoscere a supradicto Petro castrum suum de Gibicour. Datum apud Rotundum Montem, XIV Kal. Aprilis, A. Dom. MCCLV.

Inv. Sabaud. Fasc. I. Convol. N⁰. 4. Ch. N⁰. 48.

391. Litteræ circulares Wilhelmi Rom. Regis ad S. Romani Imperii principes Spirituales et Sæculares, dantes illis notitiam de creatione in justitiarium generalem Imperii, Adolphi Comitis de Waldeck. **1255. Martii 21.**

Heinricus Dei gratia Argentinensis Episcopus litteras serenissimi dom. nostri Willelmi Rom. regis semper Augusti, uidimus in hec uerba. Willelmus dei gratia Rom. rex semper Aug. Vniversis sacri Imperii fidelibus uenerabilibus Archiepiscopis Episcopis et Abbatibus marchionibus ducibus et principibus Imperii Comitibus nobilibus uassallis ministerialibus ciuibus ciuitatum ceterisque Imperii fidelibus ad quos littere iste peruenerint gratiam suam et omne bonum. Cum pro tranquillo statu nostrorum et Imperii fidelium nobilem virum. A. de Waldecke Karissimum familiarem et fidelem nostrum non valentes locis singulis personaliter interesse generalem iusticiarium nostrum et rei publice duxerimus statuendum. Vniuersitatem uestram monemus requirimus et rogamus auctoritate uobis Regali culmine demandantes

quatinus eidem tamquam nobis ad plenum intendere parere ac obedire curetis prestantes eidem loco nostri homagium et fidelitatis debite juramentum et *(lac.) qm.* consilium fideliter comparantes donec ad uos personaliter ueniamus. Datum Wetslarie. XII Kal. aprilis Indictione tercia decima. Nos Willelmus dei gracia Romanorum rex semper Augustus. Vniuersis sacri imperii fidelibus presentem paginam inspecturis, graciam suam et omne bonum. Cum pro tranquillo Statu nostrorum et Imperii fidelium nobilem virum A. Comitem de Waldecke Karissimum familiarem et fidelem, non ualentes locis singulis interesse generalem insticiarium nostrum et rei publice duxerimus statuendum, vniuersitati uestre presentibus demandamus publice protestantes, quod omnem obligationem et ordinationem quam sub suo Sigillo duxerit cum aliquo faciendam, ratam habere promittimus atque firmam, donec nostro sigillo hec duxerimus roboranda. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi, et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Dat. Wetslarie, XII Kal. Aprilis indictione tercia decima.

In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro facimus communiri. Datum Argentine in ascensione Domini. Anno M°. CC°. quinquagesimo quinto.

Vidimus huius Chartæ, in Archivo aul. Taurin. Invent. Sabaud. Fasc. I. Conv. Membran. N°. IV. Charta N°. 23. Autogr. in Arch. Düsseldorf. cujus apographum debetur benevolentiæ doctissimi domini Frid. Bœhmeri Biblioth. Francofordensis. V. et Kopp, Urkunden etc. II. p. 103.

392. 1255–1256? Mense Martio.

Homagium Rodulphi Comitis Grueriæ, factum Petro de Subaudia, de dominiis suis, sitis supra passum dictum de Tina. Legitur in invent. Contractuum cum princip. forensibus; „item quedam litera, per quam dominus Rodolphus comes Gruerie confessus fuit se esse hominem ligium domini Petri de Sabaudia salua fidelitate comitis gebennensis et se tenere ab eodem castrum de Orex (Oex) et passum vuytuni passum de la tinaz et decem libras terre in loco qui dicitur Rassonery. Data sub anno domini milles. ducentes. quinquages. quinto Mense marcii, sigillo ipsius comitis impendenti sigillata.“

Deperd. est autent. huius chartæ: extat epitome illius in Codice, in archivo camerali Taurin. adservato, in folio 682. ejus.

Rodolphus Comes de Grueria recognoscit se esse hominem ligium Petri de Sabaudia salua fidelitate Comitis Gebennensis, et confitetur se tenere de petro castrum de riez (Oiz?)

et passum vittimis et passum de la Tina et decem libratas terre de loco Rassonere. Anno 1255. Mense Martio.

Zibaldone Pingonii.

Illud est Rodolphi comitis Gruerie qui his verbis se recognoscit esse hominem ligium Petri de Sabaudia et confitetur se tenere de feudo ipsius Castrum de Cie passum Vittum et passum de Tina et decem libratas terre in loco Rassoneri.

Ping Chron. ad annum 1255. fol. 342v.

Incipiente anno, secundum stylum ecclesiæ Lausannensis, per illius dioecesim, die 25º Mensis Martii, tribuatur transactio suprascripta potius anno vulgari 1256, quam priori, scil. 1255.

393. 1255. Aprilis 11. sine loco.

Petrus de Sabaudia approbat donationem a matre sua factam, sorori ipsius, Beatrici de Sabaudia Comitissæ Provinciæ, omnium bonorum quæ possederat dicta mater illius. Actum in quindena Pasche, M. CC. L. quinto.

Invent. Principi di Sangue, Fasc. I Nº. 7.

394. 1255. Mense Aprilis.

Recognitio Vldrici, domini S. Martini, Richardi filii, castri Castellionis supra villam Cronay in feudum Petri de Sabaudia, quo acto sese hominem dicti Petri esse fatetur et agnoscit.

Aut. in archivo Divionensi Fasc. II. Tit. Castellionis. Epitome transmissa a Dno. Mallet Judice Gebenn. Inv. Bar. Waudi, Fasc. I. Conv. 4. Ch. 32.

395. 1255. Mense Aprilis.

Willelmus de Turre vendit Petro de Sabaudia pro octoginta libris Lausannensibus, omnia bona et jura quæ possederat in terris de Dronginens. Consentiunt uxor et filius dicti Willelmi huic venditioni.

Invent. Waud. Fasc. I. Conv. II. Ch. Nº. 8. Fasc. XVII. Tit. Dronginens. Nº. 1.

396. 1255. Aprilis 29. Lausannæ.

Homagium Vanini, Apothecarii, civis Lausannensis, Petro de Sabaudia factum, cum obligatione unius oboli aurei annui, in festo Paschæ solvendi. III Kalendas Maji. A. D. MCCLVº.

Inv. Duc. et Prov. Sabaudiæ, Fasc. I. Nº. 4. Conv. Ch. Nº. 40.

396. a. 1255. Maji 6.

Audomarus Allamandi impignorat Thomæ de Sabaudia Comiti, Castrum Camberiaci, quod emerat antea a Berlione

Vicecomite Camberiaci. Act. pridie Nonas Maji, anno Domini M°. CC°. L°. quinto.

Invent. Provinaiæ Sabaudiæ, Fasc. II.

397. *Litteræ Adolfi Comitis de Waldeck, Procuratoris generalis sacri Imperii, Petro de Sabaudia perscriptæ ex jussu Regis Romanorum, ut suscipiat protectionem civitatum Bernæ, Mureti et Hasle contra comitem de Kyburg.* **1255. Maji 7.**

Illustri domino. P. Comiti Sabaudie. A. Comes Waldecke sacri Imperii procurator generalis per Germaniam constitutus quicquid potest obsequii et honoris audita nuper per sollempnes nuncios civium Bernensium fidelium Imperii fidei ac deuotionis uestre constancia erga sacrum Imperium et fideles suos hactenus habita animus noster in domino exultauit et ad multam dictorum nunciorum instanciam ex parte serenissimi domini nostri Romanorum Regis et nostra nobilitatem vestram rogamus et hortamur studio diligenti quatinus nos negocium domini Regis apud Ciuitates Berne Murim et Haselahe ac ubicunque in partibus burgundie sub spe retributionis ac sublimacionis ob reuerenciam Imperialis culminis assumatis subuenientes eisdem contra Comitem Hartmannum de Kyburc et alios quoscunque imperii consiliis et auxiliis opportunis prout eidem vos duxerint requirendos nulla rerum dispendia formidantes quia preter spem gratie et favoris qnam ab imperio vos gaudebitis obtenturum dampna quod absit si qua cem sustinueritis uobis per dominum Regem procurabimus plenarie compensari. In cujus rei testimonium presentem cedulam sigillis venerabilis domini argentinensis Episcopi, Nostro, domini Wernheri de Bonlandin et Sirendi Scabini de Hugon. fecimus communiri. Dat. ap. Hugon. crastino ascensionis. Anno domini M°. CC. L°. quinto.

Ex apographo parum correcto, Numero 21 Chartarum Convol. apograph., N°. 4 in Fasc. I. Invent. Duc. Sab. Autenticum deperditum est. Impressa ap. Kopp, Urk. etc. II. p. 104.

398. *Solutio voti Henrici III Regis, adeundi Terram Sanctam.* **1255. Maji 16. Neapolis.**

Breve Alexandri IV P. M. Archiepiscopo Cantuariensi, Bonifacio, et Magistro Rostando perscriptum, quo commutatio voti Henrici Angliæ Regis cruce signati, terram Sanctam adeundi, in obligationem expugnandi Siciliæ regnum, pro salute ecclesiæ Romanæ, pronunciatur. Neapoli, XVII Kal. Juni. anno primo pontificatus Alexandri. *Foedera I. 322.*

399. *Cessio feudi Turris Pini, abbatissæ S. Petri Lugdun. facta a dominis illius Castri, patre ac filio.*
1255. Maji 20. sine loco.

Nos Arbertus dominus de Turre pater et Arbertus filius ejusdem notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos prudentes scientes et spontanei quittamus et guerpimus venerabilibus dominabus Alicie Abbatisse et conuentui Sci petri monasterii lugdun. feodum turris de Pino et quidquid ibidem ab ipsis dominabus et suo monasterio ratione feudi tenebamus et retinere etiam debebamus. Sane rogamus et requirimus ex affectu... abbatissam et dominas supradictas quod illustrissimo uiro petro de Sabaudia concedant feudum supradictum et ipsum de feudo retineant sicut nos tenebamus illud feudum ab eisdem. Et homagium recipiant ab eodem. Ipse autem, videl. Abbatissa et moniales de expresso consensu nostro adquiescant nostris precibus in hac parte. Nos autem promittimus fide jurata predicte Abbatisse et conuentui quod nos sicut et antea homagium et commodum procurabimus infestationes et iniurias remouebimus pro posse nostro, tam a capite quam a membris et ipsum damnum et dispendium conabimur evitandum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum XIII Kal. Junii anno domini M°. CC°. L°. quinto.

Appendent duo Sigilla dominorum de Turre Pini.

400. *Petri de Sabaudia recognitio, se tenere in feudum Turrim de Pino ab abbatissa monasterii S. Petri lugdunensis.* **1255. Maji 20. Sine loco.**

Nos petrus de Sabaudia notum facimus uniuersis presentes litteras inspecturis quod nos recipimus in feudum a venerabili Abbatissa Sci Petri lugdun. a Alicia videl. et conuentu ejusdem loci turrim de pino et quidquid occasione feodi habent et tenent vel habere et tenere debent ibidem. Nos autem homagium dicte Abbatisse fecimus et fidelitatem iurauimus. Et tam nos quam successores nostri dictum homagium facere tenemur et fidelitatem iurare Abbatisse que erit pro tempore pro feodo videl. memorato, bonum autem et commodum dicti monasterii procurare debemus ut vassallus et fidelis ejusdem inquietationem capitis et membrorum removere et dispendium evitare. In cuius rei testimonium eisdem abbatisse et conventui presentes litteras sigilli nostri tradidimus muniimine

roboratas. Datum XIII Kal. Junii Anno Domini M°. CC°. L^mo^. quinto.

Depromtæ sunt Chartæ, N°. 399 et 400 e collect. diplom. eruditissimi domini Constantii Gazzera, Academiæ Taurin Secretarii, qui ambas. Lutetiæ Paris invenerat.

401. **1255. Maji 23.**

Petrus de Sabaudia concedit mercatoribus de Ast, salvum conductum per terras suas.

Charta, olim in castro Niciano adservata, nunc autem perdita, sed a lib. Bar. Vernazza allegata in scriptis suis de casu Bonifacii Sab. Comitis.

402. Civitas Muratensis Petrum de Sabaudia invocat ad sui protectionem contra oppressores suos. **1255. Mense Maji.**

Nouerint vniuersi presentes literas visuri vel audituri quod nos scultetus consules et vniuersitas de murato graviter oppressi iniuriatorum nostrorum incursibus quibus resistere non poterimus nec a domino Rege valentes aliquid habere auxilium ad defensionem nostram licet ipsum super hoc pluries requisivissemus pro ingenti necessitate et euidenti vtilitate nostra de mera et spontanea uoluntate nostra recipimus et acceptamus in dominum et protectorem nostrum illustrem uirnm dominum petrum de Sabaudia et heredes siue assignatos suos in perpetuum donec citra renum in alsacia et apud Basileam rex vel imperator venerit et in partibus illis fiat potens tenendo basileam et nos uoluerit habere in manu sua. Uolentes et concedentes quod ipse dominus petrus et heredes siue assignati sui per se vel per alios quos uolnerint percipiant et habeant pacifice ab hac die in antea omnes redditus prouentus Jura vsagia et servicia in quibuscunque consistant que rex vel imperator consueuit et debuit percipere et habere penes nos et in pertinenciis uille nostre de murato. Si uero contra regem vel imperatorem vsque modo aliquid forisfecissemus vel redditus ad eos spectantes retinuimus. predictus dominus P. et heredes siue assignati sui non debent nobis super hoc aliquam facere questionem. adueniente uero tempore quo rex vel imperator sicut predictum est in dictis locis veniat et fiat potens si contingat nos de potestate dicti domini. P. vel heredis siue assignati sui recedere de hiis que ipsi vel alius per eos perceperint medio tempore penes nos et in pertinentiis uille nostre tenemur ipsum et heredes siue assignatos suos Indempnes erga regem vel Imperatorem et quoscumque alios eis super hiis auctoritate domini regis vel Imperatoris facientes aliquam questionem

bona fide seruare. Promittimus eciam ipsum dominum petrum et heredes siue assignatos suos iuuare fideliter et liberaliter contra omnes et ipsi nos defendere similiter contra omnes *„iusticia mandauit (?)“* Si autem idem dominus petrus et heredes siue assignati processu temporis nos et villam nostram dc murato ex concessionc regis vel imperatoris potcrint optinere promittimus dicte concessioni absque contradictione aliqua consentire et ipsum et heredes siue assignatos suos ex tunc pro veris dominis nostris tenere inextricabiliter et habere et eis de omnibus iuribus redditibus prouentibus vsagiis et seruiciis ad regem vel Imperatorem spectantibus integre respondere. Et ipsi secundum bonos vsus Imperii approbatos nos teneant et conseruent. Et hec omnia predicta et singula seruare facere et non contrauenire per nos vel per alium aliquo vnquam tempore nos vniuersi et singuli de murato a quatuordecim annis supra promittimus et iuramus super sancta Dei Euangelia prestito iuramento. Et presentibus litteris quas uim uolumus optinere publici instrumenti sigillum vniuersitatis nostre apposuimus in robur et testimonium predictorum. Dat. ap. Muratum Anno domini M°. CC°. quinquagesimo quinto. Mense Maii.

Ex apographo in Invent. Duc. Sabaudiæ, Fasc. I Convol. apographorum, N°. 4, Charta 22. (satis mendosa: Desideratur autenticum.) Charta Impressa ap. Kopp, Urkund., II. p. 104.

403. **1255. Mense Majo.**

Cessio Willelmi de Fruentia, Petro de Sabaudia facta, omnis sui juris in turre de Viveis et omnium pertinentiarum ipsius turris, quas possidebat ex feudo Episcopi Sedunensis et Comitis Gebennensis; quam cessionem fecit dictus Willelmus de Fruentia, dominus Castelli, pretio triginta librarum Lausannensium. Act. Mense Majo anno MCCLV.

Invent. Baroniæ Waudensis Fasc. I.

404. **1255. Mense Majo. Gebennis.**

Stephanus de Rossillione, miles, Castellanus in Gebennis pro Petro de Sabaudia, pollicetur Philippo electo Lugdunensi, casu mortis dicti Petri, se redditurum et traditurum fore castrum gebennense in manibus dicti Philippi electi Lugdun. et non alterius.

Zibaldone Pingonii, adjungendo: «sic alii castellani promittunt «de castris de Roa, de Chillion, duorum Alingiorum, de «Festernis et de Saillon.»

405. **1255. Mense Maji.**

Jacobus de Soloimen confitetur se esse hominem Petri de Sabaudia, et debere accipere domum in castro quodam illius Petri, in quo placeret sibi, Jacobo predicto, habitare.

Lapsus suspicetur in Voce „Soloimen", quæ in Autentico scriptam fuisse præsumitur „Dolomieu."

Index Duc. et Prov. Sabaudiæ, Fasc. I. Conv. 4. Charta 81.

406. **1255. Mense Maji.**

Aymarus et Hugo Michailli, burgenses de Sancto Theodoro confitentur, se accepisse in feodum a Petro de Sabaudia, quidquid possederant ratione „franci allodii" in mandamento de Bencaysen *(vel Bencaysen?)* Act. Mense Maji; A. D. MCCLV.

Invent. Sabaudicum, Fasc. I. Conv. 4. Ch. 82.

407. Testamentum Petri de Sabaudia. **1255. Junii 8. Lugduni.**

Hæredes particulares: Beatrix filia sua in quinque millibus librarum Viennensium. Eleonora, Angliæ Regina, hæres omnium bonorum et terrarum Petri in Regno Angliæ sitarum, sub obligatione solutionis omnium debitorum suorum domesticorum, eleemosynarum et legatorum. Hæredem instituit omnium bonorum et terrarum, quas possedit citra Mare Anglicum, Philippum, Electum Lugdunensem fratrem suum. Agneti vero, Fuciniacensi, uxori suæ, legat mille libras Viennenses. Ecclesiæ ubi sepeliretur, assignat centum marchas Argenti. Pro sepultura sua, designat, si mori sibi contingeret in Anglia, Monasterium Londinense (Westmonasterium); si vero decederet in Burgundia, monasterium Sancti Mauritii Agaunense, (Augn). Executorem huius testamenti instituit Henricum Angliæ Regem. In fine testamenti legitur: Ego Petrus de Sabaud testator hanc meam ultimam voluntatem sigillo et subscribo, et septem presentes testes rogo quod idem faciant. In dorso testamenti conspiciuntnr, monogramma ipsius Petri, +, cum punctis in quatuor angulis, et testimonia cum monogrammatibus septem testium. Act. Lugduni VI Idus Junii, A. D. MCCLV. Indict. XIII.

Pendent plura Sigilla.

Invent Testament. Fasc. I. N°. 7.

408. **1255. Junii Mense.**

Petrus de Olleres vendit domino Petro de Sabaudia prædium suum, quod possederat iuxta Muratum, ante portam versus Meiriacum, et grangiam suam sitam ante portam oppositam. *Invent. Baron. Waudi, Fasc. I. Conv. III. N°. 19.*

409. 1255. Augusti 9.

Litteræ Johannis Comitis Burgundiæ et Salinensium, Petro et Philippo de Sabaudia fratribus perscriptæ, quibus fatetur, illis, pro juvamine contra Comitem Kyburgensem præstito, plurimum debere, ut assertoribus burgundicæ libertatis, quo titulo illos propalam salutat. Ap. Salins, die IX Augusti MCCLV. *Pingon. Chr. fol. 343.*

410. *Henricus Rex, filium Edwardum revocat a Wasconia, consulente Petro de Sabaudia.*
1255. Augusti 17. Eboraci (York).

Rex Henricus scribit Edwardo filio suo, in Vasconia commoranti: „sciatis quod dil. et fid. noster Petrus de Sabaudia nuper nobis consulendo mandauit, quod ex quo treuge inter nos et Regem Francie prolongate sunt, bonum sibi videtur quod proviso et ordinato statu terre vestre Wasconie, tam de senescallo quam aliis extra instantem hyemem, transferatis vos in Hibernia, ibidem moraturi in hac hyeme pro negociis vestris ibidem expediendis; et quod ad Pascha ad nos in Angliam veniatis: quod quidem consilium gratum reputamus et congruum, dum tamen commodum fieri possit." Sequitur mandatum Regis ad primogenitum suum, ut quamprimum Hiberniam adeat, et inde, ad Pascha, transfretet in Angliam. Apud Eborum, XVII die Augusti, anno Regni Henrici regis XXXIX. *Rymer I. II. 3a. Foedera I. 326.*

410. a. *Rex Petro de Sabaudia, de revocando filio e Wasconia in Hiberniam.* 1255. Augusti 17. York.

Litteræ Regis, Petro de Sabaudia, de eodem negotio. Et mandatum est eidem Petro quod si contingat ipsum venire in Vasconiam, statum ipsius terre et recessum Edwardi filii Regis ab eadem et transfretationem suam in Hiberniam totaliter ordinet prout melius viderit expedire. Et facta illa ordinatione sub omni celeritate qua poterit, ad Regem veniat in Angliam cum eo tractaturus super illis secretis negociis, pro quibus venerabilis pater P. Hereford. episcopus in curia Romana diligenter et efficaciter laboravit. Teste Rege apud Eborum XVII die Augusti, anno XXXIX regni nostri.
Rymer I I. 3. Foedera I. 326.

411. 1255. Augusti 23.

Contractus Concambii inter Guerricum dominum Albonæ, consentientibus Clementia uxore et Stephano, fratre ejusdem

Guerriei, et Petrum de Sabaudia, quo pacto cedit Guerricus Petro, Castrum, burgum et Hospitale suum Albone, contra redditus annuos æqualis valoris, quos assignare debet illi Petrus de Sabaudia in valle Castellionis. Actum X Kal. Sept. A. D. MCCLV.

Inv. Waud. Fasc. VI. Tit. Aubonne, N⁰. 2.

412. Ulricus de Wippingen, Advocatus in Berno.
1255. Augusti 31. Berno.

Burcardus miles de Egerdon donat hospitali S. Johannis Bapt. Hierosolym. in Buchse bona sua apud Setinbuch et Lucartmat in Foresto, cum jurisdictione hominum in Hertzwyl, Wangen et Egerdon. Testes, Vlricus de Wippingen tunc temporis advocatus in Berno, Ger. de Rumilingen, Henricus de Endlisperc, milites, etc. Datum in ecclesia S. Vincentii Berno, A. D. M°. CC°. L°. V°. In tertia feria post festum b. Bartolomei Apostoli.

Aut. in Archiv. feudor. Reip. Bern, in schedis præf. Fontis S. Mariæ. Soloth. Wochenbl. anno 1831. p. 400. Zeerl. Cod. dipl. bern. N⁰. 341.

413. Thomas de Sabaudia, Alpes transit cum exerictu.
1255. Augusti 31. Thermignon.

Thomas de Sabaudia Comes mandat Petro Croc. mistrali de Chamberiaco, quod occasione associationis factæ cum priore Burgeti pro media parte vallis de Con (Couflans?) quod ipse prior occupavit quasdam possessiones Vuillielmi grangia etc. Act. ap. Thermignon, pridie Kal. Septembris A. D. MCCLV.

Zibaldone Pingon.

414. Thomæ de Sabaudia confirmatio concessionis in gratiam Thomæ de Aquabella. **1255. Septembris 9. Sine loco.**

Thomas de Sabaudia Comes, nomine tutorio Bonifacii filii Amedei quondam Comitis Sabaudiæ, confirmat concessionem Thomæ, quondam Comitis Sabaudiæ et Marchionis in Italia, factam de centum Solidis annuis de redditibus pedagii S. Ambrosii in Valle Secusina, Willelmo de Aquabella, quam confirmat Thomas comes fratribus de Aquabella, filiis dicti Willielmi. In crastino nativitatis B. Mariæ, A°. MCCLV°.

Inv. Prov. Secusinæ, Fasc. VII. tit. S. Ambrosii. N⁰. 1. Art. 4.

415. Ulricus de Wippingen, Advocatus Bernensis.
1255. Septembris 14. Berno.

Domini Friesonis, fratrumque ejus Rodolphi et Jacobi, charta donationis bonorum in Lauterbach Wichtrach, Bollingen,

facta domui Hospitalariorum in Buchsee. Inter testes, Vlricus de Wippinqen advocatus Bernensis. Act. Berno, feria III post nativitatem b. Virginis, Anno Dom. M. CC. LV.

Autent. in archivo Bernensi sub tit. Buchsee. Soloth.-Wochenbl. anni 1831. p. 405. Zeerleder, Cod. dipl bern. 342.

416. Informatio de cessione Beatricis de Fuciniaco, Dominæ de Thoire et Villars.

1255. Octobris 19. Gebennis ante ecclesiam S. Petri.

Informatio facta ad requisitionem Petri de Sabaudia, de cessione Beatricis, relicte Stephani domini de Thoire et Villars, in gratiam Agnetis, sororis ejusdem Beatricis et uxoris dicti Petri de Sabaudia, hæreditatis patris earumdem sororum, Aymonis quondam domini Fuciniaci. Facta est hæc informatio coram Petro, officiali curiæ Gebennensis, et C. abbate de Intermontibus. Beatrice de Thoire non comparente audiri fecit Petrus de Sabaudia, per procuratorem comparentem cum procuratione data Aquæbellæ Kalendis Septembris ejusdem anni MCCLV, testes in perpetuam facti memoriam, qui testati sunt, Beatricem, annis ultra viginti antea in Castellione super Clusam coram quondam Domino A. Fuciniaci patre suo, jurasse, se cedere hereditatem suam paternam sorori suæ Agneti, quam investisset baculo de omnibus bonis cessis. Actum, ante Ecclesiam Sancti Petri Gebennis, die Martis post quindenam sancti Michaeliis.

Invent. Fuciniacense, Fasc I. N⁰. 4.

416. a. **1255. Mense Octobris. ap. Javenum.**

Thomas de Sabaudia Comes condonat Pontio Sablero quosdam redditus inter Avillianam et Aquambellam *(sic?).*

Ping. Chr. fol. 344ᵛ.

417. Willelmi, Rom. Regis privilegium de non alienando ab Imperio, concessum locis de Murato, Grasburg et Laupen. **1255. Novembris 3. Wesaliæ.**

Wilhelmus, D. G. Rom. Rex et semper augustus, fidelibus suis sculteto et uniuersis civibus de Murten, gratiam suam et omne bonum. Cognoscentes quam plurimum ex relatu, quanta pro nobis et imperio sustinuistis incommoda rerum et pericula personarum, cruorem vestrum in hostes effundendo, non parcendo laboribus vel expensis. Super quo tam vobis quam heredibus vestris sublimitas nostra teneri vult ad gratiarum uberes actiones Strenuitatis vestre benefactum in nostra memori benevolentia collocantes. Devotionem igitur preclare fidei vestre rogamus,

plenissimo cum effectu, quatinus in devotione et fidelitate Sancti Imperii ac nostra, velut hactenus sic in posterum concorditer persistere debeatis, indubitanter scientes, quod Murten, Graseburg et Lopen, vita comite a nobis et Imperio nullatenus alienabimus aut curabimus sequestrare. Ad hec singula et uniuersa iura et libertates vestras et consuetudines approbatas illesas conservabimus, auctoritate vobis Regia confirmantes. Demum cum comitibus de Quiburg nullam prorsus pacem vel concordiam admittemus, nisi de uestra uoluntate et consilio speciali. Datum apud Vesaliam III Nonas Novembris Indictione XIIII.

Aut. in Arch. civ. Murati. Edit. in Schweiz. Geschichtsforscher, T. VII. 226.

418. **1255. Novembris 15.**

Martinus de Bagnes cedit Petro de Sabaudia Bosonem et Petrum, nothos Hugonis de Grandi monte, Castellani de Chillon, qui eos recepit nomine Petri. Dedit illis Hugo bona in Monte de Syonens et duo molendina in rivulo Perey. Dat. die lune post festum Sancti Martini, MCCLV.

Inv. Waud. Fasc. I. Conv. II. N⁰. 52.

419. Matthæi Parisiensis relatio oppugnationis Taurini, et bulla Alexandri IV. Pont. Max. in gratiam Thomæ de Sabaudia, a Taurinensibus capti. **Post 23. Novembris 1255, et ante 27 Martii 1256.**

Petrus autem de Sabaudia constantissime cum magnatibus generis sui, videl. Archiepiscopo Cantuariensi et Electo Lugdunensi et aliis Sabaudiensibus, urbem Taurinum infestat, ita ut deficientibus victualibus, nec poterat eis pondus proficere urbem suam imbelli populo vacuarent. Cives igitur quanto plus arctabantur. tanto firmius Comitem Thomam tenuerunt vinculatum: ut si cives puniendi forte caperentur, ipse Comes qui primus et ultimus causam perturbationis suscitaverat primitus puniretur. Dominus autem Papa, ut videretur domino Regi Anglorum et Reginæ in hoc casu profuisse, ipsos blandis consolationibus demulcendo, scripsit eisdem sic:

„Alexander Episcopus Servus Servorum etc. Charissimæ in Christo filiæ, illustri Reginæ Anglorum salutem et apostolicam benedictionem. Nimis amaræ nimiumque molestæ sunt nobis injuriæ quæ devotis ecclesiæ filiis irrogantur: valde cor nostrum offensæ fidelibus Apostolicæ sedis illatæ conturbant. Sed de illorum molestiis plus dolemus, quorum circa sedem Apostolicam semper devotio ferbuit, claruitque sinceritas, quod

inter alios puritatis titulo præsigniri meruerunt, et uberiori ab eadem sede fulciri favore et attolli honorificentia potiori. Horum namque gravamina illico sentimus in nobis, qui mox cum læduntur, degustamus suarum amaritudinem læsionum. Saue ad audientiam nostram, non siue cordis amaritudine et mentis tribulatione pervenit, quod nuper *Astensis* civibus ad depopulationem castri montis Calerii hostiliter procedentibus, dilectus filius nobilis vir. Thomas de Sabaudia Comes, avunculus tuus, qui in eodem castro tunc temporis morabatur, recedens exinde, ad civitatem se transtulit. Taurinensem, sperans cum auxilio civium civitatis ejusdem, suorum utique Vassalorum, in successu prædicti castri, quod ad eum spectare dignoscitur, recuperare. Sed dicti cives, tanquam contemptores divini timoris, et famæ propriæ neglectores, fidelitatis iuramento, quo prædicto Comiti tenebantur astricti, temere violato, eisdem Astensibus procurantibus et ad id auxilium impendentibus, ipsum capere et detinere, non sine proditionis nota, nequiter præsumpserunt. Et quidam rumor jam sinister, interiora nostra dolore immani acriter vulneravit: quia tantò venit auribus nostris acerbior, quantò detenti nobis charior est persona. Tristamur itaque, nec indigne, quod filius quem inter alios præcipue complectimur taliter detineatur. Dolemus, nec mirum, quod tanti persona Magnatis, de cujus sincero confidebamus obsequio, in manus suorum incidit proditorum: arctiusque tenetur, quia devotione assidua invalescens, ad prædictæ sedis exaltationem indefessa sollicitudine laborabat. Cum enim prædictum Comitem suumque genus singulari benevolentia prosequimur, cum ejusdem domum propter suæ devotionis merita quodam semper affectu pertulerimus speciali, magis ex hoc suarum sentimus aculeos passionum, amplius ab id adversitatum ipsius amaritudinem delibamus. Quinimo sic proximo nos ejus detrimenta contingunt, quod ea patienti compatimur statim: similiter non potest unquam adversitatis flagello feriri, quin percutiamur protinus cum eodem. Similes quippe nobis affectus commisit, propriosque dolores amara nobis transfusione partitur. Ideo serenitatem tuam rogandam intentius duximus, et hortandam, quatenus personas et bona civium Taurinensium et Astensium, in terris tuæ ditioni subjectis existentium capi facias, et tam diu detineri, donec prædictus Comes restituatur pristinæ libertati.“ Regi quoque consimilis epistola est transmissa.

Omittit Matthæus penitus indicationem dierum, tam obsidionis Taurini, quam exarationis epistolarum Papalium.

Matth. Par. 927-928, ad Annum 1256.

420. **1255.**

. Potestas regia, collata Petro de Sabaudia, stipendiandi milites pro servitio Regis Angliæ, et concludendi pacta cum dictis militibus.

Arch. turr. Londin. anno 39 Henr. III M. 7.

420. a. 1255.

Petrus de Sabaudia et Simon de Monte Forti Comes Legriæ, potestate investiuntur a Rege Angliæ, prorogandi et confirmandi nomine dicti Regis, pacta cum Rege Franciæ.

Arch. turr. Londin. anno 39 Hen. III. M. 8. Rymer I. II. 18. Calend. rot. patent. 26b.

421. 1255.

Henricus Angliæ Rex confert in Petrum de Sabaudia, Dunington manerium cum mercato et feria, et Binnington manerium cum mercato, in Lincoln.

Calendarium rotulorum Chartarum. 84. Arch. London. (ad ann. 39 Henr. III.

421. a. 1255.

Henricus Angliæ Rex investit Petrum de Sabaudia de manerio Chestrehunte cum feria, et de Mercato et feria Swafham, quorum prior in Comitatu Herts, posterior in illo de Norfolk situm est. Anno XXXIX Henr. III.

Calendarium rotulor. Chartar. 86. Arch. Lond.

422. Ulricus de Wipens se hominem confitetur ligium P. de Sabaudia. **Sine anno; 1255 ex coniectura.**

Ego Vldricus de Vipens. notum facio omnibus presentes litteras Inspecturis. me esse hominem ligium domini mei Petri de Sabaudia, salvâ fidelitate qua teneor Ecclesie Lansannensi et castrum de Wippens teneo de domino Petro superius nominato. In huius rei testimonium presentes litteras sigilli mei munimine roboravi.

Cod. Membran. feudor. Waud. fol. XXIX. Ind. Waud.

423. **1256. Januarii 19.**

Obiit: XIV Kalend. Februarii A. D. MCCLVI. Amedeus Episcopus Maurianensis.

Pingonii Chron. fol. 354. cum allegatione veteris breviarii Ecclesiæ Maurian. (In diæc. Maur. Styl. natal.)

423. a. Henrici III litteræ credentiæ pro P. de Monteforti Regi Franciæ perscriptæ.
1256. Januarii 20. Windesor.

Regi Franciæ, Rex Angliæ etc. Dil. et fid. nostrum Petrum de Monteforti ad vestræ celsitudinis præsentiam destinamus pro emendandis et firmandis articulis super interceptionibus treugarum prolocutis per dilectos et fid. nostros, Simonem de Monteforti Comit. Leycestriæ et Petrum de Sabaudia, vice nostra, et gentem vestram in præsentia vestra: sine quibus non servari poterit treuga ipsa, quam pro pace et quiete subditorum optamus inviolabiliter custodiri. Seren. vestram rogantes attentius quatinus ad ista exequenda velitis intendere, ita quod, tam vestri, quam nostri subditi pacem habeant et quietem, quamdiu duraverit treuga vestra. In cujus etc. Teste Rege apud Windesor XX die Januarii Anno XL°. Henrici III.

Rymer I. II. 10. Foedera I. 335.

423. b. 1256. Januarii 24. Windesor.

Potestas Regia Henrici III Regis pro Johanne Maunsell Præposito Beverlacensi et Bertramo de Crioyl, capiendi, prorogandi et firmandi treugas cum Rege Franciæ, quas, pro prædicto Rege Angliæ et primogenito suo Edwardo prælocuti Simon Comes Leycestriæ et Petrus de Sabaudia ceperant, a festo S. Remigii in tres annos. Ap. Windesor, 24 die Januarii, A°. Henrici III. 40mo.

424. 1256. Febr. 1.

Cessio Petri, dicti Bover, filii Johannis Comitis Burgundiæ, Petro de Sabaudia facta, omnium quæ Aymo, quondam Dominus Fuciniaci possederat in Baronia Fuciniaci, et quæ prædictus Petrus Bover tenebat et recognoscebat titulo et ratione feodi a dicto domino Fuciniaci pretio decem librarum Gebennensium. Act. Kal. Februarii, A°. MDDLVI.

Invent. Fuciniaci, Fasc. I. N°. 3.

425. 1256. Februarii 9.

Donatio Johannæ, relictæ Willielmi domini de Escublens, facta Petro de Sabaudia viginti librarum Lausannensium super Vendis Meldunensibus. Datum V Idus Februarii, anno domini M. CC. quinquagesimo quinto. *(Styli incarn.)*

Invent. Sab. Fasc. I. Conv. 4. Charta 38.

426. 1256. Februarii 12. Romont.

Jacobus de Cossonnay, Humberti filius, pro octoginta libratis terræ prope Cossonnay, facit hommagium ligium

Petro de Sabaudia, et ab eo retroinfeodatur. Johannes Episcopus Lausannensis, ad preces nepotis sui, dicti Jacobi, sigillum suum apposuit huic Chartæ. Datum Romont, Sabbathi post octavam purificationis b. Virginis anno domini M. CC. L. quinto *(styli incarnat.).*

Invent. Sabaud. Fasc. I. Conv. N°. 4. Charta 65.

427. Circa electionem Richardi, Comitis Cornubiæ, in Regem Romanorum.

1256. Sine Dato: inter 17 Febr. et 1 Martii locata.

Henricus Angliæ Rex scribit Willielmo Bonquer, ut procuret, quam diligentissime poterit, electionem Regis Romanorum, ecclesiæ Romanæ devotum, et ipsi Regi Angliæ dilectum: et ut contrastet Gallorum influentiæ in istam electionem. Mandat illi etiam ut justificet Regem coram Pontifice, de dilatione solutionis centum et triginta quinque millium, et DI marcarum et de mora in mittendo militiam ad conquirendam Siciliam, allegando rationem captivitatis Thomæ de Sabaudia Comitis. Et cet. *Rymer I. II. 11. Foedera I. 337.*

428. **1256. Martii 27. Norwick.**

Henrici Regis Angliæ apologia coram Alexandro P. M. de morâ sua in solvendis centum et triginta millibus et DXLI marcis, et in missione exercitus ad conquirendum Regnum Siciliæ: „Et jam nuncios solempnes vidissetis, nisi captio Karissimi nostri comitis Sabaudie nos impedivisset, cum unum de fratribus suis ad sanctitatis vestre presenciam mittere vellemus, quando hoc impedimentum occurrit: peticiones vero quasdam que prefatum tangunt negotium vestre beatitudini recommendamus, supplicantes ut illas ad exauditionis gratiam admittatis. T. R. apud Norwic. die Martii XXXVII, Anno Henr. Regis XL. *Rymer I. II 11. Foedera I. 337.*

429. Gratia Henrici Regis, Brianno de Ringeshal facta, ad instantiam P. de Sabaudia. **1256. April 29. Windesor.**

Brianus de Ringeshal finem facit cum Rege per unam marcam auri pro carta de Warenna habenda et aquetanda de sigillo et pro quietancia ass. habenda et pro respectu habendo de se milite faciendo quamdiu voluerit, ad instanciam Petri de Sabaudia etc. Teste Rege apud Windesor XXIX die Aprilis, anno XL° regni sui: preterea obiit idem Brianus etc.

Excerpta e Rotulis finium II. 227. Arch. Londin.

430. **1256. Maji 26. Sine loco.**

Testamentum Philippi de Sabaudia electi Lugdunensis: „in Ytaliam profecturi." Hæres usufructuaria, in sexaginta libris Viennensibus annuis ex redditibus castri S. Symphoriani de Auzone, Comitissa Sabaudiæ, Karissima mater sua. Hæredes universales in omnibus aliis castris et bonis patrimonialibus suis, Petrus de Sabaudia, frater, et Beatrix Comitissa Provinciæ, soror ipsius, cum substitutione reciproca, ratione fideicommissi, sub obligatione solvendi omnia debita et legata testatoris, et specialiter, expensas factas et faciendas in Italia, a Thoma Comite, fratre illius, et indemnandi damnificatos, „qui non se intromittebant guerre apud Saleres, et a domino testatore damnificati sunt, et dispendia pro obsidione castri de Saleres" — quæ dispendia ascendunt ad quadraginta libras Viennenses. Legat ultro, Thomæ Comiti quidquid passidebat in Aquabella. Sequuntur multa legata pia, Monasteriis et aliis domibus sanctis destinata. Eligit testator sepulturam suam in Ecclesia Altæcumbæ, instituit plura anniversaria sui ipsius, et unum in Ecclesia Valentina pro salute animæ defuncti fratris sui Willelmi, electi illius ecclesiæ. Executores instituit huius testamenti, Eleonoram Reginam Angliæ et Petrum de Sabaudia. fratrem suum, pro bonis transmarinis, et archiepiscopum Viennensem Johannem *(de Brognaco)* et Guidonem de Boczesello, pro bonis in partibus cismarinis. Actum septimo Kalendas Julii, A°. Dom. M. CC. LVI.

Invent. Testamentorum: Fasc. 1 N°. 8.

431. **1256. Julii 9. Berne.**

Venditio quatuor Scopozarum in Schupfon *„ea die qua H. Comes iunior de Kiburc uillam Berna primitus intrauit."* Acta sunt Berne Anno domini MCCLVI°. VII^a^ idus Julii. Indictione XIIII. Appendet Sigillum Hartmanni Comitis.

Aut. in Arch. Bern. sub Tit. Arberg. Soloth.-Wochenblatt, Annus 1827. p. 378. Zeerleder, N°. 352.

432. Testimonium Bogenarii olim advocati in Berna, pro Hartmanno juniore Comite de Kyburg et Petro de Sabaudia. **1256. Augusti 18. Weissenburg.**

Fridericus dei gratia abbas Wizeburgn. Nobilibus dominis H. Comiti iuniori de Kiburc et domino P. de Sabaudia, ceterisque ad quos presens scriptum peruenerit noticiam subscriptorum. Bogenarius miles noster ministerialis, olim aduocatus in Bernne, iuratus in nostra presentia recognoscit. quod quas-

14

dam decimas ecclesie chunicensis aliarumque spectantium ad eandem, amministrationis sue tempore recepit donec ad instanciam fratrum domus theotonice, diue recordationis serenissimus Rex Chonradus, suis eidem dedit litteris in mandatis, quod omnes decimas tam noualium quam agrorum ad predictas ecclesias pertinentes quas ipse percipere consueuerat fratribus ipsis libere dimitteret et quiete receptorum mandato prescripto protinus eas fratribus resignauit. qui postmodum ipsas quamdiu presens ipse fuerit, sine contradictione qualibet, possederunt. In cuius rei testimonium presens pagina ad preces dicti bogenarii nostro sigillo et suo est roborata. Datum Wizenburc Anno domini M°. CC°. LVI. XV Kalendas Septembris.

Extat Sigillum abbatis confraetum et illud Bogenarii illæsum.

Archiv. Bern. docum. domus Theut. Cunicensis. K. A. A. N°. 3. Zeerleder, N°. 353. Solothurner-Wochenblatt, Annus 1828. pag. 245.

433. *Tractatus pacis et conuentiones inter Thomam de Sabaudia comitem, captivum, et Commune civium Astensium, et Taurinenses.* **1256. Novembris 5 et 27.**

Die dominico quinto mensis Nouembris. Et fiat pax inter Comitem de Sabaudia ex vna parte et Comune Aste et taurini ex altera in hac forma. Dominus Thomas de Sabaudia Comes dabit Comuni et hominibus de Aste Summam ripam de bosco cum omni Jurisditione et Caramagnam sicut tenebant domini de Lucerna saluo iure illorum de Casanoua quod habent in predictis et quod habebant eo tempore quo domini Lucerne predicta loca tenebant. Item faciat dictus Comes Comuni et hominibus de ast similem fidelitatem de Montecalerio quam admodum facit de Vigone et eandem fidelitatem fieri faciet ab hominibus dicti loci et castellanis et commorantibus in dicto loco et ponte et castro. Item quod omnes et singuli de Montecalerio qui occasione presentis discordie recesserant de Montecalerio redeant in Montecalerio et restituantur omnibus possessionibus et iuribus suis si eis placebit redire et si uoluerint redire alibi habitando habeant suprascripta, si redire uoluerint et hoc placuerit Comiti habeant Jura et possessiones suas si uero redire noluerint uel Comes noluerit quod redeant teneantur eorum terras et possessiones emere in laudem duorum bonorum hominum illud idem fiat de hominibus qui recesserant de taurino. Item quod homines et res de Aste et de iurisditione astensium libere vadant et transeant et reddeant per montemcalerium et pontem et districtum et libere et absolute

ad eorum liberam uoluntatem sine aliquo pedagio malatolta uel dacita aliqua ita quod comes teneatur non pati quod aliquid aufferatur ab hominibus de ast occasione predicta. Item quod Comes non acquiret nec acquirere possit citra padum uersus ast, Castrum aliquod seu uillam neque forciam uel iurisdictionem aliquam nec aliqua faciat uel fieri faciet per se uel per subnixam personam, saluo quod habeat et retineat montemcalerium vt dictum est et Caburretum sicut nunc tenet. Item quod homines de Ast non possint acquirere vltra padum in aliquo loco uillam uel terram aliquam, saluis cartis et pactionibus, hactemus factis inter Comites de Sabaudia per se et eorum nomine ex vna parte et comune Ast ex altera. Item quod Comune Ast faciet pacem cum Marchione Montisferrati et cum Marchione Salutiarum et cum Comite Manuello et cum castellanis de astexio et cum hominibus eorum, sicut domino Jacobo de Carreto et hominibus de Ast melius uidebitur quod possit fieri. Item quod Comes possit illos homines quos habent in falauis et in aliis uillis siue forciis citra padum ducere ad habitandum vltra padum, tali modo quod eorum terras habeant teneant et possideant sicut nunc tenent et possideut. Item quod homines de Ast non debeant nec possint facere vel fieri facere castrum uel uillam uel forciam aliquam de nouo de brayda et summa ripa uersus terram Marchionis Saluciarum et Comitum Sabaudie. Item si Comes venerit in Ast teneatur non recedere modo aliquo vel ingenio de Aste absque licencia potestatis et comunis astensium, et si aliqua occasione uideretur potestati et communi Astensium quod Comes recederet prestita bona securitate ad uoluntatem comunis astensium, quod dominus Jacobus Marchio de Carreto dabit ad maiorem cautelam et securitatem comuni astensium duo sua castra et vnum ex filiis suis que et quem comune Astensium eligere uoluerit. Eo saluo quod reuersso Comite in Asten in forcia potestatis et comunis astensium Castra et filius predicti Jacobi rellaxentur et dicto domino Jacobo restituantur incontinenti et hoc teneantur facere illi duo in quorum potestate et baylia ponet predicta castra et filium suum irrequisito potestate et consilio Si uero dictus Comes moreretur antequam rediret in forciam comunis astensium nichilhominus predicta castra et filius eius restituantur ei ut dictum est, et insuper dictus comes teneatur expressim disbrigare et disbrigari facere et rellaxare et rellaxari facere Omnes et singulos de aste et de posse astensium et de taurino et posse taurini citra montes et vltra et curare

omnimode vt disbrigentur et rellaxentur in auere et personis integraliter omnes et singuli de Aste et de posse astensium et de taurino et de posse taurini in francia et vltramontanis partibus vbicunque sint inpediti in personis et rebus vltra montes et citra montes. Item quod faciet et curabit suo posse quod omnes et singuli prelati ecclesiarum observabunt omnes conuentiones et pacta que habent cum hominibus de Ast et de posse Astensium in vltramontanis partibus. Item quod faciet et curabit quod Hosselli ablati hominibus Cunei in ultramontanis partibus rellaxentur et restituantur eisdem sine aliqua dacita et redemptione. Item quod Comes teneatur homines de Ast Iuvare Saluare et deffendere contra Omnes homines de terra quam tenet a montibus citra. Item quod prisonerii capti ab utraque parte et eorum securitates penitus rellaxentur, Scilicet de terra Comitis et marchionis Saluciarum et comitis Manuellis et Marchionis Montisferrati. Item eodem modo rellaxentur illi de Cuneo et securitates eorum et omnes de parte comunis astensium. Item quod Comune et homines astensium et de posse et iurisdicione astensium teneantur dictum comitem iuvare et defendere contra omnes personas. Item quod Comes teneatur solucionem facere vel fieri facere danielli de Solario de eo quod habere debet a comuni montiscalerij occasione obligationis facte ipsi danielli de molandinis Montiscalerii. Item quod securitates et omnes illi et quilibet qui se obligauerunt pro abbate secuxie uel occasione ipsius siue qui conueniuntur Impediuntur uel molestantur siue conueniri uel molestari possent ocasione alicujus prixonerii capti cum abbate Secuxie predicto uel alicujus obsidis ipsius seu qui se obligasset pro ipsis uel pro aliis ipsorum penitus liberentur ab omni obligatione et molestia et ipsi et quilibet ipsorum qui pro aliqua ocasione uel contractu seu ocasione alicuius officij quod gessissent uel gerere ussi essent erga predictos uel aliquem predictorum, ita quod de aliqua obligatione uel contractu uel quasi culpa uel negligentia predictorum molestari uel inquietari non possint et quod omnes condempnationes sint penitus casse et irrite. Item quod custodes Thome marchionis Saluciarum absoluantur et eorum securitates a condempnationibus absoluantur et penitus liberentur. Item quod Dominus Jacobus Marchio de Carreto expressim teneatur curare et facere quod potestas astensium integraliter habeat tredecenum suum de omnibus condempnationibus bannis dacitis obligationibus et commissionibus et promissionibus que rellaxauerint et dimitantur per comune

astense occasione predicta tam pro securitate et obligatione abbatis Secusie quam pro omnibus aliis et singulis. Item teneatur comes predictus remitere omnem iniuriam et offensam Comuni et hominibus taurini et singulis de taurino et ciuibus de taurino et facere eis remissionem et firmam pacem et perpetuam pro se et totam suam partem de omni iuiuria et offensa quam sibi fecissent. Item teneatur Comes predictus facere remissionem et absolutionem et pactum de non petendo Comuni et hominibus taurini de omnibus Juribus, rationibus priuilegiis et pactionibus que et quas dictus Comes habet uel uisus est habere in Comune uel homines taurini uel in ciuitatem taurini et siquod priuilegium habet de comuni uel de hominibus ipsum priuilegium reddere et restituere hominibus taurini. Item teneatur Comes predictus facere uel fieri facere solutionem comuni et hominibus de taurino et de aste de omnibus et singulis debitis que dictus Comes uel abbas Secuxie dare debent comuni et hominibus de taurino et singulis eiusdem ciuitatis et de aste et hoc intelligatur de debitis que dari debebaut ante captionem comitis et de iis qui mutuassent eis uel manulleuassent occasione comestionis (?) et custodum. Item quod homines omnes et singuli de taurino libere ct quiete possideant et gaudeant, et possidere et gaudere possint omnes terras et possessiones cum iuribus suis quas habent in territorio et posse dicti Comitis et maxime in territorio et posse Ripolarum. Item teneatur dictus Comes reddere et restituere comuni et hominibus taurini Castrum et uillam et homines Collegij cum omni Jurisditione et ipsum castrum et villam et homines restitutum et restitutos libere et quiete tenere et possidere perpetuo comuni taurini permitet. Item teneatur reddere et restituere arpinis castrum et uillam et homines Alpignaui. Item quod remittet omne ius quod habet in Motoxola Comuni et hominibus taurini. Et ad predicta omnia et singulo atendenda et obseruanda et complenda omnimode et ad maiorem cautelam et firmitatem omnium predictorum et singulorum tam pro cinitate de ast et de posse astensium et singulis de ast quam pro comuni et hominibus taurini et singulis de taurino et posse taurini dominus Jacobus de Carreto jurabit ad sancta dei euangelia et promitet sic facere et curare suo posse quod predicta omnia et singula attendentur obseruentur et adimplentur omnimode et quod faciet venire illos de Flesco in ast qui similem facient Juramentum et promissionem et ad maiorem cautelam et firmitatem omnium predictorum et singulorum que

omnia et singula superius lecta pro pace predicta placuit omnibus fere nemine discrepante Jurante supradicto domino Jacobo de Carreto ad Sancta Dei euangelia super anima Comitis predicti quod predictus Comes cuius procurator est ad hanc pacem faciendam ut asserit omnia et singula predicta atendet et omnimode obseruabit et etiam pro se et super eius animam promitente et etiam iurante sic omnimode facere et curare toto suo posse et bona fide quod predictus Comes iam dicta in omnibus obseruabit et quod ipse a se ea que pro se fieri superius scripta sunt atendet et obseruabit et hec omnia si comes in ast venerit ut superius dictum est qui dominus Jacobus iurauit ut superius continetur. Eodem modo et forma dominus Jacobus Catius potestas astensium et uice comunis astensium voluntate credencie Infrascripte Jurauit super animabus eorum atendere et obseruare et atendi et obseruari facere que superius scripta sunt et atendi et obseruari debent per comune astensium saluo eo quod ante omnia et in hiis et post incontinenti dixit et protestatus fuit jam dictus potestas quod predicta faciebat et iam dictis consenciebat saluo quod in aliquo sibi preiudicium non generetur ocasione iuris sui. Die lune XXIIII (*scribe XXVII*) mensis nouembris In palatio comunis et ecclesie de domino (?). Testes Jacobus Valbella petrus Siluanus et petrus Sicardus in quorum presencia dominus Nicodessius de Flisco et Dominus Thiseus de Flisco ad sancta Dei euangelia corporaliter *Jurauit* atendi et obseruari facere omnia suprascripta et singula sicut superius scripta sunt in omnibus et per omnia.

Ex Invent. Chart. Astensium, Fasc. II.

434. *Prorogat Alexander IV Papa terminum a Henrico III solvendæ sedi Apostolicæ pecuniæ et mittendæ militiæ.*

1256. Septembris 27. Anagniæ

Alexander Episc. S. S. Dei. Kariss. in Xsto filiis Henrico Anglie et Edmundo Sicilie illustribus Regibus, salutem etc. Prorogat terminum sibi et Romanæ ecclesiæ solvendæ pecuniæ, et mittendæ militiæ ad expugnandum regnum, quæ omnia in festo instanti b. Michaelis non præstari possunt, ad octavam ejusdem festi; ad instantiam legatorum Regis Henrici, videl. Archiepiscopi Tarantasiensis, electi Sarisberiensis, et Abbatis Westmonasteriensis. Dat. V Kal. Octobris Pontificatus nostri anno secundo. *Rymer I. II. 20. Foed. I. 348*

Extant apud Rymerum, loco præcitato, duæ aliæ bullæ ejusdem dati, et tenoris consimilis, in Foederibus omissæ.

434. a. **1256. Octobris 9.**

Cessio cujusdam boni, nuncupati Bonne prope Genoglier in comitatu equestri, facta Petro de Sabaudia per Ebalum, dominum de Montibus, et reinfeodatio illius de dicto bono per præfatum Petrum. In die b. Dionysii, A. D. MCCLVI.

Invent. Sabaudiæ. Fasc. I.

435. **1256. Novembris 29.**

Amedeus de Orons facit homagium ligium de domo sua forte, sita inter molendinum de Porta et domum de Solar.

Invent. feod. Vaud. T. II. p. 294. N°. 1. et Convol. Apogr.

436. Ulricus de Wippingen, Advocatus Bernensis.

1256. Decembris 14. Bernæ.

Vlrici de Wippingen, Advocati, Burcardi de Egerdon Sculteti, et Consulum communitatis civium de Berno, litteræ, declarantes de hæreditate Arnoldi de Alwandingen, civis bernensis, et de venditione facta, bonorum dictæ hæreditatis. Berno, in crast. b. Lucie. A°. D. M°. CC°. LVI°.

Aut. in Arch. Bern. Tit Interlaken. Soloth.-Wochenblatt, anno 1828. p. 145. Zeerleder Cod. dipl. bern. N°. 357.

437. **1256.**

De juridicendo; an judicia de latronibus captis infra manerium de Wrangle pertineant Comitissæ Lincolniensi, Dominæ hujus manerij, aut Petro de Sabaudia, ut de captis infra feudum suum. *Calendarium rotulorum patentium. 28.*

438. **1257. Januarii 1. Merton.**

Henricus Angliæ Rex ratam habet pacem inter Beatricem, Comitissam Provinciæ, et Carolum Andegaviensem, generum dictæ Beatricis, nunc Comitem Provinciæ, per Regem Franciæ provisam et ordinatam, super marchionatu et comitatu Provinciæ et Forcalquarii, salvo iure, sibi, Alienoræ reginæ, Ricardo Cornubiæ Comiti et Senchiæ, uxori ejus, competente, in litteris eidem Beatrici perscriptis. Ap. Merton, Kal. Januarii, Anno regni Hen. III.

Rymer I. II. 23. Foedera I. 352.

439. Henrici III litteræ, Beatrici Comitissæ Provinciæ, de tædiis ei illatis a genero suo Carolo, Andegaviæ Comite.

1257. Januarii 1. Merton.

Rex Henricus ad socrum suam. B. marchionatus Provinciæ et Comitatus Forchalquarii Comitissam..... „Vobis

significantes quod de tædiis et augustiis vobis per Comitem Provinciæ, fratrem Regis Franciæ illatis super terris et possessionibus, quæ b. Mem. Reymundus quondam Comes Provinciæ maritus vester, vobis reliquit, fastiditi sumus non modicum et turbati, et eo magis, quod videtur, quod dictus Comes Provinciæ, qui vobis pari foedere quo et nos, affigitur, vos potius juvare deberet, quam gravare. Et cum intelleximus, quod vos debetis secundum formam pacis illius litteras nostras patentes sub ratificatione pacis prædictæ citra instans festum Purificationis impetrare pro castris, quæ nomine nostro tenetis, quæ scil. b. mem. Reymundus, quond. Comes Provinciæ et vir vester, et vos nobis, causâ pignoris obligastis pro quatuor millibus marcarum, quæ a nobis mutuo recepistis." Ad recipiendam securitatem de dicta pecunia, mittit Rex Drogonem de Barent; et pacis conditæ conditiones, licet tædiosas Comitissæ, confirmat, quia urgentibus aliis negotiis graviter occuparetur. T. Rege apud Merton, primo die Januarii, anno quadragesimo primo regni Henr. III.

Rymer I. II. 23. Foedera I. 352.

440. **1257. Januar. 17. Windsor.**

Literæ Henrici Regis, Episcopo Herefordensi, Petro de Aigueblanche, de negotiis cum Alphonso Rege Castellæ et de Ricardo Comite Cornubiæ in Regem Alemanniæ eligendo, et de rebus Vasconiæ.... De facto autem Bajonæ et Petri de Rosat, et de facto Gastonis.... et de facto Majoritatis et Castri Burdegaliæ, de facto Regulæ et Exulum de Laudar. de facto Vicecomitis de Blankeford, et de aliis articulis, quos nobis significastis, de consilio P. de Sabaudia, vobis per Clericum vestrum, latorem presentium, respondemus, qui vobis eadem viva voce plenius explanare poterit, quam ea scripturæ commendare possemus. Teste Rege apud Windesor, XVII° die Januarii anno quadragesimo primo regni nostri.

Rymer I. II. 24.

441. Pax inter Simonem, dominum de Gex, et Rodolphum Comitem Gebennesii. **1257. Moys de Janvier.**

Simon de Jonuille Sire de Gait faict paix auec Raol Conte de Geneue, a la charge, que Raol luy rendist Mornay avec ses appertenauces telles quil les avoit. Et ledit Symon se faict homme lige de Raol, sauf la fidelitc a Jchan conte de Bourgongne et Sire de Salins et a Pierre de Savoye. Il reprend dudit Conte Raol en fief la terre de Mornay, et dans ses lettres

seelees de son seau et de sa soer Beatrix de Thoire et Villars, et de Albert Seigneur de la Tour, il promet fidelite audit Conte de Geneue. Date du moys de Janvier, MCCLVI. *(st. incarn.)*

Pingonii Zibaldone. Aut. in Arch. Divion. tit. Mornay, unde communic. a dom. E. Mallet.

442. Henricus III cedit P. de Sabaudia 4000 Marcarum, Regi debitas a quond. Raimundo Comite Provinciæ.
1257. Februarii 5. Westmonasterii.

Rex omnibus etc. Sciatis quod dedimus et concessimus dilecto et fideli nostro Petro de Sabaudia, quatuor millia marcarum, quæ nobis debentur pro mutuo quod fecimus Reymundo, quondam Comiti Provinciæ et Beatrici Comitissæ, consorti suæ, super quatuor castra in Comitatu Provinciæ et fortalitia, quæ præfati Comes et Comitissa nobis nomine pignoris obligarunt. Et concedimus quod nulli alii quam dicto Petro pecuniam illam dabimus aut assignabimus. In cujus rei testimonium etc. Teste Rege, apud Westmonasterium, quinto die Februarii, anno quadragesimo primo regni nostri.

Rymer I. I. 24b. Foedera I. 354.

443. **1257. Februarii 5. ap. Westmonasterium.**

Rex dedit P. de Sabaudia fratri Thomæ Comitis Sabaudiæ, Avunculi Regis qui sediliose captus fuit apud Taurum *(sic)* quater millia marcas apud Westm. quinto Februarii.

Calend. Rotul. patentium, p. 29. ad annum XLI. regni Hen. III.

443. a. Conventio de liberatione Thomæ de Sabaudia inter Commune de Ast, et Marchionem de Carreto, Martinum Præceptorem S. Antonii, ac Humbertum de Montemeliano. **1257. Februarii 14.**

Die mercurii XIIII mensis Februarii in Ast in palacio ecclesie de domno. Testes bertolomeus ratus dominus Thomas de becariis et Robaldus Otinus. In nomine domini amen. Dominus Henricus de bruxamaticis Judex et vicarius domini Guillelmi Zazi *potestas* astensium ex parte Comunis astensium de uoluntate et consilio Sapientium existencium ad dictum consilium ex una parte et dominus Jacobus Marchio de Carreto et dominus Martinus preceptor domus Sancti Antonij et dominus umbertus de Montemeliano nomine comitum de Sabaudia ex altera et pro ipsis comitibus inter se taliter conuenerunt, videlicet, quod postquam dominus Thomas de Sabaudia Comes fuerit in Ast, predicti dominus Jacobus et dom.

vmbertus promitunt, debent et tenentur sic facere et curare omnimode quod ipsi uel predictus Comes ponet et dabit in manu Johannis de Solario civis de Ast ad uoluntatem comunis astensium et nomine ipsius comunis infrascripta castra, scil. castrum Carmagnole, et castrum Mercurolij, et dom. Jacobus Marchio predictus dabit illa duo castra et filium suum quem dictus dom. Jacobus dare promitit pro fideiussione ipsius Comitis sicut in tractatu pacis ipsius Comitis et Comunis astensium cum ipso marchione habito continetur, et quod predicti facient et curabunt sic omnimode quod Rex Franchorum et domina Regina vxor eius et Summus Pontiffex et dom. Electus Lauduni mitent literas sigillatas Sigillo pendenti quod omnes et singuli de Ast et de posse astensium et alii capti et impediti in personis uel rebus de quibus mentio facta est in tractatibus predicte pacis et concordie disbrigentur et rellaxentur omnimode in personis et rebus et disbrigati et restituti erunt in omnibus rebus aueribus, stando eundo et redeundo ad eorum uoluntatem et expediti et disbrigati erunt in omnibus Juribus suis cum dictus Comes fuerit liberatus, et predictis omnibus obseruatis et singulis supradictis, predictus Comes rellaxetur et rellaxari debet et liberari a forcia comunis et hominum astensium et liberatus intelligatur quandocunque fuerit dictus Comes in comitatu Sabaudie vltra padum siue in eius terra, Eo modo et pacto quod tunc incontinenti Castrum Sume ripe de bosco cum omni iurisditione et pertinencijs et caramagna sicut tractatum est in tractatibus predicte pacis perueniat tunc in comune ast et sint Jurisdiciones astensium libere et quiete et ita dictus dominus Jacobus, dominus martinus et dominus vmbertus et dominus Johannes de Solario promiserunt sub obligatione bonorum comuni aste castrum et uillam Sumeripe et caramagnam restituere. Hoc tamen acto inter predictos quod restitutis in rebus et personis impeditis et captis et deceptis omnibus et singulis suprascriptis ut superius continetur predicta quatuor castra et filius domini Jacobi restituentur et dimitentur libere „nunc“ (?) supradictorum Marchionum et Comitis hoc expresso quod cum predictus Comes fuerit in Comitatu uel terra sua litere parate erunt misse a supradictis de expeditione omnium suprascriptorum hoc acto de literis mitendis quod dominus Rex franchorum et domina Regina debent et tenentur mitere literas per omnes de regno suo tam clericos quam laycos et omnes facere expedire et bona eorum restituere inter terminum ordinatum dicto domino Comiti, in

auere et personas omnes captas et imbrigatas et dominus Archiepiscopus Luduni per archiepiscopatum Ludunensem et per omnes de terra comitum de Sabaudia, dominus uero papå per uniuersas, saluis compromissionibus et tractatibus habitis ocasione iam dicte pacis, hoc tamen saluo quod homines Montiscalerii non teneantur facere fidelitatem Comuni astensium sed Comes tantum.

Autent. in Fasc. I. Charta Astensium, in Arch. aul. Taurin.

444. *Pacta Thomæ de Sabaudia, Comitis, tunc captivi, cum hominibus Taurini.* **1257. Februarii 18. Taurini.**

In nomine domini amen. Anno dominice nativitatis M. CCL. VII. die dominico XII Kal. marcii indicione XV. presentibus testibus infrascriptis. Cum Dom. Thomas de Sabaudia comes esset a carceribus comunis Taurini seu liberatione *(sic)* sua liberaliter et totaliter expeditus et absque compedibus et vinculis vel custodia aliqua Dom. Jacobo Zacio quondam potestati astensi et D. Henrico de Bruxamanticis iudici et vicario D. Willelmi Zacii potestatis astensis nomine comunis astensis et Johanni de Auacio et Jacobo Bertaudo sindicis predicti communis astensis fuisset restitutus in presencia predictorum et plurium sapientum aliorum de Ast et in presencia D. Guillielmi Faure potestatis Taurini et totius consilii ad ipsius comitis petitionem more solito congregati idem D. Thomas comes ad interrogationem D. Rogerii de Pavayrolio iudicis nomine communis Taurini et omnium seu cuiuslibet de communi factam ac solempniter celebratam fecit pacem et finem et omnimodam remissionem absolucionem et pactum de non petendo ulterius prout melius potuerit predicto D. Guillielmo Faure potestati Taurini presenti ac recipienti vice ac nomine dicti communis Taurini ac omnium seu cuiuslibet de comuni de omni iniuria querela seu rancura sibi et suis a dicto comuni sive ab aliquo de dicto comuni facta et illata et de omni iure et ratione quod et quam habet vel habere visus est seu fuerat visus in Taurino sive civitate Taurini iurisdictione poderio ac contili ac districtu et dominii iure et ratione reali vel personali et contili si quid habebat vel habere visus fuerit in ponte Padi bastia Castelleti castris Collegii Alpiniani finibus iurisdictione et poderio eorundem et in omnibus acquistis factis per ipsum D. comitem vel alium pro ipso seu per D. abbatem secuziensem vel alinm ipsius abbatis nomine in predictis locis seu poderio eorumdem et de omni ratione ac iure quod et

quam habebat possidebat vel quasi in castro Caburreti finibus iurisdictione poderio et districtu vel alii pro ipso similiter et de omnibus aquaticis pascuaticis silvis molandinis sibi concessis ab aliqua persona vel personis in locis infrascriptis vel aliquo predictorum promittendo infrascripto taurinensi potestati nomine ipsius communis per stipulationem sub sua et omnium bonorum suorum obligatione et dampnorum et expensarum restitutione communi Taurini sive sindico dicti communis reddere et restituere integraliter sine aliqua diminutione omnia privilegia instrumenta cartas a quocumque sibi concessas et concessa de predictis locis et super predictis seu occasione predictorum locorum; cum inde fuerit requisitus ab ipso potestate nomine communis vel sindico communis predicti antequam recedat a civitate Astensi et ex nunc voluit quod sint cassa et vana quantum ad predicta et inutilia et pro vanis canzellatis et nullius valoris de cetero habeautur ac si unquam facta fuissent. Cassat insuper predictus Comes pro bono pacis et concordia iam dicto potestati presenti et recipienti nomine ipsius communis omnia iura omnesque actiones reales et personales utiles et directas hypothecarias atque mixtas que et quas ipse habet vel habere visus est sive habere visus fuerat in castro Montoxoli finibus poderio et districtu et omnibus iuribus et rationibus ad ipsum castrum et sibi pertinentibus et specialiter librarum D. secusiensium pro quibus habebat in pignore dictum castrum et pro libris LXXII. pro expensis faciendis pro custodia dicti castri quolibet anno constituendo ipsum potestatem nomine dicti communis procuratorem tanquam in rem suam. promixit etiam supradictus comes predicto potestati nomine dicti communis stipulanti et recipienti et cuiuslibet de comuni omnes promissiones confessiones et pacta et conventiones factas et facta ab ipso sive pro ipso versus comune vel aliquem ipsius communis nomine seu quemlibet de ipso specialiter super debitis et pro debitis solvendis ratas et illibatas tenere omni tempore et eas tenere et observare perficere et complere et dare et solvere ut in dictis promissionibus repertum fuerit contineri antequam exeat civitate astensi si de iis ab ipso commune vel alio nomine comunis vel quolibet de comuni fuerit requisitus etiam quod expediet et expediri faciet et dabit operam cum effectu quod expediantur et predicta restituantur. Vniuersa bona que homines Taurini cives et habitatores habebant seu videbantur habere in poderio ipsius comitis et fratrum seu in locis detentis seu

possessis ab eisdem vel altero ipsorum et que reperientur capta et detenta per ipsum D. Comitem vel aliquos suos homines sive coadiutores vel alios de parte ipsorum comitum a tempore sue captionis citra, tam vltra montes quam citra montes sive occasione sue captionis et quod omnes possessiones quas homines et habitatores Taurini tenent in poderio predictorum comitum seu tenebant tempore sue captionis emet seu emi faciet iusto precio et de ipso precio satisfaciet infra terminum constitutum et stabilitum per Astenses et commune Taurini et faciet et curabit et dabit operam cum effectu quod abbas Secusie pacem et finem et absolucionem faciet omnimodam de omnibus acquistis et iure et ratione et actionibus omnibus predicto potestati nomine dicti communis seu sindico si quos fecerat vel habebat in locis superius nominatis. et cum dictus comes fuerit in Ast sive etiam priusquam exiverit de Ast predicta omnia et singula ratificabit et approbabit laudabit et attendet attendi perfici et compleri si fuerit ab ipso potestate vel aliquo nomine communis requisitus vel admonitus renunciando exceptioni non facte promissionis confessionis et obligationis et cessionis predicte et quod non possit dicere dolo vel frande seu metu fuisse inductum ad predicta facienda condictioni sine causa vel ex injusta causa et omni alii iuri et legi et exceptioni quo vel qua se tueri et invari potest contra predicta vel aliquid de predictis. et hoc promisit iam dicto potestati predicto nomine attendere et observare perficere et complere sub obligatione bonorum suorum et dampnorum et expensarum restitutione. et iuramento proprio tactis sacrosanctis evangeliis et obsculatis firmavit vnde plures carte sunt uno tenore. Actum hoc in Taurino super solario Petri de Rodulfo. ad hoc fuerunt testes Henricus Calcaneus. D. Rogerius de Pavayrolio. Arnaldus Fulcus potestas. Sil. et Jacobus Baracus notarius. et Henricus Roba S. pal. notarius interfuit et hanc cartam rogatus scripsit.

*Cibrario Storia di Chieri, T. II. p. **110**. ex libro rubeo civitatis Cherii, fol. CIII. b.*

445. **1257. Februarii 28.**

Charta Ypothecæ, factæ per dominos, Rodulphum Comitem Grueriæ et Petrum filium ejus, Petro de Sabaudia, quartæ partis decimæ magnæ loci et parroechiæ de Villa iuxta Villam de Jussieu, pro quinquaginta libris Lausann. Comiti Grueriæ mutuætis a dicto Petro de Sabaudia. Actum feria

IVª post vetus Carnisprivium, Anno Dom. Mº. CCº. Lº. sexto. *(Styli incarn.)*

Invent. Waudi, Fasc. I. Conv. II Ch. Nº. 13.

446. **1257. Februarii 28.**

Rodolphus Comes Grueriæ, et Petrus filius ejus, promittunt Petro de Sabaudia warandiam pro quarta parte decimæ majoris parroechiæ de Villa, quam illi dederant in hypothecam. Actum, feria quarta post vetus Carnisprivium Anno Dom. M. CC. quinquagesimo sexto. *(Scil Styli incarnat.)*

Invent. Waudi, Fasc XXXIX. Tit. Villa. Nº. 1.

447. De donationibus Hartmanni Comitis de Kyburgo, Margaritæ Comitissæ factis. **1257. Martii 24. Kyburg.**

Promittit Hartmannus Comes junior de Kyburg, se observaturum fore religiose, omnes donationes Hartmanni senioris, Comitis de Kyburg, patrui sui, factas uxori ipsius Margarethæ tam ratione proprietatis quam ratione dotis vel usufructus, sub poenis in donationibus illis præscriptis. Appendent sigilla Hartmanni junioris, Comitis de Kyburg, Eberhardi, Episcopi, Constantiensis, Bertholdi, Abbatis S. Galli et Bertholdi Abbatis Augiæ divitis.

Invent. Matrimon. Fasc. I. Matr. Margar. Nº 19.

448. Epitaphium Beatricis, Comitissæ Sabaudiæ.

1257. Aprilis 8. Altecumbæ.

Illustrissima et venerandissima Domina Beatrix de Gebennis Comitissa Sabaudie et Domina de Narembors Parens Comitum Sabaudie hinc inde dormientium hic dormit. Obiit sexto Idus Aprilis Anno MCCLVII.

Chron. Pingonii, fol. 354 verso, cum citatione margini inscripta: «Ex inscriptione Altæcumbæ.»

448. a. Acta venditionis Advocatiæ Vivisci, a Comite Grueriæ, Petro de Sabaudia factæ. **1257. Aprilis 30, Maji 1.**

a. Procuratio Rodulphi, Comitis Grueriæ pro venditione facienda Advocatiæ de Viveys, Petro de Sabaudia. II Kalend. Maji. Anno domini Mº. CCº. Lº. septimo.

Index feudor Waudi, Fasc. I. Conv. II. Ch. Nº. 71.

Rudolphus, Comes Grueriæ, consentientibus Guillermeta uxore et Petro primogenito illius, vendit Petro de Sabaudia Avoeriam de Viveis, et infra aquas, que Vivesia et Baia dicuntur, et a lacu usque ad Castrum de Fruentla; et Vice-

comitatum et Majoriam dependentes a dicta Avoeria, et que recognoscebantur de feudo dicti Petri de Sabaudia, precio quadringentarum et viginti librarum Lausanuensium, habitis per manum Hugonis de Grandimonte Castellani Chillionis nomine Petri de Sabaudia. In festo Philippi et Jacobi Apostolorum Anno Dom. M°. CC°. L°. septimo.

Invent. Waudi, Fasc. XXXVIII. Tit. Vevey. N°. 2. Zibald Ping.

b. Rodulphus, Comes Grueriæ, scribit relictæ Rodulphi, domini de Orons, se vendidisse advocatiam de Viveys Petro de Sabaudia, mandatque dictæ dominæ de Orons, ut recognoscat dictum dominum Petrum, ratione istius venditionis. Actum in festo Philippi et Jacobi, Anno Dom. M°. CC°. quinquagesimo septimo.

Inv. Waudi, Fasc. I. Conv. N°. II. Ch. N°. 60.

c. Rodolphus Comes Grueriæ promittit Petro de Sabaudia, se defensurum contra Comitem Gebennensem Avoeriam de Veveys, quam ipse Rodolphus vendiderat dicto Petro; et sigillum suum *(cum grue)* appendet his litteris. Mense Majo, Anno Dom. MCCLVII. *Zibald. Pingonii.*

d. Rodolphus Comes Grueriæ promittit Petro de Sabaudia, indemnitates pro omnibus damnis, quæ illi erogare possint de acquisitione Advocatiæ de Viveys. Mense Majo, Anno Dom. M. CC. L. VII.

Ind. feud. Waud. Tom. II. pag 390. N°. 1.

e. Rodolphus Comes de Grueria promittit Domino de Blonay pro Domino Petro de Sabaudia, ut sibi daretur, quantum „supra plus" valebit Advoeria de Viveys, quam dictus dominus de Blonay vendiderat ipsi Petro de Sabaudia precio ducentarum librarum. Actum Mense Maji, Anno Dom. M°. CC°. L°. septimo. *Zibald Pingonii.*

449. ***Permutatio Comitissæ Sabaudiæ (B, vel C, vel S?) cum Priore Burgeti.*** **1257. Maji 3. Petræcastelli.**

B (vel C, vel S?) Comitissa Sabaudiæ et Marchionissa in Italia, et Prior Burgeti permutationem faciunt hominum ligiorum. Cedit Comitissa Wullielmum Fernier, hominem suum, qui supra terras Prioris venerat, illic uxorem duxerat, et homo Prioris factus erat: Prior e contra cessit Wullielmum de S. Albano, qui super terris Comitissæ uxorem duxerat, et illius homo factus erat. Actum Petræ Castelli, in festo inventionis S. Crucis. *Zibald. Ping. Pingon. Chron. fol. 355.*

450. **1257. Maji 15. Westmonasterii.**

Regina (Angliæ) et P. de Sabaudia dederunt Regi sex millia marcas pro custodia terrarum Roberti de Ferrar' filii et heredis Willelmi de Ferrar' Comitis Derby, usque ad eius legitimam ætatem, apud Westm. 15. Maji.

Calendar. rotùlor. patent. 29.

450. a. **1257.**

Ratihabitio Henrici Regis, venditionis custodie castrorum et terrarum Roberti, filii et hæredis Willielmi de Ferrars, quondam Comitis de Derby, quam custodiam vendiderat Edwardus, primogenitus Regis Alienoræ Reginæ, matri suæ, et Petro de Sabaudia.

Ex Arch. turr. Londin. XLI Henr. III. memb. 7. excerptum in Ms. communicatum.

451. *Communiacum, Petro de Sabaudia cessum, a Monasterio S. Mauritii.*

1257. Maji 29. ap. S. Mauritium Agaunensem.

Abbas et Conventus Monasterii S. Mauritii Agaunensis, promittunt Petro de Sabaudia, Advocato et protectori suo, quod cederent ei, contra censum annuum viginti quinque librarum Maurisiensium, omnia jura et possessiones dicti Monasterii, in Cumignie, in parrochia S. Lupi, et apud Versoyam. Actum apud S. Mauricium Agaun. Feria III post Pentecosten, Anno Dom. M. CC. LVII.

Invent. Waud. Conv. 4. N°. 11. Docum. mon. Sig 200. Aut. in Archivo. S. Mauritii Agaun.

452. *Pax Thomæ de Sabaudia Comitis cum Civitate Astensi.*

1257. Maji 31.

Anno Domini Milleximo ducenteximo quinquageximo septimo Indicione quinta decima die Jovis vltimo mensis madii in pleno consilio civitatis astensium. Hec est pax facta iurata et firmata inter dominum Thomam de Sabaudia Comitem ex una parte et comune astensium siue dominum Henricum de bruxamaticis iudicem et vicarium domini Jacobi Zazi potestatis astensium nomine ipsius comunis ex altera. In primis vult dare et facere infrascripta, Dominus Thomas de Sabaudia comuni astensium pro pactis et conventionibus habitis inter ipsos, siue eius nuncios ex vna parte et comune astense ex altera. In primis illa duo castra domini Jacobi Marchionis de Carreto et filium eius secundum quod continetur in pactis et

conuentionibus inde factis et que inferius scripta sunt, ita quod custodiantur ad uoluntatem comunis astensium secundum quod tractatum est. Item castrum et locum Mercurolij cum pertinentijs uel loco eius castrum et locum ville franche cum omnibus suis pertinenciis. Item castrum et locum Carmagnole cum perttnenciis vel loco eius castrum Revelli et locum cum pertinenciis. Item Castrum et locum Cabureti expeditum ab omni vinculo obligationis et castrum et locum Caburri de plano et castrum et locum Cumacianne cum pertinenciis predictorum castrorum talimodo quod si predictus Comes dederit castrum et locum Cargnani in forcia et virtute comunis astensis quod de predictis tribus castris proxime dictis duo restituantur ipsi comiti que placuerint communi astensium. Que omnia Castra custodiantur et custodiri debeant pro comuni astensium ad expensas dicti Comitts et per illos quos voluerit comune astensium. Item duos filios legitimos dicti domini comitis primogenitos. Item viginti ost*agios* de melioribus et dicioribus terre dicti comitis, quos eligere uoluerit comune astense *quem* filii et *ostagii* debeant custodiri ad expensas dicti comitis in forcia et virtute comunis astensium. Item faciet quod ambaxatores domini Regis et domine Regine Franchorum dabunt comuni astensium literas quas apportauerunt ex parte Regis et Regine pro expeditione hominum de Ast, et quod litere et petitio de decem milibus libris, quas petit domina Regina Francie cassentur et irritentur et non petantur a comuni de ast vel hominibus de ast et quod littere ille quibus continetur quod comune debet absoluere omnes barones de vltra montibus de eo quod fecerunt contra homines de Aste non ualeant nec teneant nisi prius astensibus restitutis et aliis eorum Seguacibus sicut in pactis continetur. Spondet comes de decem milibus libris facere uoluntatem comunis astensium. Super literis tractabit cum sapientibus astensium tractatum et concordatum est quod dominus Vgo (Dux) burgundie faciet suas literas obligatorias cum Sigillo pendenti quod faciet et curabit, quod vsque per totum augustum comune ast habebit literas domini Regis et domine Regine missas et oblatas per suos ambaxatores uel meliores et ipsum comune astense dabit literas quas petunt dicti ambaxatores de pace et fine, cum adiunctione tali si persone et res hominum astensium et aliorum de quibus tractatum est fuerint restitute. Item dabit literas domini Pape pro expeditione hominum de Ast secundum quod tractatum est. Item curabit sic quod vnus Cardinalis siue legatus et

specialiter dominus Octobonus uel alius sufficiens ibit ultra montes in Franciam, et quolibet loco vbi necesse fuerit pro hominibus de Ast et aliis eorum Seguacibus expediendis, et quod eos faciet expediri sine aliquo dispendio hominum de Ast pro legato faciendo, si per ipsum Comitem non possent expediri. Item faciet et curabit sic cum rege et regina franchorum et aliis baronibus et aliis personis quod homines de Ast et personis et rebus secure recedent, venient, stabunt et ibunt sine impedimento vbicunque vltra montes secundum quod tractatum est donec expediti fuerint in personis et rebus et ad domos reuersi fuerint. Item faciet predictus Comes quod dominus Petrus et omnes Comites de Sabaudia tam clerici quam Layci atendent et obseruabunt et confirmabunt omnia predicta et infrascripta et pacta et conuentiones facta et habite inter comune de Aste et suos coadiutores ex vna parte et dictum Comitem et suos nuncios ex altera. Eodem modo faciet de domino Rege, et domina Regina Franchorum. Item dictus Comes quam cito rellaxatus fuerit de Aste ibit personaliter vltra montes et in Franciam et per omnia loca vbi necesse fuerit ad expediendum et disbrigandum et omnes et singulos homines de Aste cum rebus suis et alios cum eorum rebus de quibus tractatum est in pactionibus et omnes alios vniuersos de parte astensium. Quam expeditionem et disbrigationem faciet et fieri facere teneatur vsque per totum augustum. Intelligatur de omnibus captis et arrestatis in rebus et personis ab vno anno vltra quam guerra presens fuerit incepta et ab eo tempore citra intelligit*(ur)* Comes expedire vsque ad dictum terminum in avere et personis qui sunt impediti apud parisius et apud trexium et per campaniam et super aliis ordinabit terminum et Jurauit quod ibit et expediet omnes quam cito poterit non expectato aliquo termino. Insuper dominus Vgo dux burgundie ad maiorem cautelam promittet Comuni Astensium et incontinenti promisit sic facere et curare quod predicta omnia et singula tractata et ordinata vt dictum est supra atendentur et obseruentur in omnibus ut predictum est et quod faciet litteras sue promissionis eius sigillo pendenti roboratas, et eas dimitet et dabit comuni astensium et si predicta non attenderentur ut supra ipse dominus Dux promitet et in ibidem promisit personaliter venire et stare apud laudinum nec inde discedere donec predicta fuerint penitus obseruata et completa ad expensas dicti domini ducis et hec siue requisitus fuerit predictus dominus dux quod predicta non fuerint observata siue

non, et ibidem predictus dominus dux obligauit se ad observandum predicta sub pena librarum decem milium turonensium. Et hec omnia predicta et singula predictus dominus Thomas de Sabaudia Comes Jurauit supra sancta Dei euangelia atendere et atendi facere saluis omnibus pactionibus et conuentionibus cartis et tractatibus *habite* et *habiti* inter *comunem* astensium ex vna parte et ipsum comitem uel eius nuncios ex altera. Actum super palatio comunis astensium. Item dominus Jacobus Dei gratia abbas Secusie et dominus vmbertus de Montemeliano, uoluntate ipsius Comitis Jurauerunt omnia predicta atendere et atendi facere et dare operam cum effectu quod atendantur et compleantur. Testes et presentes ibi erant dominus Vgo dux burgundie dominus Jacobus Dei gratia abbas Secusie dominus Jacobus marchio de carreto dominus umbertus de Montemeliano dominus Nichlolaus de Flesco dominus ombertus de platea baitamons potestas dominus Thomas de Becariis dominus VV de Crene potestas populi astensium, dominus Jacobus pellata mayfredus pelleta laydus testa bocius de platea et multi alii in pleno consilio.

Tractatus pacis et conventiones et pacta que salue debent esse ultra predictam pacem sunt isti quorum tenor talis est.

Sequuntur hoc ordine, et eiusdem instrumenti partes efficientes, chartæ hæc:

Die dominico quinto mensis Nouembris, etc.

Die Mercurii XIIII mensis Februarii in Ast in palacio ecclesie de domno etc.

Die lune XXV mensis Junii in palatio Communis Astensium in pleno Consilio etc.

Item die dominico tercio mensis Junii super palatio Comunis Astensium, etc.

Finis totius Instrumenti, huic ultimæ Chartæ annexa, hæc:

Et ego Jacobus de Nanteis Notarius Hiis omnibus interfui et sic scripsi vltra ea que in alia Carta continentur.

Ex indice Chartarum Astensium, Fasc 1.

453. Traditio castrorum nonnullorum Comitis Thomæ Astensibus facta, pro Securitate pactorum. 1257. Junii 3.

Item die dominico tercia mensis Junii super palatio comunis astensium, testes Mayfredus de Sibona boconus mucius Robaldus Otinus Raxonus Asinarius in pleno consilio statuerunt uoluerunt et ordinauerunt credendarij saluis omnibus tractatibus pactis et conuentionibus pacis habite cum ipso

Comite uel eius nunciis, de uoluntate Comitis qui tale scriptum porexit Comuni astensium, quod dominus Guillelmus Scarampus custodiat castrum reuelli et habeat et habere debeat salarium duodecim custodum quod salarium est duodecim denariorum pro cliente quolibet atque die uel secundum quod melius poterint et ei iussum fuerit in numero guardiarum et expensis quod castrum uille franche debeat custodire Jacobus bertiamus et debet habere salarium XIj clientum vel secundum quod melius poterit et ei iussum fuerit in numero guardiarum et in expensis quod Castrum Caburri debeat custodire baldonus de Sancto Johanne et debet habere salarium XIj clientum uel secundum quod melius poterit et ei iussum fuerit in numero guardiarum et in expensis quod Castrum Cumbenianne debeat custodire Johannes de Solario et debeat habere salarium decem Custodum uel secundum quod melius poterit et ei iussum fuerit in numero guardiarum et in expensis. Quod Castrum Cabureti debeat custodire Roffinus Rotarius et debet habere salarium decem Custodum uel secundum quod melius poterit et ei iussum fuerit in numero guardiarum et in expensis, et sic petit idem Comes et est eius uoluntas quod dicti Castellani iurent ad sancta Dei Euangelia dicta castra integre reddere et restituere sine mora Comiti predicto uel eius nuncio si contingeret quod idem Comes non liberaret *(ur)* ab Ast pro eundo in francia sicut tractatum est quam cito tradiderit castra predicta et fecerit securitates Jacobi de Carreto et ostagia dederit sicut est ordinatum et rursum quam cito expedierit negocium in Francia, et alibi prout tractatum est inter ipsum Comitem et *(comune)* astensium, debeant eodem modo sibi reddi et restitui dicta Castra et omnes securitates filii et ostagia absoluantur. Item tenentur eidem reddere astenses castrum reuelli in canbium Carmagnolie id est quam cito eis tradere poterit Carmagnoliam de quo Castellanus qui ibi fuerit teneatur et notifficat idem Comes quod ex nunc constituit suum nuncium dominum Rostagnum de Rupecula ad recipiendum nomine ipsius comitis castrum reuelli quam cito contingeret ipsum castrum restitui pro cambio Carmagnolie uel alio modo sicut superius dictum est castrum reuelli debet restitui nomine Comitis domino Rostagno uel eius nuncio si castrum Carmagnolie datum fuerit uel negocium fuerit expeditum ut *contra* (supra) dictum est. Item quod dicti Castellani Jurent et promittant quod predicta Castra et loca custodient et saluabunt pro Comuni Astensi et ea restituent et dabunt in forcia Co-

munis Astensium ad voluntatem potestatis et Comunis Astensium si Comes predictus non attenderit et obseruaverit et atendi et obseruari fecerit omnia et singula que tractata sunt cum eo nel eius nunciis pro communi astensium ut in tractatn pacis continetur et ex nunc dicti Castellani jurent et promittant ipsa castra et loca habere et tenere nomine comnnis astensium et pro ipso comite. Item vult Comes, quod Castellani teneantur dare forciam nunciis ipsius Comitis et Castellanorum qui erant in ipsis Castris ad percipiendum fructus et reditus ipsorum castrorum saluo eo quod ipsi Castellani primum soluantur de ipsis fructibus et redditibus de eo quod habere debuerint pro custodia et expensis ipsorum castrorum. Et ego Jacobus de Nanteis Notarius hiis omnibus interfui et sic scripsi vltra ea que in alia Carta continentur.

Chartæ Astenses, Fasc. I.

454. *Saluus conductus datus Johanni de Brienna Scotiam petenti per Angliam, ad preces Petri de Sabaudia.* **1257. Junii 6. ap. Westmonasterium.**

Henricus rex Angliæ Johanni de Brienne filio regis de Jerusalem, buticulario Regis Franciæ, dicto Johanni de Acra, et Mariæ de Coucy, uxori ejus, relictæ Alexandri qnond. Regis Scotiæ, salvum conductum per Angliam concedit, ut Scotiam adire possint ad intercessionem, et instantem rogatum Petri de Sabandia non obstante exemplo pernicioso Regis Franciæ, qui negat transitum terrarum suarum iter facientibus ex Anglia ad fratrem regis Angliæ scil. Regem Romanorum. Conductui vero illo, ad preces Petri de Sabaudia concesso, adjungit Rex conditionem juramenti prædictorum Johannis et Mariæ, „quod nichil per vos aut vestros, nobis aut regno nostro seu regi vel reginæ Scotiæ, filiæ nostræ, aut eorum consilio, quod cum eis posuimus, ... aliquid damnosum aut grave inferretis aut inferre procurabitis.“ etc.

Rymer I. II. 27a. Foedera I. 357.

455. *Potestas Henrici III, tribus legatis data, tractandi de pace cum Rege Franciæ, de consilio Petri de Sabaudia.* **1257. Junii 22. ap. Westmonasterium.**

Henricus Rex dat potestatem tractandi pacem cum Rege Franciæ, cum consensu Edwardi primogeniti sui, W. Wigorn. Episcopo, Hugoni le Bigod, et fratri Adæ de Marisco, „de assensu et consilio Simonis de Monteforti, comitis Leycestriæ et Petri de Sabaudia“, etc. ratum habituri et firmum, quidquid

ipsi, Episcopus, Hugo et Adam, vel duo ipsorum... Mediante consilio predictorum Comitis et Petri... nomine nostro.... duxerint faciendum. Apud Westmonasterium XXII die Junii, regni Hen. III. Quadragesimo primo.

Rymer I. II. 27a. Foedera I 358.

455. a. **1257. Junii 22. ap. Westmonasterium.**

Henricus Angliæ Rex scribit Ricardo Rom. Regi fratri suo, se Wigorniensi episcopo, Hugoni le Bigod, et fratri Adæ de Marisco, commisisse potestatem ad tractandam pacem cum Rege Franciæ, quæ diu est prolocuta, per consilium comitis Leicestriæ et Petri de Sabaudia, quos similiter ad partes illas transmittimus. Apud Westmonasterium XXII die Junii, anno Henr. III quadragesimo primo.

Rymer I. II. 28a. Foedera I. 358.

456. Pactum de traditione aliquot Castrorum a Comite Thoma Comuni Astensium facta, in pretium liberationis ipsius de captivitate et in securitatem observationis pactorum præcedentium. **1257. Junii 25.**

Die lune XXV° Mensis Junii in palatio Comunis Astensium in pleno Consilio, Testes Maxonus Asinarius, berardus de platea Ombertus Garius Raynerius bertaldus Rodulfus de Castagnolis Infrascripta ult dare et facere dominus Comes Comuni Astensium ultra omnes conuentiones et pactiones que tractate sunt et fuerunt inter Comune Astense.. ex vna parte et ipsum Comitem et ejus nuncios ex altera, et saluis omnibus pactis et conuentionibus factis Juratis et habitis inter ipsum Comitem ex vna parte et Comune Astensium ex altera in presentia domini ducis burgundie. In primis vult dare castrum Gorgiani cum pertinenciis in forcia et virtute Comunis Astensium tali modo quod si infra viginti dies postquam fuerit vltra padum uel saltem per totum augustum dederit castrum Carignani cum pertinenciis suis in manibus Johannis de Solario pro comuni Astensium ad modum et formam aliorum castrorum dictum castrum gorgiani debeat restitui dominis de Gorgiano, quod Castrum Gorgiani debeat custodiri per dominum balduinum de Solario uel per dominum berardum de Solario siue per palmerium eius filium iussu et mandato ipsius berardi uel per dominum Jacobum pelletam ad modum et formam aliorum castrorum que data sunt uel dari debent pro pactis et conuentionibus obseruandis, Tali modo quod Castrum Cargnani non possit impediri uel retineri pro aliquo tractatu,

qui factus fuisset cum abbate Secuxie nec aliqua alia de causa nisi pro supradictis causis. Item dictus Comes uult soluere omnia debita que de nouo dare debet omnibus ciuibus astensibus de debitis antiquis vult satisfacere ad uoluntatem creditorum, et si satisfacere non poterit vult quod predicta castra et alia castra data et concessa comuni astensium pro pactis et conuentionibus atendendis custodiantur et retineantur donec fuerit satisfactum creditoribus memoratis. Item vult soluere Comuni Astensium et hominibus de taurino ante quam recedat de Aste omnia debita in quibus sunt obligati pro ipso Comite Johannes de Solario Roffinus Rotarius boneffacius cabutus et alii ciues astenses obligati pro eis tam in taurino quam in ast secundum quod judicatum fuerit per *comunem* astensium uel per alium uoluntate comunis consilii dominorum Onberti de platea Jacobi pellete de dictis debitis persoluendis predicto Comuni et hominibus taurini. Item soluere debita *confessata* per ipsum Comitem de terris uero et possessionibus, fictis redditibus et pedagiis et aliis debitis vult satisfacere et fieri satisfacere comuni et hominibus de taurino secundum quod sunt et erunt estimata uel iudicata ita videlicet quod comune et homines taurini faciant illud idem uersus Comitem et homines eius terre secundum quod estimata fuerint et iudicata et pro hiis omnibus atendendis vult et concedit quod dicta castra retineantur quousque predicta fuerint obseruata. Item debet potestati astensium libras quadringentas astenses antequam discedat ab aste pro suo tredeceno. Hoc acto expressim in principio in medio et in fine quod predicta fient saluis omnibus pactis et conuentionibus factis et habitis inter Comune astensium ex vna parte et dictum Comitem uel eius nuncios, ex altera.

Invent. Chartar. Astensium, Fasc. I. Arch. Camerale Taur.

457. *Edmundi, pro rege Siciliæ sese gerentis, procurationes Petro de Sabaudia unâ cum tribus aliis collatæ, pro obtinendis melioramentis conditionum a Papa sibi et Regi Henrico impositarum.* **1257. Junii 26. Windsor.**

Edmundus, Dei Gratia, Siciliæ Rex, scribit Alexandro IV. P. M. se constituisse procuratores suos et nuncios speciales, R. Tarantas. Archiepiscopum, Simonem de Monteforti, comitem Leycestriæ, Petrum de Sabaudia et Joh. Maunsell, de auctoritate et mandato Henrici Regis, patris sui, ad petendum a Pontifice, meliorationem et reformationem conditionum concessionis Regni

Siciliæ. Ratum habiturus quidquid per illos nuntios, vel per quemlibet eorum in solidum pertractum foret: apposita bulla aurea, actum est, die XXVI^a Junii, anno M°. CC°. L°. VII°, „et anno Regni nostri secundo."

Rymer I. II 28. Foedera I. 359.

458. **1257. Junii 26. Windsor.**

Manifestum Henrici Regis Angliæ, se, nomine ipsius et Edmundi filii sui, procuratores et nuncios speciales constituisse, ad componendum cum ecclesia Romana super negotio regni Siciliæ, et ad mutuum recipiendum, ven. patrem R. Tarantas. Archiepiscopum, Simonem de Monteforti Comitem Leicestriæ, Petrum de Sabaudia et Johannem Maunsell Thesaurarium Eborum, ad omnia facienda, que illis injunxerat „expedienda in curia Romana," etc. Actum Windsoræ die XXVI Junii, anno regni nostri XLI°.

Rymer I. II. 28. Foedera I. 359.

459. Litteræ credentiæ Henrici III, pro legatis ad sedem apostolicam a filio Edmundo missis.

1257. Junii 26. Windsor.

Rex Henricus Alexandro Pontifici: se, suo proprio et Edmundi filii nomine, procuratores constituisse, ad tractandum cum Ecclesia Romana super negotio Regni Siciliæ, ven. pat. R. Tarantas. Archiepiscopum, Simonem de Monteforti, Com. Leycestriæ, Petrum de Sabaudia et Joh. Maunsell, thesaurarium Eboraci, etc. Datum Windesoræ, die XXVI Junii, anno regni nostri XLI°. *Rymer I. II 28.*

460. **1257. Sine die nec loco.**

Instructio Regis Henrici, Simoni Comiti Leicestriæ et P. de Sabaudia, procuratoribus suis et Edmundi filii in curia Romana data. „Si domini comes Leicestriæ et P. de Sabaudia vadant ad curiam, ipsi plenam secum deferent potestatem ordinandi de toto negotio. Si ipsi non vadant et alii transmittantur, dominus Rex, filii sui ac totum ipsius consilium in has vias consentiunt." Scil. Ut conditiones a Papa Regi et Edmundo impositæ tollantur omnino, ut nimis onerosæ. Si vero Papa non vult consentire, tractetur cum Manfredo de conditionibus cessionis, vel partitionis regni cum Edmundo etc.

Rymer I. II. 29a. Foedera I. 360.

461. *Henrici III litteræ credentiæ ad Papam, pro quatuor legatis, renunciationem Edmundi in coronam Siciliæ Romam deferentibus.* 1257. Junii 28. Windsor.

Summo Pontifici et ven. cœtui Cardinalium, Henricus Rex Angliæ salutem. Noverit vestra paternitas Rev. quod nos Ven. pat. Tarantas. Archiepiscopum, Simonem de Monteforti, comitem Leicestriæ, Petrum de Sabaudia et Johannem Maunsell thesaurarium Eborum, nostro ac dilecti filii nostri Edmundi nomine, procuratores nostros constituimus et nuncios speciales. Dantes eis plenam et liberam potestatem, ac speciale mandatum renunciandi regno Siciliæ, nobis et dicto Edmundo ab apostolica sede concesso, si viderint expedire, ratum habituri et firmum quicquid ipsi vel duo ipsorum, nomine nostro et dicti Edmundi filii nostri super hoc duxerint faciendum. In cujus rei test. etc. T. R. apud Windsor, XXXVIII die Junii regni nostri XL° primo.

Rymer I. II. 29a. Foedera I. 359.

462. *Potestas Henrici, Comiti Leicestriæ et Petro de Sabaudia data, ad tractandum cum Pontifice de moderatione conditionum et de renunciatione Edmundi in regnum Siciliæ.* 1257. Junii 28. ap. Rading.

Henricus Rex, Simoni comiti Leicestriæ et Petro de Sabaudia. Mittit illis clericum suum Artaldum de S. Romano, cum diversis litteris ex ordinatione Mag. Rostandi confectis, pro Papa et Cardinalibus, spectantes, aut ad meliorationem conditionum Papæ, aut ad renunciationem Edmundi in regnum Siciliæ, cum triginta octo cedulis albis, signatis vel aurobullatis ipsius Regis et amborum filiorum illius, quorum usus præscribitur Simoni et Petro secundum eventum, dicendo: „si personaliter ad curiam iveritis, quod petimus modis omnibus, pro munere speciali: alioquin, quod absit, prædictas cedulas dampnatas nobis remittatis, etc.“ Teste meipso apud Rading, XXVIII die Junii, anno Regni nostri XLI°.

In nota Rymeri adjicitur, transmissum fuisse Simoni et Petro privilegium Innocentii Papæ, quo donatum erat regnum Siciliæ Edmundo, cum mandato, ut, si idem Simon et Petrus adirent Curiam Rom. deferant dictam bullam donationis secum Romam: et si non irent personaliter, remittant illam Regi per prædictum Artaldum.

Rymer I. II. 29. Foedera I. 360.

463. **1257. Mense Junio.**

Potestas Henrici Regis Angliæ, collata Simoni Comiti Leicestriæ et Petro de Sabaudia, tractandi suo, filiique sui Edmundi nominibus, de negotiis ad regnum Siciliæ spectantibus Data anno 41 Hen. III. Mense Junio.

E Turri Londinensi, in Epitome Msc. transmissa Charta, a dno. Franc. Paltgrave.

464. **1257. Julii 5. ap. Wudestoke.**

Henricus Rex mittit mag. Rostando et Arnaldo de S. Romano, per Alex. de Valeynes, clericum cancellariæ, Innocentii IV P. M. privilegium donationis regni Siciliæ pro Edmundo, sicut ipse Rostandus, et Petrus de Sabaudia consuluerant. Et deferre jubentur Rostandus et Artaldus istud privilegium Simoni comiti Leicestriæ et prædicto P. de Sabaudia, ut, casu quo personaliter adirent curiam Rom. sicut illis nuper injunctum erat, tradatur eisdem ad secum illic portandum: si vero prædicti Dui. curiam Rom. personaliter non adirent, referre Regi dictum privilegium jubetur Artaldus Wudestoke, V die Julii, A. R. Henr. III, XLI°.

Rymer I. II 30. Foedera I. 361

464. a. **1257.**

Protectorium Regium pro Petro de Sabaudia et bonis ejus in Anglia, donec reverteretur e partibus transmarinis, ad quas a Rege missus profectus erat.

Ex Arch. turris Londin. Hen. III. a. 41. memb. 12.

465. **1257. Julii 18. Agauni.**

Iterata sponsio Abbatis et Conventus S. Mauritii Agaunensis, tradendi Petro de Sabaudia, nomine permutationis, pro reddito annuo viginti quinque librarum Mauris. domum et jura dicti Monasterii in Cumignie, omnia, quæ istud possederat in parocchia S. Lupi, et quicquid habuit apud Versoyam.

Inv. Bar. Waudi, Fasc. I. Docum. etc. 200.

466. **1257. Julii 20. Wodestoke.**

Legatio Henrici Regis Angliæ in Scotiam, ad sedandas dissensiones ibi obortas inter Alexandrum Regem, generum Henrici, et quosdam Magnates Regni Scotiæ. Legatorum nomina, S. *(Sewalus)* Archiepiscopus Eborum; W. *(Walterus, de Kirkeham)* Episcopus Dunelmensis, R. de Quincy Com. Winton. B. Prior Dunelmensis, Johannes Maunsell, præpositus

Beverlaci, Gilbertus de Preston, et Willielmus Latemer. Die XX Jul. A°. Regni Henrici III Regis, XLI°.

Rymer I. II. 31. Foedera I. 362.

467. 1257. Julii 24. ap. Poessi.

Willelmus Bigorey ecclesiæ minister rogat Abbatem Athanacensem (Aisnay) ut decisionem in causa inter illos duos ex una, et Willelmum de Bellocampo ex altera parte vertente, velit deferre a Cardinale Cajetano ad dom. Thomam de Rossillion Clericum nobilis viri dom. Petri de Sabaudia.

Invent. Sab. Fasc. I. Convol. 4. Charta 97.

467. a. 1257.

Thomas de Rossillione, Clericus Petri de Sabaudia, mittitur ad Abbatem Athanacensem pro quibusdam processibus.

Zibaldone Pingonii.

468. *Concambium bonorum in Commugny, inter Abbatem Sancti Mauricii Agaunensis et Petrum de Sabaudia.*

1257. Septembris 29. Chillone.

Nos N. abbas totusque conuentus S. Mauricii agaunensis, nosque Petrus de Sabaudia notum facimus uniuersis presentes litteras inspecturis quod nos predicti abbas et conuentus pro magna et euidenti utilitate monasterii permutamus et permutationis titulo assignamus illustri viro domino P. de Sabaudia principi et aduocato nostro recipienti pro se et heredibus siue assignatis suis domum nostram de Cumignie sitam in diocesi gebennensi et quicquid habemus in parochia Sancti Lupi et apud uersoyam etc. Nos vero memoratus P. de Sabaudia res equales immo longe eis vtiliores uice mutua eis dare uolentes pro supradictis assetamus, pro nobis et heredibus siue assignatis nostris eisdem abbati et conuentui et perpetue permutacionis titulo assignamus XXV libras maurisienses annui redditus, certis temporibus per Castellanum Castri Chillionis percipiendas super redditibus in Urseriis et Intermontibus. Datum et actum apud Chillonum, anno domini M°. CC°. L°. septimo III Kal. Octobris.

Autogr. in Arch. Abbatiæ S. Maurilii Agaun. cum initiali nominis Abbatis H. Erat autem tunc Abbas Agaunensis Nanthelmus. Invent. Waudi, Fasc. I. Convol. II. N°. 2 cum nomine Abbatis, Nanthelmo. Doc. Sig. e Mon. pag. 198.

469. *Petrus de Sabaudia assignat Castellanum Chillionis, ut solvat Monasterio Agaunensi pretium permutationis villæ de Commugny.* **1257. Septembris 29. Chillon.**

Petrus de Sabaudia Karissimo suo. Castellano Chillionis, qui pro tempore fuerit salutem et amorem eius. Cum nos in recepto nostro de Bagnis duodecim libras mauricienses et recepto nostro de Orseriis tredecim libras mauricienses perpetuo percipiendas assignauerimus. Abbati et conuentui S. Mauricii agaun. in excambium domus sue de Cumigens nobis assignate ab eis, vobis precipiendo mandamus quatenus receptores vel debitores dictorum receptorum ad soluendas dictarum pecuniarum quantitates predictis abbati et conuentui compellatis, cum ab eisdem super hoc fueritis requisiti. In cuius rei testimonium uobis mittimus has litteras nostras patentes. Datum apud Chillon anno domini MCCLVII. tertio Kal. Octobris.

Pendet Sigillum Petri.

Autent. in Arch. Abbatiæ S. Mauritii Agaun. Docum. mon. e Sig. pag. 200.

470. **1257. Octobris 1. S. Mauritii Agaun.**

Abbas et Conventus S. Mauritii rogant Aymonem, Episcopum Gebennensem, ut confirmet permutationem domus fortis de Cumignie et bonorum apud S. Lupum et Versoyam, factam inter dictum monasterium et Petrum de Sabaudia. Actum Agauni in monasterio, Kalend. Octobris A. D. MCCLVII°.

Invent. Duc. Sabaud. Fasc I. Convol 2. Ch. 69.

471. *Aymonis (de Grandisono) Episcopi Gebennensis, ratihabitio permutationis Communiaci, inter Abbatiam Agauni et Petrum de Sabaudia.*

1257. Mense Octobris. ap. Teyz.

Aymo, D. Gratia, Gebennensis Episcopus, uniuersis, etc. Permutationem factam inter ill. virum, dom. Petrum de Sabaudia ex una parte, et Relig. viros Abbatem et Conventum S. Mauricii Agaunensis ex altera, super rebus et juribus universis de Cuminiaco nostre diocesis ad idem monasterium pertinentibus, pro quibusdam aliis rebus sibi utilioribus nomine permutationis datis et assignatis eisdem, laudamus, approbamus, et nostrarum presentium litterarum patrocinio confirmamus. Datum apud Teyz, Anno dom. M. CC. L. VII. mense Octobris.

Invent. Contract. Princip. Sab. cum Archiep. et Episc. Fasc. I.

472. 1257. Novembris 7.

Johannes Episcopus Lausannensis dat licentiam Petro de Bioley domicello ut faciat homagium ligium et fidelitatem Petro de Sabaudia.

Inv. Waudi, Fasc. I Conv. II. Charta 70.

473. *Pactum Thomæ de Sabaudia cum Astensibus.*
1257. Novembris 17. Carmaniolæ.

Pactio solemniter jurata inter Thomam de Sabaudia Comitem, nomine tam ipsius, quam domini Emanuelis Comitis de Blandra et aliorum confoederatorum suorum ex una parte; et Potestasem Astensem, tam nomine istius Communis, quam civitatis Taurinensis et dominorum de Plozasco, ex altera, ut observentur treugæ, inter ambas partes conditæ, et prolongentur in dies quindecim. Actum Carmaniolæ, XV Kalend. Dec. A°. MCCLVII°.

Invent. Chart. Astensium, Fasc. I.

474. 1257. Decembris 13.

Hugonetus, filius Hugoneti de Dorcho miles, recognoscit apud Borgoins feudum suum de Dorcha Petro de Sabaudia, quod tenebat a Comite Sabaudiæ. Et Guichardus de Chastelleto, et Humbertus de Gomossens, Humbertus de Duins in manibus Johannis Episcopo Bellicensis. In festo S. Lucie. A. M. CC. LVII°.

Zibald. Ping. (hisce ipsis verbis irrationalibus.)

475. 1257. Decembris 17. Astæ.

Litteræ Jacobi, Abbatis S. Justi, Secusiæ, tunc obsidis in vinculis Astesanorum, Philippo electo Lugdunensi: quod Astesani nullam amplius facerent fidem pollicitationibus toties factis, et nunquam observatis. Desperatos esse ratione personarum bonorumque, ultra montes mancipatarum, ita ut, nisi confirmatur novissimum pactum, censeri debeant obsides pro mortuis. *(Nos et nepotes vestros et obstagios pro mortuis reputetis.)* Obsecrat Abbas Philippum, per Dei amorem, per misericordiam pro nepotibus suis, ut terminandum curet hanc negotiationem, ac sit memor, quod, si magnæ sunt calamitates Sabaudiæ, multo majores esse istas Astesanorum.

Invent. Prov. Asti, Fasc. II N°. 4.

476. 1257.

Henricus Angliæ Rex liberat Petrum de Sabaudia et familiam illius ab omni vectigali, dicto vectigali passagii,

Regi ipsi competente, in cunctis portubus Regni, ipsi Regi pertinentibus, ad dies vitæ ipsius Henrici.

Charta Archivi turris Londinensis anni 41. Henr. III. m. 12. Epit. Msp.

476. *a.* 1257.

Rex Anglia concedit Petro de Sabaudia libertatem mercatorum, nundinas S. Botulphi adeuntium, a prisiis nomine Regis exactis, per septem annos, solis prisiis vini exceptis.

Ex Arch. turris Londinensis. Charta in epitome msp. anni XLI. Hen. III. memb. 13.

477. 1257.

Petrus de Sabaudia confert Meynetto Spinæ, Mercatori Florentino, attornato suo, potestatem percipiendi a Rege Franciæ quatuor millia marcas argenti, sibi a Rege Angliæ donatas: quam pecuniam Rex Angliæ olim mutuo dederat Reymundo, quondam Comiti Provinciæ et Beatrici, uxori ejus, et pro quibus quatuor millibus marcarum dictus Reymundus impignoraverat Henrico Regi, genero suo, quatuor Castra in Comitatu Provinciæ.

Ex Arch. turr. Londin. XLI⁰ Hen. III. membr. 7.

478. 1258. Januarii 18. Viterbii.

Alexandri IV. P. M. bulla confirmatoria permutationis factæ inter Petrum de Sabaudia et Abbatem et conventum S. Mauritii Agaunensis, qua dederunt Abbas et conventus Petro domum suam de Comuniaco, cum bonis suis in parrocchia S. Lupi et apud Versoyam. Actum Viterbii, XV Kal. Februarii, anno quarto pontificatus Alexandri IV.

Invent. bullar. pap. Fasc. III. N°. 2.

479. Charta Henrici III Regis, Petro de Sabaudia Teste.
1258. Martii 8. ap. Westmonasterium.

Henrici Angliæ Regis confirmatio ordinationis victualium, factæ inter Abbatem Sancti Albani et conventum huius monasterii; „his testibus: Galfrido de Liziniaco et Willielmo de Valencia, fratribus nostris *(scil. Regis)*, Simone de Monteforti Comite Legrie; Richardo de Clare Comite Glovernie et Hertfordie; Rogero le Bigod Comite Northumbrie et Marescallo Anglie; Petro de Sabaudia; Hugone le Bigod; Johanne Mansel Thesaurario Eboracensi; Philippo Luvel; Henrico de Bath;

Roberto Waleranno; Willielmo de Gray; Waltero de Meretona; Imberto, presentibus, et aliis. Datum per manum nostram apud Westmonasterium, octavo die Martii, anno regni nostri quadragesimo secundo.

Matthæus Parisiensis, pag. 961 962. Ed. Hodgeson, London. 1640. Fol.

480. *Ricardus, Romanorum Rex, promittit subsidia Thomæ de Sabaudia contra Taurinenses.*

1258. Aprilis 14. Aquis.

Ricardus Romanorum Rex semper Augustus, etc. dilecto affini nostro Thomasio de Sabaudia, salutem et omne bonum. Notum facimus quod super questionibus inter dictum Thomasium comitem et ciues Taurinenses pridem motis, ipsum Thomasium ab omni contractu et pacto per uim facto et cum lesione enormissima restituimus et liberamus. et si dicti Taurinenses in eo perseverare volunt nec Juri stare coram nobis uoluerint, ita vt guerram facere oporteret, eo casu uolentes dicto Thomasio succurrere damus omnimodam potestatem prosequendi et procedendi de facto contra resistentes et in subsidium promittimus centum milites per quadraginta dies et in subsidium quadraginta libras sterlingiorum soluendas. dimidium in festo sancti Michaelis et reliquum in festo pasche anni sequentis. Quod si dictus Thomasius guerram non faciet. uolumus dictas libras non esse datas. In cujus rei, etc. Datum Aquis die XIV Aprilis, anno Dom. M°. CC°. L°. octavo, Regni nostri anno *tertio* (secundo).

Invent. Diplom. Imperial. Fasc. II. N°. 14.

481. 1258. Mense Aprilis.

Homagium ligium domini Joffredi de Miolano, factum Bonifacio de Sabaudia, de castro et mandamento Sancti Cassini: cum donatione facta a Comitissa Cæcilia de Sabaudia, et per„ Comitem Bonifacium filium ejus", in favorem ejusdem Joffredi de Miolano, duarum partium montis de Tuila. Pendet Sigillum Cæciliæ: deest istud Bonifacii. Actum mense Aprili, A°. MCCLVIII°.

Invent. Sabaud. Fasc. XVII. Tit. S. Cassin, N°. 1.

482. *Concessiones Henrici III Regis, proceribus Angliæ factæ.*

1258. Maji 2. ap. Westmonasterium.

Rex *(Henricus)* omnibus etc. Noveritis nos concessisse proceribus et magnatibus regni nostri, iuramento in animam

nostram per Robertum Walerand præstito, quod per XII fideles de consilio nostro iam electos, et per alios XII fideles nostros electos ex parte procerum ipsorum (qui apud Oxonium a festo Pentecostes proximo futuro in unum mensem convenient) ordinetur rectificetur et reformetur status regni nostri, secundum quod viderint melius expedire ad honorem Dei et ad fidem nostram ac regni nostri utilitatem. — Statuitur ut absentes electos utriusque partis a præsentibus, aliis substitutis, surrogari liceat, et promittit Rex inviolabiliter observare, quidquid a viginti quatuor utrimque electis, seu a majore parte illorum statueretur: protestatur ultro, de assensu iam jurato Edwardi primogeniti Regis in prælibatas conclusiones, et de observatione illarum per ipsum Edwardum. — In fine scriptum est: Promiserunt etiam comites et barones memorati, quod, expletis negotiis superius tactis, bona fide laborabunt ad hoc erga communitatem regni quod auxilium nobis commune præstetur a communitate regni nostri. Hiis testibus: Edwardo, filio nostro primogenito: Galfrido de Lezignan, Willielmo de Valentia fratribus nostris: Petro de Sabaudia: Johanne de Plessetis Comite Warrewici: Joh. Maunsell, thesaurario Eborum: Henr. de Wingham decano S. Martini London. P. de Rivall: Guidone de Rocheford: Roberto Walerand, præsentibus et multis aliis comitibus baronibus regni nostri. Datum apud Westmonasterium secundo die Maji. Anno regni nostri XLII.

Rymer I. II. 37b. Foedera I. 371.

483. *Henrici Regis promissiones reformandi Regni.*
1258. Maji 2. ap Westmonasterium.

Rex omnibus etc. Cum pro negotiis nostris arduis nos et regnum nostrum contingentibus, proceres et fideles regni nostri ad nos London' in quindena Paschæ proximo præteritæ faceremus convocari, et cum de negotiis supradictis, et maxime de prosecutione negotii Siciliæ diligenter cum eisdem tractaremus. Ac ipsi nobis responderint quod, si statum regni nostri per consilium fidelium nostrorum rectificandum duxerimus, et dominus Papa conditiones circa factum Siciliæ apositas melioraverit per quod negotium illud prosequi possemus cum effectu. Ipsi diligentiam fideliter apponent erga communitatem regni nostri, quod nobis commune auxilium ad hoc præstetur. Nos eis concessimus quod, infra festum Natalis Domini proximo futurum per consilium proborum et fidelium hominum nostrorum regni Angliæ, una cum consilio legati dom. Papæ, si in

Anglia medio tempore venerit, statum regni nostri ordinabimus, et ordinationem illam firmiter observabimus. Et ad hoc fideliter observandum, supponimus nos cohercioni dom. Papæ, ut nos ad hæc per censuram ecclesiasticam prout expedire viderit, valeat artare. Protestamur etiam, quod Edwardus filius noster primogenitus, præstito sacramento corporali per litteras suas concessit, quod omnia superius expressa, quantum in ipso est, fideliter et inviolabiliter observabit, et imperpetuum observari procurabit. In cujus rei testimonium sigillum nostrum, etc.

His testibus. Edwardo, filio nostro primogenito.

Galfrido de Lezignan.

Willielmo de Valentia, fratribus nostris.

Petro de Sabaudia.

Johanne de Plessetis, comite Warrewici.

Johanne Maunsell, thesaurario Eborum.

Henrico de Wingham, decano S. Martini London'.

Petro de Rivall.

Guidone de Rocheford.

Roberto Walerand, præsentibus, et multis aliis comitibus baronibus regni nostri.

Datum apud Westmonasterium, secundo die Maji, Anno Regni nostri XLII°.

Rymer I. II. 37b. Foedera I. 370.

484. *Potestas, de firmandis treugis cum Rege Franciæ, à Henrico III rege data quinque Proceribus, inter quos et Petrus de Sabaudia.*

1258. Maji 8. ap. Westmonasterium.

Potestas data a Henrico Rege Angliæ, Simoni de Monteforti comiti Leicestriæ, Petro de Sabaudia, Galfrido et Guidoni de Lezignan, fratribns suis, et Hugoni le Bigod, vel quatuor aut tribus ex ipsis, quos adesse contigerit, capiendi, prorogandi et firmandi treugas nomine ipsius cum Rege Franciæ, et fratribus suis, et imprisiis, valitoribus et hominibus eorum, quam pro seipso, scil. Rege, Edwardo filio ejus, et heredibus, imprisiis, valitoribus et hominibus eorum, a festo S. Remigii A. MCCLVIII usque ad terminum, quem prænominati legati cum Rege Franciæ providerint. Ratum habere quicquid per eosdem actum fuerit, promittit Henricus Rex, et committit illis potestatem jurandi in ipsius Regis animam treugas quas providerint. Teste Rege apud Westmonasterium, VIII die Maji, anno XLII Henr. III.

In eadem forma datæ sunt prædictis legatis, tres aliæ literæ, in quarum prima continetur potestas prorogandi dictam treugam a festo S. Remigii proximo, usque ad Pentecosten anni MCCLIX; in secunda ab eodem festo S. Remigii usque ad Pentecosten anni MCCLX; et in tertia, ab eodem festo S. Remigii, usque ad Pentecosten anni MCCLXI.

Rymer I. II. 38a. Foedera I. 371.

485. *Hortatur Papa, Henricum III ad solvendas 4500 marcas sterlingorum, debitas ratione regni Siciliæ. filio ejus concessi.* **1258. Maji 30. Viterbii.**

Bulla Alexandri IV P. M. Johanni Mansel, thesaurario Eborum directa, quâ testatur, se, motum intercessione R. Archiepiscopi Tarantasiensis, Will. Bathon. et Wellensis, et Laur. Roffensis Episcoporum, et mag. Nic. Plumpton, pro melioratione conditionum super concessionem regni Siciliæ factarum, Kariss. in Xsto filio Edmundo, Regi Siciliæ, procurasse, ut mercatores quidam Senenses, mutuum facerent Henrico Regi, MMMMD marcarum Sterlingorum, certis terminis solvendarum, quæ vero, elapsis jam terminis, handquaquam restitutæ essent. Hortatur idcirco Mansell, ut inducat Regem ad solvenda ista debita, et ut illum moneat ex parte Papæ ad satisfaciendum prædictis mercatoribus de dicta pecunia. Actum Viterbii, III Kal. Junii, anno pontificatus Papæ Alexandri IV, quarto.

Rymer I. II. 38. Foedera I 371.

486. **1258. Julii 5. Wintoniæ.**

Salvus conductus Henrici Angliæ Regis in gratiam fratrum suorum uterinorum quatuor, usque ad Dominicam proximam post festum translationis S. Thomæ Martyris; videlicet, Ademari, electi Wintoniensis, Guidonis de Lezignan, Galfridi de Lezignan, et Willelmi de Valentia, cum tota familia illorum, in eundo ad partes transmarinas. Ad ipsos conducendos usque Doveriam et versus Wytsand, quantum potestas Regis se extendit: assignat Rex conductores Humfridum de Bohun, Comitem Herefordiæ et Essexiæ, Johannem Comitem Warennæ, et Willielmum de Fortibus, Comitem Albemarliæ, mandantes istis, ut fratres suos ab omni damno salvos faciant, et si quid illis illatum fuerit, id eis emendari procurent. Apud Wintoniam, V die Julii. Aº. Regni XLV Henrici III.

Rymer I. II. 40. Foedera I. 374.

487. *Litteræ a communitate Angliæ domino Papæ, de facto Siciliæ, et contra electum Winton' et fratres suos perscriptæ.* **1258. Post diem 18. Julii.**

Sanctissimo patri in Christo Alexandro divina providentia sanctæ universalis ecclesiæ summo Pontifici, communitas comitum, procerum, magnatum aliorumque regni Angliæ cum subjectione debita, pedum oscula beatorum. Nuper vestra Sanctitas, tam per litteras, quam per venerabilem virum magistrum Arlotum, subdiaconum et notarium, nos multipliciter monuit et induxit, ut dominum nostrum, illustrem Regem Angliæ in prosecutione regni Siciliæ juvaremus: sibi commune subsidium super hoc faciendo. Licet ante idem dom. noster Rex absque nostri consilio et assensu, immo nobis reclamantibus et invitis, hoc negocium assumpsisset (quod sibi impossibile, propter difficultatem conditionum, et alia, quæ statum nostrum respiciebant, penitus credebamus) ob reverentiam tamen apostolicæ sedis et vestræ, dom. Regi duximus respondendum, quod, si de procerum et magnatum suorum consilio, regnum suum, in multis multipliciter deformatum, vellet in melius reformare, et vos conditiones, in privilegio vestro contentas, vires ipsius Regni excedentes, quodammodo mitigare velletis, quod, iuxta mitigationem et reformationem hujusmodi, optatum eventum negocium sortiatur, ipsi præberemus et operam et effectum, ut Rex negotium, quod sine nobis assumpserat, per nostrum auxilium possit perducere ad effectum. Coeterum prefatus dom. Rex, attendens impossibile pondus negotii memorati, et statum regni sui imbecillem, voluit et expresse concessit, ut de procerum et magnatum consilio (sine quibus regnum suum gubernare non poterat, nec negocium prosequi memoratum) dicta reformatio proveniret. Hoc videl. modo, ut XII ex parte ipsius electi, et alii totidem ex parte communitatis nominati, disponerent, statuerent, ac etiam ordinareut super melioratione et reformatione regni Angliæ, et ipsum regnum contingentibus: prout eis melius expediens videretur: Promittens tam ipse, quam dom. Edwardus, primogenitus suus, et affirmantes propriis iuramentis, quod per prædictos XXIIII, vel majorem partem eorum, ordinatum existeret, inviolabiliter observarent, facturi et procuraturi securitatem omnimodam, quam ipsi XXIIII, vel major pars eorum, super hoc fieri providerent. — Verum cum, inter duodecim ex parte dom. Regis electos, electus Winton' et fratres sui nominati fuissent, idem electus

(quasi salutis suæ immemor, et invigilans perturbationi regni et dispendiis, potius quam reformationi) Regem ipsum sollicitavit, et toto posse induxit, eidem immensam promittens pecuniam (etiam usque ad exinanitionem substantiæ et facultatum Wintoniensis ecclesiæ), ut, spreto juramento proprio, a promissionibus huiusmodi resiliret in regni sui grave dispendium et irreparabile detrimentum. Cumque per hanc viam desiderium intentionis suæ explere non posset, ad alia se convertens, dom. Edwardum et alios quosdam de nobilioribus totius regni animavit, et quantum in se fuit, stimulavit ad subversionem totius regni (quasi in necem ejusdem et lapsum irreparabilem conjurasset) ut de illo posset vere dici, est vir, qui turbavit terram et concussit regnum. Nam cum ad reformationem, qui nunc nominati fuerunt, studio vigilanti intenderent, prædictus electus et fratres sui, nunc per subterfugia, nunc per alias cavillationes varias, eventum reformationis hujusmodi retardabant: sed mentita est sibi iniquitas. Quia, quanto plus conabantur negotium impedire, tanto ferventius et constantius alii, zelo reipublicæ inflammati, instanti vigilia, et propensiori cautela, illud promovere studebant; attendentes quod firma cohærentia fidelis esse non potuit, ubi non est tenax unio voluntatum et ipsorum conglutinatio animorum. Sed quid ultra? prædictorum electi et fratrum suorum tam graves erant excessus et grandes, quod clamor pauperum ad coelum ascenderet contra ipsos. Ipsorum enim ministri et officiales, qui potius prædones et satellites dicebantur, undique deprædabantur pauperes, insidiabantur simplicibus, movebant impios, opprimebant innocentes, exultabant in rebus pessimis, lætabantur cum male fecissent, *peccata* populi comedentes luxuriabantur in lachrymis viduarum, in nuditate pupillorum, in oppressionibus subditorum gaudentes; et in tantum effrenata ipsorum rabies invaluerat, quod nec sub ipsis minores vivere poterant, nec cum ipsis conversari pares, nec super ipsos impares majores. Nos igitur, attendentes quod respublica corpus quoddam est, quod divini muneris beneficio vegetatur, et summæ æquitatis nutu agitur, et regitur quodam moderamine rationis; nec expedit quod in uno corpore dissonantia sit membrorum, dictos electum et fratres, tanquam turbatores quietis et tranquillitatis regni totius, post multas instantias et frequentes monitiones, vocavimus et vocari per Regem fecimus ut judicio sisterent, suis querelantibus responsuri, juxta consuetudinem regni et leges. Ita quod duo ex ipsis, quos mallent, exirent,

reliquis duobus remanentibus, qui pro se et aliis responderent, ac si sibi magis expediens crederent, regnum omnes exirent; qui suis culpis exigentibus subire judicium formidantes, maluerunt exire quam judicii rigorem expectare. Sed nec adhuc nobis et regno nostro super hoc plene cautum existeret, si electus (cui totius turbationis materiam merito imputamus) rediret in Angliam, cujus præsentia subito posset evertere quicquid nostra sollicitudo multis vigiliis et infinitis laboribus, studuit ordinare. Unde fixum est propositum omnium, et accensum desiderium singulorum quod ille actor schismatis, homo dissensionis et scandali, inter nos deinceps nullatenus conversetur. Quia igitur præfatus electus et fratres Regem et dom. Edwardum infatuaverant, adeo quod non solum insolentiæ remanebant penitus impunitæ, sed quod pejus est, et verecundum dicere, terribileque audire, si quis contra ipsos, vel eorum alterum deferret in judicio questionem, Rex, qui delinquentem punire et delictum corrigere tenebatur, ipsos in suis facinoribus nutriens, contra conquerentem mirabiliter tuebatur, et cui judex debebat esse propitius, ad eorum suggestionem fiebat adversarius, et nonnunquam terribilis inimicus: Ita quod, *fulciti* Regis potentia et favore, quos volebant, opprimebant, communitates et libertates ecclesiarum damnabiliter violando, homines incarcerando, clericos vulnerando in præjudicium coronæ, cui soli competit hujusmodi incarceratio, laxatis habenis nequitiæ debacchando per regnum, pro suæ libito voluntatis. Unde, si, quod absit, electus rediret in Angliam, pejora prioribus probabiliter formidamus: Sanctitati vestræ igitur omni affectione, quâ possumus, supplicamus, quatenus, sicut unitatem et pacem regni Angliæ, quod semper vobis extitit devotum et existit, diligitis, sæpedictum electum ab administratione Winton' ecclesiæ, quæ ex munificentia sedis apostolicæ, sibi concessa fuerat, amoveatis omnino. Et magis expedit quod istud fiat sine scandalo, de vestræ plenitudine potestatis, quam, quod Deus avertat, occasione ipsius pejora contingant, et nos vestri devotissimi, aliud facere compellamur. Sciturі pro certo quod, etiam si dominus Rex et regni majores hoc vellent, communitas tamen ipsius ingressum in Angliam jam nullatenus sustineret, potius enim sævirent in ipsum, quam quod ipsius intolerabilem sævitiam expectarent. Quin immo, omnibus regnicolis onerosum, et toti regno dispendiosum existeret, si proventus, de quo regnum infestare disposuit, perciperet, quod et omnes, qui qualitatem negotii noverant,

asseverant. Et certe, clementissime pater et Domine, hoc satis credimus sine scandalo faciendum, cum non sit in episcopum consecratus, sed tantum sibi administratio est concessa. Super hiis autem et aliis, quæ nuncii nostri, latores præsentium, sanctitati vestræ exponent, fidem indubitatam adhibere velitis, petitiones nostras, quas per ipsos vobis offerimus, si placet ad exauditionis gratiam admittentes, et nos:

R. de Clare Gloverniæ et Herefordiæ,
S. de Monteforti Leicestriæ,
E. Bigod marescallus Angliæ,
H. de Bohun, Hertfordiæ et Essexiæ,
W. Albemarle,
J. de Placeto Warevici, Comites.
H. Bigod, justiciarius Angliæ,
P. de Sabaudia,
J. filius Galfridi,
Jacobus de Audel et
Petrus de Monteforti.

Vice totius communitatis, præsentibus litteris sigilla nostra apposuimus, in testimonium prædictorum. Conservet incolumitatem vestram Altissimus per tempora longiora.

Sine ullo dato.

Jacobus de Audel: (ap. Matth. Paris. scribitur Andel).

Rymer I. II. 39-40. Foed. I. 373. Matth. Paris, Addit. 215.

488. 1258. Julii 28. ap. Westmonasterium.

Henricus Angliæ Rex, Rodolphum Tarentasiensem Archiepiscopum requirit, „affectu quo possumus ampliori," ut suscipiat iterum legationem ad curiam Romanam, ad gerenda illic negotia de Regno Siciliæ, assumatque secum, dictam curiam adeundo, Archiepiscopum *Elbridunsem,*)* tantum facientes in præmissis quod nos et liberi nostri vobis ad perpetuas gratiarum actiones propter hoc teneamur." Iter capiat post assumptionem b. Mariæ.

Rymer I. II. 41. Foedera I. 375

489. 1258. Augusti 1. ap. Westmonasterium.

Henrici Regis Angliæ Litteræ ad Alexandrum IV. P. M. quibus nunciat Papæ, conditam esse pacem inter semetipsum et Regem Franciæ. Consimiles extant litteræ, eodem die scriptæ, cardinalibus. *Rymer I. II. 41. Foedera I. 376.*

---

*) *Ebredunensi: v. Ch. 511.*

490. Henricus III confert potestatem pacandi discordias in Scotia vertentes, Simoni Comiti Legriæ, Petro de Sabaudia et Joh. Maunsell.

1258. Augusti 4. Westmonasterii.

Rex omnibus etc. Sciatis nos dedisse plenam potestatem dil. et fid. nostris Simoni de Monteforti comiti Leycestriæ, Petro de Sabaudia, et Johanni Maunsell thesaurario Eborum, vel duobus eorum, tractandi de pace inter discordantes regni Scotiæ, et Statum ejusdem regni reformandi, prout honori illustris Regis Scotiæ, et paci et tranquillitati dicti regni magis viderint expedire, etc. apud Westmonasterium IV die Augusti, Anno regni nostri XL°. secundo.

Rymer I. II. 42b. Foedera I. 376.

491. Carta Regis Henrici III ad singulos comitatus Angliæ et Hiberniæ, super reformatione statùs regni, per proceres ejusdem regni. **1258. Octobris 18.**

Henr' thurg Godes fultume King on Engleneloande Lhoaverd on Yrloand, Duk on Norm' on Aquitain' J eorl on Aniou, send igretinge to alle hise halde ilærde J ilæwed on Huntendon' schir'.

Thæt witen ge wel alle thæt we willen J unnen thæt thæt ure rædesmen alle other the moare dæl of heom thæt beoth ichosen thurg us J thurg thæt loandes folk on ure kuneriche habbeth idon J schullen don in the worthnesse of Gode J on ure treowthe for the freme of the loande. thurg the besigte of than to foreniseide redesmen beo stedefæst and ilestinde in alle thinge abuten ænde.

And we hoaten alle ure treowe in the treowthe that heo us ogen thæt heo stedefæstliche healden J swerien to healden J to werien the isetnesses thæt beon imakede J beon to makien thurg than to foren iseide rædesmen. other thurg the moare dæl of heom alswo alse hit is biforen iseid.

And thæt æhc other helpe thæt for to done bi tham ilche othe agenes alle men ogt for to done and to foangen, and noan ne mine of loande ne of egteohæro thurg this besigte muge beon ilet other iwerset on onie wise. And gif oni other onie cumen her ongenes, we willen and hoaten thæt alle ure treow owe heom healden deadlicheistan.

And for thæt we willen thæt this beo stedefæst J lestinde we senden gew this writ open iseined with ure seel to halden amanges gew ine hord.

Witnesse usseluen æt Lunden' thane egtetenthe day on the monthe of Octobr' in the two J fovertigthe geare of ure cruninge.

And this wes idon ætforen ure isworene rædesmen,

Bonefac' archebischop ou Kanterbur',

Walter of Cantelop bischop on Wirechestr',

Sim' of Muntfort Eorl on Leirchestr'.

Ric' of Glar' Eorl on Glowchestr' J on Hurtford.

Roger Bigod Eorl on Northfolk J Marescal on Engleneloand.

Perres of Sauveye.

Will' of Fort Eorl on Warewik'.

Joh' of Plesseiz Eorl on Aubem'.

Joh' Geffreessune.

Perres of Muntfort.

Ric' of Grey.

Roger of Mortemer.

James of Aldithel, J ætforen othre moge.

And al on tho ilche worden is isend in to aurihce othre shcire ouer al thare kuneriche on Engleneloand J ek in tel Irelonde.

Foedera Rymeri, I. 378, Litteris Anglosaxonicis, seu runicis impressa. Charta Rymeri antiquissima, in lingua anglica edita.

492. Henricus Angliæ Rex promittit se deinceps acturum omnia per assensum magnatum de concilio suo electorum. **1258. Octobris 18.**

Henri, par le grace Deu, Rey de Engleterre Sire de Irlande, duc de Normandie, de Aquitien et cunte de Angou, a tuz ses feaus clers et lays saluz. Sachez ke nos volons et otrions ke se ke nostre conseil, u la greignure partie de eus, ki est esluz par nus et par le commun de nostre reaume, a fet u fera, al honur de Deu et nostre fei, et pur le profit de nostre reaume sicum il ordenera, seit ferm et estable en tuttes choses a tuz jur; et comandons et enjoinons a tuz noz feaus et leaus, en la fei kil nus deivent, kil fermement teignent, et jurgent a tenir et a maintenir les establemenz ke sunt fet, u sunt a fere, par lavant dit cunseil, u la greignure partie de eus, en la maniere k'il est dit desuz, et k'il s'entreeident a ce fere par meismes tel serment cuntre tutte genz dreit fesant et parnant; et ke nul ne preigne de terre ne de moeble par quei ceste purveaunce puisse estre desturbee, u empiree en

nule manere. et se nul u nus viegnent encuntre ceste chose, nus volons et commandons ke tuz nos feaus et leaus le teignent a enemi mortel. et pur ce ke nus volons ke ceste chose seit ferme et estable, nos giveons nos lettres overtes seelees de nostre seel en checun cunte a demorer la en tresor. Testmoin meimeismes a Londres le disutieme jur de Octobre lan de nostre regne quarante secund. Et ceste chose fu fete devant.

Boneface arceveske de Cantrebur'.
Gaut' de Cantelou eveske de Wyrecestr'.
Simon de Montfort cunte de Leycestr'.
Richard de Clare cunte de Gloucestr' et de Hertford.
Roger le Bigod cunte de Norf' et mareschal de Engleterre.
Humfrey de Bohun cunte de Hereford.
Piere de Savoye.
Guilame de Forz cunte de Aubemarle.
Johan de Plesseiz cunte Warrewyk.
Roger de Quency cunte de Wyncestr'.
Johan le fiz Geffrey.
Piere de Muntfort.
Richard de Grey.
Roger de Mortemer.
James de Audithel', et
Hug' le Despens'. *Foedera I. 377.*

493. Henrici III Regis litteræ, de Scotia pacanda.
1258. Novembris 6. ap. Westmonasterium.

Henrici Angliæ Regis litteræ, quibus promittit magnatibus Scotiæ, qui regimen illius regni assumpserant, et quorum primi sunt G. episcopus S Andreæ, Johannes de Acra, et Maria Regina, ipsius Johannis sponsa, se illis, si requisitus fuerit, consilium et auxilium impensurum esse, quamdiu negotia regni secundum Deum et justitiam et ad honorem Regis Scotiæ, et Reginæ filiæ ipsius, et secundum leges et bonas consuetudines regni tractaverint. Si vero, scribit Rex, super præmissis in aliquo deliquerint, et a Rege requisiti, infra tres menses nullam facerent emendam, se in nullo extunc eis teneri velle. Apud Westmonasterium. VI die Novembris anni XL tertii regni sui.

Rymer I. II. 43. Foedera I. 378.

494. **1258. Novembris 28.**

Giraudus de Rovorea et Willelmeta uxor ejus impignorant Petro de Sabaudia, Bosonem dictum de Turre, fratres

illius et plures alios homines ligios eorum, pro sedecim libris Maurisiensibus. IV Kal. Decembris. A. D. M. CC. L. Octavo.

Ind. Waud. Fasc. I. Conv II. Ch. N°. 38.

495. 1258—1259.

Rodulphus de Roerei cedit ill. viro Petro de Sabaudia, quosdam census annuos sibi competentes, ratione hypothecæ.

Invent. Bar. Waud. Fasc. I. Conv. 2. N°. 78.

496. 1259. Jauuarii 10. Lausannæ.

Donatio Johannis Episcopi Lausannensis, Petro de Sabaudia facta, loci dicti de Sancto Liberio, in augmentationem feudorum, quæ tenebat dictus Petrus ab ecclesia Lausannensi, titulo successoris uxoris suæ, filiæ Aymonis Domini Fuciniaci. Actum Lausannæ, die Veneris post Epiphaniam Domini, Anno Domini M°. CC°. L°. octavo. *(Styli incarnat.)*

Index Waud Fasc. I. Convol. II. Ch. N°. 53.

497. 1259. Januarii 22.

Aymo de Rovorea remittit Petro de Sabaudia, titulo hypothecæ, pro centum et sexaginta libris Gebennensibus, illi debitis, omnia quæ possidebat in valle Alpium, in Ducatu Chablasii. Datum in festo S. Vincentii, anno Dom. M. CC. L. octavo. *(Styli incarnationalis.)*

Invent. Chablais, Fasc. VI. lit. Vallee d'Aulps. N°. 1. Fasc. I. Conv. II. N°. 6. in Indice Waudensi.

498. 1258. Januarii 22.

Mandatum Aymonis de Rovorea, feudatariis suis in Valle Alpium, videl. Willelmo et Jordano de Rauoreya, fratribus, Johanni de Rauoreia, et Henrico de Sye, ut recognoscant dom. Petrum de Sabaudia, in executionem hypothecæ illi factæ feodorum suorum in Valle prædicta. In festo b. Vincentii, A. Dom. M. CC. L. VIII. *(Sl. paschalis.)*

Ind. Waudi, Fasc. I. Convol. II. N°. 47.

499. 1259. Januarii 23. Cantuariæ.

Henricus Angliæ Rex scribit fratri suo Ricardo Rom. Regi, hortaturque eum, ut præstet juramentum, quod ipse Henricus, et Edwardus primogenitus ejus, et proceres regni præstiterunt super reformationem statùs regni. Injungitur ultrò Ricardo Regi, ut addatur instrumento juramenti sui, quod contra voluntatem Henrici Regis et magnatum regni, fratres uterinos dicti Regis et ipsius Ricardi, violenter non secum adduceret

in Angliam. Cantuariæ, die XXIII Januarii, Anno XLIII regni Henr. III. *Rymer I. II. 44. Foedera I. 380.*

500. **1259. Februarii 7.**

Obligatio Willielmi de Anciaco, facta Petro de Sabaudia pro quadraginta quinque libris Gebenn. cum impignoratione titulo hypothecario, omnium quæ possidebat juxta Glicinie, Mery et Surcie. Die veneris post festum purificationis b. Mariæ, Anno Dom. M. CC. L. octavo. *(St. Incarnat.)*

Invent. Waud. Fasc. I. Convol. II. N°. 67.

501. **1259. Februarii 25.**

Petrus de Sabaudia iterat Brunæ Abbatissæ S. Petri Lugdunensis, homagium ligium de Castro et dominio Turris Pini, sicut fecit idem quondam Aliciæ Abbatissæ ejusdem monasterii de eodem feodo. Actum in crastino b. Matthiæ Apostoli A°. MCCLIX.

Autent. in tabellario quodam Parisiensi: communicata Epitome a Dno. Gazzera Secretario Academiæ Taurin.

502. Concessio Henrici III, facta ad instantiam P. de Sabaudia, Eudoni de Hertford.

1259. Martii 3. Walyngford.

Quia testificatum est coram Rege per viros fidedignos quod terra Eudonis de Hertford, filii et heredis Alani de Hertford non valet ultra sex libras per annum, Rex ad instanciam Petri de Sabaudia concessit eidem Eudoni propter paupertatem suam, quod de debitis que dom. Rex debet, etc. etc. Teste Rege apud Walyngford, III die Marcii, A°. 43. R. Hen. III.

Excerpta e Rot. finium II. 295. Arch. Lond.

503. P. de Sabaudia, cum quinque aliis, delegatus ad negotia tractanda cum Rege Franciæ.

1259. Martii 10. Windsor.

Simon de Monteforti Comes Leicestriæ, Ricardus de Clare, Comes Gloucestriæ et Hertfordiæ, Petrus de Sabaudia, J. Maunsell, thesaurarius Eboracensis, Jo. de Bailliol et Rob. Wallerand, nuntii Regis ad tractandum cum Rege Franciæ de negotiis Regis, apud Windsor, X die Martii.

Aliæ litteræ Regis consimiles, cum adiectione, ut eos vel eorum aliquos admittat (scil. Rex Franciæ) ad tractandum, etc.

Item in prima forma scribitur eidem Regi, de P. de Sabaudia, Jo. Maunsell et Rob. Walerand. Windesor, X die Marcii Anno XLIII°. Hen. III.

Calendar. rotul. patent. Hen. III. 43°.

Simon de Monteforti, comes Leicestriæ, Ricardus de Clare Comes Gloucestriæ, Petrus de Sabaudia, Joh. Maunsell, Joh. de Bailloi et Rob. Walerand, habent potestatem faciendi, prorogandi et confirmandi, nomine Regis Angliæ, tractatus et negotia cum Rege Franciæ.

Ex arch. Londinensi, et Indice Patentum anni 43. Henr. III. memb. 9. Extractus mscpt.

504. Potestas Regis Angliæ, ad tractandum cum Rege et parlamento Franciæ, de variis negotiis, Petro de Sabaudia et quatuor sociis ejus collata. **1259. verisim. Martii 10.**

Potestas regia collata Comiti Gloucestriæ, Petro de Sabaudia Johanni Maunsell, Johanni de Bailliol et Roberto Walerand, missis ad Regem et magnum Parlamentum Franciæ, ad complendum tractatum pacis Henrici Regis cum Rege Franciæ: item, ad tractandum de matrimonio Beatricis, Regis Angliæ filiæ, cum Johanne, primogenito Johannis ducis Britanniæ; et ad operandam concordiam Henrici Regis cum Sorore sua, Eleonora Comitissa Leicestriæ et Simone de Monteforti. conjuge ejus.

Ex Arch. Londin Invent. Patent. anni 43⁰ Henr. III. mb. 8. Excerpt. mscpt.

504. a. Delegatio P. de Sabaudia cum quatuor sociis, ad sopiendam discordiam Henrici regis cum Simone Comite Leicestriæ. **1259. verisim. Martii 10.**

Delegatio Regis, Comiti Gloucestriæ, Petro de Sabaudia, J. Maunsell, J. de Bailloi et R. Walerand commissa ad peragenda negotia jam incoepta inter ipsum Regem et Regem Franciæ: Item ad compescendam discordiam exortam inter seipsum, Henricum Regem ex unâ parte, et Simonem comitem Leicestriæ et uxorem ejus Eleonoram, sororem Regis, ex altera, ratione dotalitii dictæ Eleonoræ.

Arch. Londin. Pat. Henr. III. anno 43. membr. 11. ex Epitome mspta.

505. **1259. Martii 21.**

Willielmus et Girardus de Compeys impignorant Petro de Sabaudia, titulo hypothecæ, quidquid possidebant in Villis

de Urine, et de Giaco in Valle Alpium. Dat. in die S. Benedicti A. D. M. CC. L. octavo. *(St. paschalis.)*

Invent. Waudi, Fasc. I. N⁰. 4. Conv. Ch. N⁰. 25.

506. 1259. Aprilis 3. ap. Chillon.

Petrus li Bruida, famulus de Chillon, vendit domino Petro de Sabaudia pratum suum, situm juxta Villam novam, precio undecim librarum Gebennensium. Actum apud Chillon, die Jovis ante Ramos Palmarum, anno M. CC. quinquagesimo nono. *Invent. Waud. Fasc. I. Conv. II. Ch. 41.*

507. Testamentum Ebali, filii quondam Humberti Comitis Gebennensis. 1259. Maji 12. London.

In Dei nomine amen, Anno ejusdem Millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Domini Alexandri Pape IIII ; anno V[to]. Indictione secunda, IIII[to] Idus Maji, in presentia mei Galfridi de Verul' publici notarii, et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum Nob. vir Ebalus de Gebennis filius Illustris uiri Humberti quondam Comitis Gebennensis sua propria uoluntate spontanea, propter grata et accepta seruitia et commoda que olim ab Illustri uiro Domino Petro de Sabaudia consanguineo suo recepit ac sperat dante domino recipere in futurum ea donatione que dicitur inter vivos pure libere et absolute tradidit et donauit et donando cessit et concessit Domino Petro predicto et suis heredibus omne ius et actionem realem et personalem tacitam et expressam quod vel quam habet vel habere debet iure hereditario vel alio modo aliquo titulo siue iure in Comitatu Gebennensi cum suis iuribus et ipsius pertinentiis vniuersis. Preterea dictus Ebalus fecit constituit et ordinauit ac etiam instituit eumdem Dominum Petrum in dictam rem sibi suum heredem legitimum et procuratorem siue actorem ita quod suo nomine tamquam in suam rem possit agere petere et defendere disponere et ordinare sicut ipsemet facere posset coram quibuscumque personis et contra quascumque personas. Insuper dictus Ebalus stipulatione solempni promisit sub pena et hipotheca omnium bonorum suorum que nunc habet seu habere poterit in futurum per heredes vel successores suos, vel alias sibi submissas personas domino Petro prefato eiusque heredibus et successoribus contra dictam donationem vel aliquod de predictis de cetero non venire vel etiam aliquid in posterum attemptare ad hec in verbo Dei et veritatis pure

et firmiter bona fide omni fraude et dolo remotis promisit eadem stipulatione in perpetuum predicta omnia et singula fideliter et efficaciter obseruare et pena soluta vel non soluta Instrumentum presens in sui robore semper maneat firmitatis. Actum Londone presentibus istis testibus vocatis et rogatis specialiter ad hoc Ebalo de Montibus et Petro Chanvenz militibus Girardo de Granzone Canonico Lugdunensi, Magistro Grassino, Guidone de Montagniaco et Aymone de Vercerio Clericis Petro Montum de Foschie et Hugone de Ferteyns. Et ego Galfridus de Verul' auctoritate sancte Romane ecclesie publicus Notarius predictis interfui rogatus hanc Cartam scripsi publicavi et signum feci. *(Monogramma: sed deperdita sunt sigilla.)*

Invent. Provinciæ Genevois, Fasc. I. N⁰. 16. Invent. Sabaudiæ, Fasc. I. Convol. 4. Ch. N⁰. 99. Guichen. Prov. pag. 74. Apographum mutilatum.

507. a. **1259. Maji 12.** Londone.

Ebalus filius Humberti Comitis Gebennensis, omnia jura sua hereditaria in Comitatum Gebennensem, etc. donat et cedit Petro de Sabaudia consanguineo suo, ita quod suo nomine tanquam in suam rem, possit agere etc. et declarat dictum Petrum hæredem suum in omnibus sibi contingentibus juribus in Comitatum Gebennensem, bonorum ab illo jam acceptorum gratiâ, nec non illorum, quæ ab ipso recipere adhuc sperat. Testibus Ebalo de Montibus, P. de Chanuenz, militibus, Girardo de Granzono, Canon. Lugdun. Magistro Grassino, Guidone de Montaniaco, et Aymone de Vercerio, Clericis. Petro Montum de Foschie et Hugone de Ferteyns, Scripsit Galganus de Verul': auctoritate S. Rom. Ecclesie notarius publicus hanc cartam. Anno Dom. millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Dom. Alexandri Pape IV anno V⁰ Indictione II. IV Idus Maji, ap. Londonam. *Invent. Genevois, Fasc. I N⁰. 12.*

508. Declaratio tertia Ebali filii Humberti, quondam Comitis Gebennesii, qua instituit heredem suum Petrum de Sabaudia. **1259. Maji 12.** Londini.

Vniuersis presentes litteras uisuris uel audituris. Ebalus de Gebennis, filius Ymberti quondam Comitis Gebenn. salutem et noticiam rei geste. Nouerint vniuersi presentium testimonio litterarum, quod ego ill^{m} uirum D. Petrum de Sabaudia Karissimum consanguineum meum, constitui in heredem meum in tota hereditate mea paterna, dans et concedens eidem et

heredibus suis in perpetuum omne ius, omnem actionem et proprietatem quod uel que mihi competit seu quocunque modo potest competere in eadem, deuestiendo me inde et ipsum in quantum ad me pertinet inuestiendo uel quasi. Transfero etiam in eum omnem actionem realem et personalem que mihi competit seu potest competere contra Rodulfum de Gebenn. et fratres suos super dicta hereditate mea paterna seu contra quascunque alias personas. In cuius rei testimonium eidem tradidi has literas meas patentes, quibus literis cum sigillo meo apponi rogaui sigilla Symonis de Ioinuilla Domini de Jaz, Petri de Chanuenz, Galfredi de Grandimonte et Dni Ioffredi de Amaisyns militum et Girardi de Granzun canonici Lugdun. et Symonis de Vercers canonici Gebenn. qui omnes uocati et rogati interfuerunt omnibus supradictis. Datum London. duodecima die Maji Anno Domini M°. CC°. L°. nono.

Invent. Duché de Genevois Fasc. I. N⁰. 17.

509. Pax inter Reges Angliæ et Franciæ condita.

1259. Maji 20.

A. Henrici Regis Angliæ promulgatio pacis factæ inter se et Ludovicum Regem Franciæ. Formula promulgationis, in introïtu et in fine, in lingua latina, Conditiones vero pacis, in idiomate gallico descriptæ: 1. Li Roi de France donra al Roi de Angleterre tote la droiture, qe li Roi de France a et tient en ces trois eveschez et es citez cest a dire de Limoges de Caturs et de Pierregort etc. sauf l'omage de ses freres… et sauve les choses qe li Rois de France ne peut metre hors de sa maine…. lesqueles choses li Rois de France doit purchacier a bone foi vers cels qui ces choses tienent qe li Rois de Angleterre les ait dedens la Toussaintz en un an, ou faire lui echange avenable, etc. 2. Et… li Rois de France donra al Roi de Angleterre la value de la tere de Agenois en deuers chescun an selone ce qe ele sera prisee a droit value de tere par preudes homes nomez dune part et dautre et sera la paie fait al Temple a Paris chescun an a la quinzeine de l'Ascension la moite e a la quinzeine de la Touz Sainz lautre. Et sil avenoit qe le terre eschaist de la countesse Johanne de Poitiers al Roi de France, ou a ses heires il seroit tenuz ou ses heires de rendre la au Roi de Angleterre ou a ses heires. Et rendue la tere il seroit quites de la ferme. et s'ele venoit a autres quau Roi de France et a ses heirs il donroit au Roi de Angleterre le fie de Agenois avec

la ferme devantdite. et s'ele venoit en demaine al Roi de Angleterre li Rois de France ne seroit pas tenuz a rendre cele ferme, etc. etc. 3. Derechef il sera enquis en etc. a la requeste le Roi de Angleterre par prodes homes etc. etc. se la tere qe li Cuens de Poitiers tient en Caorsin de par sa fame del Roi de Angleterre donee ou baillee avec la tere Agenois par mariage ou par gagiere ou tot ou partie a sa suer qui etc. Et sil estoit trove qil eust ainsi este et cele tere eschaoit al Roi de France ou a ses heires del deces la contesse de Poitiers il la donroit al Roi de Angleterre ou a ses heires. Et cet. 4. Derechef apres le deces de la Contesse de Poitiers li Roi de France etc. donra al Roi de Angleterre etc. la tere que li Cuens de Poitiers tient ores en Xancton outre la ryuere de Charente en fiez etc. Et de ce qe li Rois de France donra al Roi de Angleterre ou a ses heires en fiez ou en demaines li Rois de Angleterre et si heires feront homage lige al Roi de France et a ses heires etc. et ausi de Bordiaus et de Baion et de Gascoigne et de tote la tere qe il tient deca la mer de Angleterre en fiez et en demaines et des isles s'aucune en ia que li Rois de Angleterre tiegne qui soient de roiaume de France et tendra de lui com pers de France et dux de Aquitaigne, etc. 5. Derechef li Roi de France donra al Roi de Angleterre ce qe cinqcens cheualers deuroient coster reisnablement a tenir deuz anz a lesgard de prodes homes qui seront nome dune part et dautre et ces deniers sera tenuz li Rois de France a paier a Paris al Temple a sis paiez pars deus anz cest a saver. etc. Et de ce donra li Rois de France ses lettres pendanz et le Temple ou lospital ou ambedeus en semble en plege. Et li Rois d'Angleterre ne doit ces deniers despendre fors el service DEU, ou de l'Eglise ou al profit del roiaume de Angleterre etc. 6. Et par ceste pais fesant quitera li Roi de Angleterre et si diu fil al Rois de France...... cestassavoir en la duchee et en tote la tere de Normandie, en la conte et en tote la tere de Anju, de Toraine et del Mayne, et en la conte et en tote la tere de Poitiers ou aillours en aucune part del roiaume de France et es isles, etc. 7. 8. 9. Et aura uncore el sairement et es letres pendanz le Roi de Angleterre, qe puis cele quitance nule droiture il ne li dona en nule des ces choses, et ceste mesme quitance al Roi de France et as autres devandiz fera li Roi de Angleterre faire a sa suer le countesse de Leicestre pur soi et pur ses heires et des enfanz mesmes de cels qe

leure querra. 10. 11. 12. Et pur ce ke ceste pais firmement .... soit tenue a toz jurs li Roi de Angleterre et si dui fil et sa soer le countesse de Leicestre, et si enfant, juront ces choses a tenir tant come a chescun apertendra, etc. 13. 14. Et sera renovelee ceste seurte de diz anz en diz anz a la request del Roi de France ou de ses heirs, etc. etc. Sequitur, in lingua latina, declaratio Henrici Regis, cessionis pactæ terrarum Normanniæ, Andegaviæ, Turonensis et Cinomanniæ, atque Pictaviæ per instrumentum pacis Regi Franciæ adjudicatarum: ultrò, quitat Henricus Regem Franciæ de omnibus querelis, et arreragiis sibi debitis, etc. et potestatem confert jurandi dictam pacem in animam ipsius Henrici Regis, Humfrido de Bohun Comiti Essex et Herefordiæ, et Willielmo de Fortibus, Comiti Albemarliæ. Et declarat, filios suos Edwardum et Edmundum, de mandato suo, jurasse prædictas pacem et quittationes, cum coeteris conditionibus ejusdem. Dat. ap. Westmonasterium, anno ab incarn. Dom. M. CC. L. nono, vicesimo die Maji.

B. Potestas Henrici Regis, collata Comiti Leicestriæ, Ricardo de Clare Comiti Gloucestriæ et Hertfordiæ, Petro de Sabaudia, Johanni Maunsell, thesaurario Eborum, J. de Baillilo et Roberto Walrand, ut, unâ cum iis, quos Rex Franciæ ad hoc assignaverit, inquirant, aut eligant viros idoneos ad inquirendum, utrum terra, quam Comes Pictaviensis tenet in episcopatu Caturciensi, tradita esset a Rege Angliæ, prædecessore Henrici, cum terra de Agen, nomine pignoris, aut maritagii cum sorore sua, matre comitis Remundi de Tholosa, nuper defuncti, et ad procedendum in isto negotio iuxta formam pacis initæ inter ambos Reges. Apud Westmonasterium, vicesimo die Maji, Regni Henrici III anno XLIII.

C. Consimilis littera emanavit per eadem verba, hoc mutato, quod, loco in Episcopatu Caturcensi, ponitur, „in provincia Caturcensium et Peregor'."

D. Rex omnibus, etc. Noveritis quod nos dil. et fid. nostris, Simoni de Monteforti et aliis præscriptis, aut illis ex ipsis qui præsentes fuerint, damus potestatem complendi pro parte nostra omnia quæ in pace inter ill. Regem Franciæ et nos ordinata fuerint et jurata, et hinc inde, et ad recipiendum nomine nostro, omnia quæ per prædictam pacem nobis debent assignari, etc. etc. Datum ut supra.

E. Rex omnibus etc. Noveritis quod nos dil. et fid. nostris, Simoni de Monteforti Com. Leicestriæ, Ricardo Comiti Glou-

cestriæ et Hertfordiæ, Petro de Sabaudia, Joh. Maunsell, thesaurario Eborum, J. de Baillol et R. Waleran, aut illis eorum qui præsentes fuerint, plenam damus potestatem ad eligendum et constituendum ex parte nostra aliquos bonos viros, sive ex seipsis sive ex aliis, qui una cum aliis ex parte illustris Regis Franciæ eligendis sive constituendis aut constitutis arbitrari valeant super quantitate pecuniæ quam idem Rex Erancias pro sumptibus D. militum, per biennium tenendorum, secundum quod in forma pacis inter ipsum et nos initæ continetur, nobis debet assignare. Ratum etc. Datum ut supra.

F. Potestas Regis. collata S. de Monteforti, comiti Leicestriæ, „et aliis præscriptis" ut, si forsitan illi duo, quos ex seipsis vel ex aliis elegerint, ad arbitrandum super quantitatem pecuniæ.... pro D. militibus..... cum aliis duobus, quos idem Rex Franciæ ad hoc... duxerit assignandos, super ipsa arbitratione facienda concordare non possint; prædicti Simon, Ricardus, Petrus, Johannes et Johannes et Robertus..... consentire valeant in quintum, qui unâ cum ipsis quatuor, in arbitratione prædicta procedat. Ratum etc. Teste, et Datum ut supra.

G. Rex designat Joh. Maunsell et Rob. Waleram, ut, unâ cum illis, quas Rex Franciæ, pro parte sua duxerit assignandos arbitrentur nomine ipsius super quantitate pecuniæ, sibi ipsi assignanda pro D. militibus per biennium tenendis, juxta formam pacis inter ambos Reges initæ. Dat. ut supra.

H. Potestas Henrici Regis, data Comiti Gloucestriæ et Hertfordiæ, Petro de Sabaudia, J. Maunsell, J. de Baillol et R. Waleram, vel præsentibus ex ipsis, ad modificandnm, nomine suo summam pecuniæ recipiendam a Rege Franciæ pro sæpedictis D. militibus. Datum ut supra.

I. Potestas Henrici Regis, assignata Comitibus Leicestriæ et Gloucestriæ, Petro de Sabaudia, Johanni Maunsell et Roberto Waleram, aut præsentibus ex illis, ad eligendum ex parte sua viros idoneos, sive ex seipsis sive ex aliis, qui unâ cum ad hoc delegatis Regis Franciæ, æstiment valorem terræ de Agenois, cujus valentiam annuam idem Rex, juxta pacem conditam, solvere tenetur Regi Angliæ annuatim. Ratum etc. Datum ut supra.

K. Potestas Regis Angliæ, collata Comitibus Leicestriæ et Gloucestriæ, P. de Sabaudia, Joh. Maunsell et R. Waleram, ut, casu, quo delegati ab iis ad æstimandos redditus annuos terræ de Agenois, cum delegatis Regis Franciæ, de valoribus

istis non possint concordare, valeant consentire in aliquem alium virum idoneum eis associandum, qui, unâ cum aliis ex parte utraque eligendis, in prædicta æstimatione procedat. Ratum etc. Datum ut supra.

L. Henricus Rex cavet Regi Franciæ, quod, si Comitissa Leicestriæ, soror ipsius Henrici, et liberi dictæ Comitissæ, nollent facere quittanciam, quam Rex Franciæ exigit secundum tenorem pacis inter ambos reges factæ, se dictum Regem Franciæ per omnia indemnem conservaturum esse. Datum ut supra.

M. Henricus Rex confert potestatem, Comiti Gloucestriæ, Petro de Sabaudia, Johanni Maunsell, Johanni de Baillol et R. Waleram, ut, casu quo Alianora, comitissa Leicestriæ, soror ipsius Regis, et liberi ejusdem Comitissæ, nollent facere quitanciam Regi Franciæ, quam exigit dictus Rex secundum pacem inter ambos reges provisam et juratam, dicti procuratores sui valeant satisfacere Regi Franciæ nomine Henrici Regis, prout viderint expedire. Datum, ut supra, videlicet, apud Westmonasterium, vicesimo die Maji, anno regni nostri quadragesimo tertio.

Rymer*, *I. II. 45-47.* *Foedera I. 383*, *seq.

510. Henrici III potestas tractandi de matrimonio filiæ ipsius Beatricis, cum Johanne filio ducis Britanniæ, data Reginæ Franciæ, Petro de Sabaudia, et duobus illius sociis. **1259. Maji 24. ap. Windesor.**

(Henricus) Rex omnibus etc. Sciatis quod nos plenam damus potestatem, dominæ Margarethæ, Reginæ Franciæ illustri, et dilectis et fid. nostris Ricardo comiti Gloucestriæ et Hertfordiæ, Petro de Sabaudia, et Johanni Maunsell thesaurario Eboracensi, vel eorum aliquibus, qui præsentes affuerint ad tractandum de matrimonio inter Johannem primogenitum filium nobilis viri J. ducis Britanniæ, et Beatricem filiam nostram contrahendo, et ad illud firmandum nomine nostro, prout viderint expedire. Ratum etc. Teste Rege, apud Windesor' XXIV die Maji, anno regni nostri quadragesimo tertio.

Rymer I. II. 47. Foed. I. 386.

511. **1259. Maji 24. ap. Windesor.**

Gratiarum Literæ Henrici Regis ad H. Ebredunensem et Rodolphum Tarantasiensem Archiepiscopos, nec non ad Rostandum et J. Clarel magistros, pro laboriosa et assidua diligentia, quam ipsi, ut legati et procuratores Regis in curia

Romana apposuerunt rebus ejus gerendis circa negotium Siciliæ. Mandat illis Rex, se dil. et fid. militem Willelmum Bonquer ad dictam curiam misisse, cui omnis fides super prælocutum negotium adhibenda sit. Apud Windesor, XXIV die Maji, regni Henr. III. anno XLIII.

Rymer I. II. 48. Foedera I. 386.

512. **1259. Maji 28.**

Promissio quorumdam hominum de Chatelargent, quod operam darent, ut constituat sese Gonterinus de Grazan in curia Comitis Sabaudiæ, ad reddendam rationem injuriarum, quas intulisse accusatur officialibus dicti Comitis.

Invent. Ducat. Augustani, Fasc. IV. tit. Chatelargent, N⁰. 1.

513. **1259. Mense Maji. Chillon.**

Johannes, Mistralis de Sancto Brancherio vendit, pretio V librarum maurisiensium, Hugoni de Grandimonte Castellano de Chillon ad manus Petri de Sabaudia, octo Solidos census annui super Mistralia S. Brancherii. Testes, Magister Arnaldus, Vldricus mistralis ville noue, etc.

Ind. Sabaud. Fasc. I. Conv. N⁰. 4. Ch. N⁰. 26

513. a. **1259. Mense Maji. Chillon.**

Jacobus de Lygdes vendit, Petro de Sabaudia, agente Hugone de Grandimonte, Castellano Chillonis, IV Solidos mauris. census annui, pretio IV librarum maurisiensium, testibus, Magistro Arnaldo, Ulrico, mistrali Ville noue, etc.

Invent. Sab. Fasc. I. Conv. 4. Ch. 27.

513. b. **1259. Mense Maji. Chillon.**

Ruffus de Lygdes vendit Hugoni de Grandimonte, Castellano Chillonis, ad manus dom. Petri de Sabaudia, pretio triginta librarum Maurisian. XL. sextaria siliginis, et XX solidos maurisienses, census annui super molendinis de Lygdes. Testibus, Mag. Arnaldo, Vlrico mistrali ville nouæ.

Invent. Sab. Fasc. I. Conv. 4. Ch. N⁰. 28.

514. **1259. Junii 5. ap. Chillon.**

Venditio Willelmi de Cronay, consentientibus uxore et liberis ejus, facta Petro de Sabaudia, decimæ loci de Carnier, pretio centum librarum Lausannensium. Actum mense Junio, anno M. CC. L. nono.

Invent. Waud. Fasc. I. Convol. II. N⁰. 66.

515. **1259. Junii 14.**

Willielmus de Alingiis, domicellus, Petri filius, pro decem libris Gebennensis monetæ, impignorat, ratione hypothecaria, quidquid possidebat in mandamento Alingii novi, in favorem ill: viri Petri de Sabaudia. Actum die Sabbathi post festum b. Barnabæ Apost. Anno Dom. M. CC. L. IX.

Ind. Waud. Fasc. I. Convol. II. Ch. N°. 48.

516. *Declaratio nunciorum Regis Angliæ, de jurata ab illis et procuratoribus Regis Franciæ pace, inter ambos Reges condita, et de quibusdam reservationibus, a Rege Franciæ declaratis.* **1259. Junii 17.**

Universis præsentes litteras inspecturis; Simon de Monteforti comes Leycestriæ, P. de Sabaudia, et Hugo le Bigod, procuratores et nuncii ill. Regis Angliæ, salutem. Notum facimus quod tractatu pacis habito inter ill. Regem Franciæ et nos procuratorio nomine pro dom. nostro Rege Angliæ, et a nobis firmato, in ipsius Regis præsentia, præstito in animam prædicti dom. Regis Angliæ juramento, idem dom. Rex Franciæ, cum procuratores ipsius nobiles viri, dom. Alfonsus comes Burg'. Franciæ camerarius, et dom. Simon de Claromonte, dom. Nigell' ab ipso specialiter constituti ad jurandum in animam ipsius super dicta pace tenenda, facerent in ejus præsentia juramentum, nobis audientibus et consentientibus, hæc protestans expressit, quod hæc fiebat salvis restitutionibus quas fieri ordinaverat in quibusdam terrarum illarum, quas habere debet dom. Rex Angliæ per eandem compositionem et pacem. ut videl. non obstante hujusmodi juramento, fiant dictæ restitutiones in terris eisdem, quamdiu erunt in manu Regis Franciæ memorati. et quod ad solutionem pecuniæ quod continetur in eadem compositione, datis plegiis, qui super hoc dari debent, per juramentum hoc minime teneatur. quod etiam vel ad solutionem pecuniæ vel terrarum assignationem aut traditionem non teneatur per hujusmodi juramentum, donec idem dom. Rex Angliæ fecerit ei homagium ligium, secundum quod in forma pacis plenius continetur, et eandem compositionem pro se et hæredibus suis tam ipse quam duo filii sui propriis juramentis firmaverint, et litteras suas patentes dederint de compositione complenda plenius et servanda. In cujus rei testimonium sigilla nostra præsenti scripto fecimus apponi. Datum die Maii (Martis) proxima post quindenam Pentecostes, in præsentia domini Regis Franciæ, anno Dom. MCCLIX.

Foedera Rymer I. 384.

517. **1259. Junii 24. Parisiis.**

Petrus de Sabaudia donat Beatrici, Comitissæ Provinciæ, Sorori suæ, castrum Scalarum, prope Sanctum Genisium, quod in pias causas impendere destinaverat. Actum Parisius, in domo Regis quæ dicitur de Noelle, in camera subtus turrim, die festo S. Johannis Baptistæ, Anno Domini M. CC. L. nono Indictione secunda.

Pingonii Chron. Sab. tois. fol. 359. recto.

518. *Potestas regia quatuor delegatis collata, renunciandi in regnum Siciliæ, nominibus Henrici regis et Edmundi filii ejus.* **1259. Junii 26. Windesoræ.**

Summo Pontifici et ven. coetui cardinalium. H. Rex Angliæ sal. Noverit vestra paternitas rev. quod nos ven. patrem Tarantasien. Archiepiscopum, Simonem de Monteforti Com. Leycestriæ, Petrum de Sabaudia et Joh. Mansell, thesaurarium Eborum, nostro ac dilecti filii nostri Edmundi nomine procuratores nostros constituimus et nuncios speciales, dantes eis plenam et liberam potestatem ac speciale mandatum renunciandi regno Siciliæ nobis et dicto Edmundo ab Apostolica sede concesso, si viderint expedire. Ratum habituri et firmum quicquid ipsi vel duo ipsorum nomine nostro et dicti Edmundi filii nostri super hoc duxerint faciendum. In cuius rei testimonium, tam pro nobis quam pro præd. Edmundo præsentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Teste Rege ap. Windsor, vicesimo sexto die Junii, *(ap. Rymeri edit. priorem)*, .. apud Windes'..... die Junii *(in Foederibus)*.

Rymer I. II. 97. Foed. I. 457. In utraque editione adscribitur hæc chartæ: A. D. 1265. Anno 49⁰ Henrici III: sed reperitur in Calendar. rotul. patent. p. 31. sub anno 43 regni Henrici III, i. e. 1259, et, revera justius Rymero:

Anno enim 1265, mense Junio, Rex erat captivus Comitis Leycestriæ, Edmundus exsul in Galliis, Petrus de Sabaudia jam successerat in Comitatu Sabaudiæ, ibique res suas prospere gerebat, Maunsell, exsul in Francia, naturæ debitum jam solverat, et regnum Siciliæ a Papa iam translatum in Carolum Andegaviensem.

519. *Foedus inter Eberhardum de Waldburg Episcopum Constantiensem et Bertoldum de Falkenstein Abbatem Sangallensem, in favorem et pro defensione Hartmanni Senioris Comitis Kyburgensis et consortis ejus, Margarethæ de Sabaudia.* **1259. Junii 29. Ailgo (Elgg).**

In nomine Domini, Amen. Nos E. Dei gratia Constantiensis Episcopus. B. divina permissione Abbas Sancti Galli

notum facimus vninersis presentium inspectoribns quod deuotionem et sinceritatem fidei, quas nobis vir Hartmannus Senior Comes de Kiburch. et progenitores sni ad ecclesiam constantiensem, et monasterium Sancti Galli. et personas nostras specialiter habnisse noscuntur. prouide attendentes ad assistendum et fauendnm sibi. ac defendendum eum contra inuasiones et insultus nobilium virorum. Hartmanni de Kiburch, Junioris. et Rudolfi de Habespurc comitum, nos per iuramenta corporaliter præstita. tactis sacrosanctis evangeliis. obligasse. promittentes sub debito huiusmodi juramenti, quod numquam ab ipsius consilio et auxilio aliquatenus desistemus. antequam inter eum et prefatos comites pacis federa fuerint reformata. nullum de hoc et tractatum habere vel facere. sine sui consilio et certa scientia presumenda. Si vero supradictus Comes H. senior. quod Deus auertat. debitum carnis exsoluat. Illustri domine Margarete coningi sue. ad assistendum. fauendum, manutenendum. et defendendum eam. in rebus tam mobilibus. quam immobilibus. sibi de jure. propter mortem ipsius pertinentibus. ab impugnatione. infestatione. sev omni grauamine ac pertnrbatione prefatorum Comitum. per idem iuramentum esse uolumus obligati. et quod uunquam tractatum aliquem habebimus de pace cum ipsis. nisi dicte Comitisse noluntas ad hoc accesserit et consensus. Et si contra aliquid in hiis literis tam ipsi H. comiti quam Comitisse promissum. Ausu temerario venire presumpserimus, profitemur nos ipso facto esse periuros. Datum et actum Ailgov. A°. dom. M°. CC°. L°. IX. Dominica prima post festum b. Johannis baptiste.

Invent. Matrimon. Princip. Sabaud. Fasc. I. Matrim. Margarethæ de Sabaudia cum Hartmanno de Kyburg, N°. 21.

520. **1259. Mense Julio.**

Martinus, dictus de Samoin, vendit Petro de Sabaudia, pretio viginti quinque librarum Gebennensium, quidquid percipiebat bladi in villa de Sesteres, in parrochia Fleirier, tam ratione censuum, quam in decimis.

Invent. Fuciniaci, Fasc. VI. Tit. Fleirier, N°. 1.

521. Ratihabitio Prælatorum et Baronum Angliæ, pacti Regum Angliæ et Franciæ circa tres episcopatus.

1259. Octobris 13. Londini.

A Tons ceux qni ces presentes lettres verront on orront. Nous, Boniface archevesque de Cantrobir, primat de toute

l'Angleterre, Walter Evesque de Wyrcestre, Simon de Montfort comte de Leicestre, Richard de Clare comte de Glocestre et de Hertfort, Roger le Bigot comte de Norfolk et mareschal d'Angleterre, Humifroy de Bohun comte de Rochefort et de Essex, Guillaume de Fort comte de Albemarl', Jean Duplessis comte de Warwik' Hugues le Bigot, justice d'Angleterre, Pierre de Savoye, Roger de Mortimer, Jean Manseil tresorier de Emerbil', Philippe de Ballech', Richard de Greey, James de Audelee et Pierre de Montfort, Conseillers de nostre Sire le Roy d'Angleterre, salut en nostre Sauveur. Nous faisons ascavoir que nous avons veue et entendue la forme de la paix qui est faicte et juree entre le noble Roy de France Leois et le noble Roy Henry nostre Seigneur en ces paroles: *Henry par la grace de Dieu etc.* Et nous cette paix et composition, si come elle est contenue par dessus, voulons et octroyons et loons et conseillons, et en la presence du devant dict nostre Seigneur le Roy, et par son commandement especial, nous archevesques et evesques avons promis en paroles de proicers, et nous comtes et barons, avons jures sur sainctes evangiles, que nous les choses et chacune par soy, qui sont en cette paix contenues, tant comme a nous appartient, fermement et establement tendrons et garderons, et a bonne foy travaillerons et pourchaserons que nostre Seigneur le Roy d'Angleterre, et si hoirs, en touttes les choses, et chacune par soy qui sont contenues en cette paix, loyaument accompliront et garderont fermement. Et cet serment avons nous faict en la presence des messaiges de noble Roy de France, envoyez de et par luy. Et en temoign de cette chose nous avons mis nos sceaux en ces presentes lettres. Ce fut donnees a Londres le Lundi prochain avant la fest de sainct Luc l'evangeliste lan de l'Incarnation nostre Seigneur M. CC. LIX au mois d'Octouvre. *Foedera I 390*

Recentioris sæculi versionem vel apographum pristini authentici, esse probant istam chartam tam stylus quam Orthographia gallica ejusdem.

522. *Litteræ Regis Angliæ, Duci Britanniæ, de Comitatu Richemundiæ illi restituendo occasione matrimonii filii dicti ducis cum filia Regis, Beatrice.*

1259. Octobris 18.

Rex nobili viro Johanni duci Britanniæ, salutem et sinceræ dilectionis affectum. Receptis et diligenter intellectis

litteris vestris per ven. patrem S. episcopum Briocensem et Galfridum de Bistyn militem, nuncios vestros nuper ad nos transmissos..... perpendimus evidenter, quod perpetuæ foedus amicitiæ nobiscum inire desideratis, Johannem primogenitum filium vestrum Beatrici filiæ nostræ Karissimæ matrimonialiter copulando....... Cæterum super eo quod petivistis quod comitatum Richemundiæ vobis reddi faceremus, vos latere non credimus, quod comitatum illum dilecto avunculo nostro, Petro de Sabaudia, dudum contulimus, qui adventum nunciorum vestrorum in Angliam diutius expectavit, tandem vero, urgentibus coactus negotiis, ante ipsorum adventum partes adiit transmarinas, sicut præfatis nunciis bene constat. Verum quia de prædicto comitatu, sine præfato Petro, nichil ad præsens facere poterimus, veluti nec deceret, et nos, et præfata consors nostra, una cum prædicta Beatrice filia nostra, DEO permittente, disponimus esse Parisius in crastino beatæ Katerinæ virg. cum illustri Rege Franciæ, ubi etiam prædictus Petrus intererit: *Sinceritatem* vestram affectuose rogamus quatinus, dictis die et loco nobis occurrere velitis, una cum prædictis consorte vestra, et Johanne filio vestro, pro expeditione negotii supradicti. Et tunc, habito cum prædicto Petro colloquio, prædictum comitatum, si illum ab eodem Petro per voluntatem suam elicere poterimus, vobis habere faciemus, secundum formam inter vos, et dil. et fid, nostros, Ricardum comitem Gloucestriæ, et Johannem Maunsell, nuncios nostros coram ill. domina Regina Franciæ prolocutam. Alioquin de terris quas a præfato Rege sumus accepturi, seu de aliis terris in Anglia, equivalens vobis escambium, de quo, auctore Domino contenti eritis, faciemus. dum tamen negotium prædicti foederis feliciter procedat, prout inter nos et prædictos nuncios vestros plenius est conventum. Teste Rege, apud Westmonasterium, XVIII die Octobris anno regni nostri XLIII.

Rymer I. II 52. Foedera I. 391.

523. ***Publicatio regia super restitutione antedictâ.***
1259. Octobris 18. ap. Westmonasterium.

Rex omnibus, etc. Cum inter nos et ven. P. Simonem episcopum Briacensem. et prud. virum Galfridum de Bistyn militem, nuncios et procuratores Nob. viri Johannis ducis Britanniæ, plenam habentes potestatem tractandi et firmandi matrimonium inter Johannem, primogenitum et hæredem præfati ducis, et Beatricem filiam nostram, super eodem matri-

monio habitus sit tractatus, et dux præfatus comitatum Richemundiæ sibi a nobis restitui petierit: Nos bona fide promittimus et concedimus quod, si comitatum a manibus dil. avunculi nostri Petri de Sabaudia, cui comitatum illum dudum contulimus, per voluntatem suam elicere poterimus, nos comitatum illum dicto duci, tanquam hæreditatem suam, restituemus in forma, coram ill. domina Regina Franciæ, inter prædictum ducem, et dil. et fid. nostros Ricardum comitem Gloucestriæ, et Johannem Maunsell, nuntios nostros prolocuta. Alioquin de terris, quas ab ill. Rege Franciæ sumus recepturi, seu de aliis terris nostris in Anglia, eidem duci æquivalens escambium, de quo contentus esse debuerit, faciemus. Et, per unam istarum viarum, in prædictum matrimonium consentimus, et præfato Johanni, filio ducis, prædictam Beatricem filiam nostram concedimus in uxorem. Et hoc per dil. et fid. nostrum Rogerum de Mortuo Mari fecimus in animam nostram jurari, ita tamen quod præsens negotium coram præfata Regina Franciæ firmetur, et finaliter consummetur, prout superius est expressum. In cujus rei etc. Teste Rege apud Westmonasterium, XVIII die Octobris, anno regni nostri XLIII.

Rymer I. II. 52. Foedera I. 391.

524. **1259. Octobris 21. ap. Westmonasterium.**

Litteræ Henrici Regis Angliæ, Ludovico, Regi Franciæ ... Ven. viros G. decanum Turonensem et mag. W. Beluacensem, vestræ seren. nuncios ad nos nuper transmissos gratanter recepimus........ Cum quibus diem collegimus quod erimus ad vos Parisius, Domino concedente, in crastino beatæ Caterinæ virginis proximo futuro, parati omnia quæ dictæ pacis reformationem contingunt, prout eadem requirit totaliter adimplere. Teste Rege apud Westmonast. XXI die Octobris anno Regni nostri xliv.

Eodem modo, verbis competenter mutatis, scribitur dominæ Reginæ Franciæ.

Rymer I. II. 52, cum die XII Octobris. Foedera I. 391.

525. **1259. Mense Octobris. Parisius.**

Manifestum Ludovici Regis Franciæ, gallicum, comitatum in margine versione latina, quo continetur compositio pacis inter semetipsum et Regem Angliæ, spectantis ad tres episcopatus et civitates, videl. Lemovicensem, Cadurcensem et Petragoricensem. Promittit Ludovicus reddere terrum Agenois

Henrico, aliis conditionibus adjunctis. — Le fu done a Paris lan de l'Incarnation nostre Seigneur M. CC. L. IX. el mois de Octoure. (In versione latina scriptum est: Hæc fuerunt facta Parisius, etc.) *Foedera I 389. Rymer I. II. 51.*

526. *Ricardi, Rom. Regis, donatio loci Contaminæ, Petro de Sabaudia facta.* **1259. Decembris 11. Mere.**

Ricardus DEI gratia Romanorum Rex Semper Augustus vniuersis Sacri Imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Si fidei merita et devota fidelium nostrorum obsequia benigno gratie favore prosequimur, Regalis excellentie decus attollimus et fidelium mentes ad obsequendum nobis devotius incitamus. hinc est quod nos laudabilia merita Nobilis viri petri de Sabaudia dilecti fidelis et affinis nostri diligentius attendentes, ac volentes ipsum propter hec benigno favore prosequi et gratia speciali, eidem quemdam locum situm inter villas nostras de Berna et de Murato super aquam Seroye, qui locus contamina nuncupatur vulgariter, liberalitate regia, prout ad nos ratione Imperii pertinere dinoscitur, concedimus et donamus. In cuius concessionis et donationis nostre memoriam evidentem, presens scriptum exinde conscribi jussimus et sigilli maiestatis nostre munimine roborari. Datum mere XI die Decembris, indictione tercia anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, Regni vero nostri anno tertio.

Deest Sigillum.

Dipl Imp. Fasc. II. N⁰. 25.

527. *Johannis, Ducis Britanniæ, renunciatio in Comitatum Richemundiæ.* **1259. Decembris 13. Parisiis.**

A toz ceaus qui ces letres uerront ou oyrunt Jehan dux de Bretangne saluz Sachent tutt que nos auons quitte et quittons a Henry par la grace de Dieu Roy d'Engletere et a ses hoirs por nos et por nos hoirs tot le droit que nos clamions on poions clamer par nule maniere de raison en la Conte de Richemund oue ses apertenances. par leschange que le deuant dit Rois de Englete' nos a fait por la deuant dite Conte de Richemund si come il est contenu en lescrit fet entre le deuan dit Rois et nos en forme de Cyrografe que est saele de son secl et dou nostre dont il a lune partie saele de nostre secl et nos lautre saele de son seel et en testmoin de ce nos auons mis nostre seel a cest escrit Ce fu fet a

paris le samedi prochain a pres la feste saint Nicholas Lan de lincarnation nostre Seignor. millc. CC. Cinquante noef.

Invent Chart Sabaud. Fasc. I. Convol. 4. Ch. N⁰. 96.

528. **1259.**

Petrus de Sabaudia, proficiscens ad partes transmarinas, confert potestatem Reginæ Angliæ Alienoræ, nepti suæ, designandi attornatos vel procuratores, ad gerenda negotia ipsius Petri in Regno Angliæ.

Ex Arch. Londin, inter patentes anni XLIII. Henr. III. memb. 9.

529. *Negotia varia, P. de Sabaudia commissa.*

1259.

Petrus de Sabaudia, cum aliquibus aliis designatur ad exequenda pacta inter Angliæ et Franciæ Reges, et ad tractandum de matrimonio Johannis Primogeniti Ducis Britanniæ cum Beatrice, filia Henrici Regis Angliæ: imo, ad negotiandum conciliationem inter dictum Regem et Comitem Leycestriæ nec non Eleonoram illius conjugem, sororem Regis.

Charta Turris Londin. de XLIII anno Hen. III. m. 8.

530. **1259.**

Missio Petri de Sabaudia unâ cum nonnullis aliis ad expediendas negotiationes jam inceptas inter Angliæ et Franciæ Reges. Item ad componendam concordiam inter Regem Angliæ ex una parte, et Comitem et Comitissam Leicestriæ ex altera.

Chartarum excerpta Archivi turris Londinensis ad ann XLIII. Hen. III. membr. 11.

531. *Littera Regis Franciæ Regi Angliæ, de Beatrice, filia Henrici, nupta Johanni filio ducis Britanniæ.*

1260. Januarii 5. vel 12. Compendii (Compiegne).

Ludovicus, D. G. Franciæ Rex, Karissimo consanguineo suo, Henrico, eadem gratia, Regi Angliæ illustri, domino Hiberniæ et duci Aquitaniæ, fideli suo, salutem et sinceræ dilectionis affectum. Rogastis nos per..... Johannem de Britannia, qui vestram duxit filiam in uxorem, de mille marcis nos..... vellemus super denarios, quos pro valore terræ de Agen' vobis asseritis nos debere. Verum cum super hoc dictum Johannem, ad vestram requisitionem, in hominem recepimus, non videtur, quia vobis principaliter ad solutionem dictæ pecuniæ teneamur. Unde nobis, si placet, per vestras patentes literas declaretis,

quid facere nos volueritis de præmissis: vobis quidem, vel alii de dicto valore terræ Agenensis teneri non credimus nisi secundum formam pacis inter nos..... terminos in eadem pace contentos quorum primus incipiet in Ascens..... Dat' apud Compend', die Lunæ..... Epiphaniæ. *Foedera I. 392.*

532. **1260. Februarii 26.**

Iterat Petrus de Sabaudia, homagii ligii et fidelitatis sponsionem abbatissæ et conventui monasterii Sancti Petri jam prius iuratam, pro Castro et baronia Turris Pini, in favorem Brunæ, nunc Abbatissæ istius coenobii, et sui sigilli munimine roborat hanc recognitionem et iterationem. V Kal. Martii, Anno domini M°. CC°. L°. nono. *(Styli paschalis.)*

Appendet sigillum Petri, cum leone gradiente.

E coll. dipl. dom equitis Gazzera: Autenticum vero Parisiis adservatur.

533. De filio ducis Britanniæ et Comitatu Richemundiæ.
1260. Martii 9. ap. S. Audomarum (S. Omer).

Henricus Angliæ Rex, scribit Johanni duci Britanniæ, se retinuisse apud se et reginam Angliæ, Johannem primogenitum eius et filium suum dilectum: petit a duce, ut veniat in Angliam cum dicto filio ejus, in festo b. Edwardi, quod celebratur in quindena festi b. Michaelis, ut decoret præfatum Johannem, generum suum, cingulo militari. Et in fine scribit: et quando volueritis, mittatis aliquem de militibus vestris pro extenta comitatus Richemundiæ facienda, prout inter nos et vos est conventum: et circa hoc opem et operam, prout opus fuerit, impendemus. Teste etc. apud Sanctum Audomarum, IX die Marcii Anno regni nostri XLIV.

Rymer I. II. 53. Foedera I. 395.

534. **1260. Mense Martio.**

Petrus de Servion, domicellus filius Rodulphi de Servion militis, vendit Petro de Sabaudia Advocatiam loci de Servion pro duodecim libris Lausannensibus. Mense Martio, anni MCCLIX, st. incarnat.

Ind. Waud. Fasc. I. Convol. II. Ch. N°. 40. Si venditio ista facta est ante 25 Martii, incidit in annum vulgarem 1260: si vero acta est post 25 istius mensis, tribuatur anno 1259 cui in ipsa charta adscribitur.

535. **1260. Aprilis 16. Lausannæ.**

Confirmatio Lausann. Capituli, ab omnibus Canonicis subscripta, donationis villæ S. Liberii, ab Episcopo Johanne,

Petro de Sabaudiæ factæ. Actum Lausanne in Capitulo, Feria VI post Octavam Pasche, Anno Dom. M. CC. LX.

Inv. Bar. Waudi, Fasc. I. Convol. cop. N^0. 2. Ch. 61.

536. *Iudicatum arbitrale inter Petrum de Sabaudia et Dom. Amedeum de Montebeligardo, Dominum Montisfalconis.*

1260. Aprilis 26. Ebroduni.

M. CC. LX. le lundy appres troys sepmaynes de pasques faict a Yverdon. estant difference entre Amedee Seignour de Montfalcon dune part et pierre de Savoye de lautre per ce que Amed disoit quil avayt a Yverdun le cors de leau quon appelle Telle et que ledit pierre len avoyt vitre le cors si quil ne ponvoit fere pister un molin ne aultre chose. Plus de certayn home acquis et dung certain peage et plusieurs aultres particularites. plus XX livrees de terres a luy assignez par le pays quil avoit faict avec le Seignour de faucigny par la convencion quil avoit avec lui du lieu diuerdon lequel different fust accorde par le treve de Monsegnor humbert de Golens et Joffrey de grammont le Seignor de la Sarra l'accord se fayt que Amed de Montfalcon soule et guerpi clame et qnite audit pierre *et* toute signorie et ledit pierre lui donne cinc cens livres de viennoys pour la ditte des dessusdits arbitres et ceut livres de sa grace et le dit chasteau *(sic: sed fortasse scribi debebat „Corsdeau")* et luy quitte le droict dicelle eau et molins qui furent du Sire jordans Seignor de boan *(sive beaumont?)* en leau de Cerlie plus que ledit pierre ni aultre ne dispute empecher en icelle eau de Cerlie que les...: ieres ne puissent aller des Orbes jusquan lac et du lac jusqua Orbe si ce nestoit porte colyze quon dust ouvrir sans nul contrast sitost que la.... ere *(verniere?)* viendra.

Invent. Baronie de Vaud, Titulus Yverdun, N°. 1. Pingon. Fol. 365, et Zibaldone, in excerptis vix legibilibus.

537. **1260. Maji 7.**

Nicolaus de Montibus miles, vendit Petro de Sabaudia pretio viginti librarum Gebennensium, septum suum infra castrum de Montibus situm, cum aliis quibusdam bonis, cum reinfeodatione dicti Nicolai de supradictis bonis venditis, sibi facta a Petro de Sabaudia, in augmentationem aliorum feodorum, quæ tenebat antea Nicolaus a predicto Petro. Actum

Die Veneris post festum Philippi et Jacobi Apostolorum, Anno Dom. M°. CC°. LX°.

Index feudorum Waudens. Fasc. XXVIII. Tit. Monts. N°. 1. T. II. pag. 170.

538. *Sententia arbitralis inter Rodolphum Comitem Gebennensem et Petrum de Sabaudia lata circa castrum de Charrosse et alias lites inter illos vertentes.*

1160. Maji 19. Genevæ.

Thomas Sire de Menthon et Joffrey de Grandmont, arbitres entre Pierre de Savoye et Raouz Conte de Genevoys. Pierre demande les despends quil auoyt feyt a recouurir le Chastel de Charosse, parceque le feod dudit Chastel luy estoit assigné et donné en partie de son heritage par le comte Thomas tuteur de Boniface fils et hoir de Amed Conte de Sauoye de qui le Chastel estoyt tenu. et ce estoit feyt par les articles du testament dudict feu Amed, et par les archevesques et evesques de lion de belley et de Maurienne et par laccord des barons de la comte de Sauoye. et le dit Raouz na voulu faire son usage selon quil fust requis par ledict pierre par plusieurs lettres passe vng an et vng jour detenant ledict Chastel dont il demandoyt les Issues dudict Chastel et appertenances et de ce quil auoit deuesti Guillaume Martin son homme lige. Demandoyt enquores (Pierre de Savoye) sa partie qui li aferoit de Curnillon et de la val des Clees les ques choses auoient este assignees a sa mere en son mariage. Demandoit enquores tel droit et tel reson qe messire P. et messire Ebles fil et hoir ca en arriers le Conte Humbert de Geneue auoient en leritage ledit Conte; lequel droit et laquele reson il li auoient done e outroie. En la perfin ils se compromistrent en nos auant diz Thomas seignour de mentons e Joffroi de grant mont e promistrent etc.... Et nos oies les demandes desus dites et les defenses etc. disons et ordenons ... que le Chastel de Charrosse soit du feod de Pierre et de ses hoirs ou assignes et promet ledit Raouz payer sur le dit chastel audit pier deux mille livres viennoyses, qui seront ajoutees a la gagiere des dix mille marcs dargent, ancienne dette, en ajoustant a icelle gaigierie les fiez de Chatillon en Michaille et Arlod possedez par le Sire de Jaiz et en general toz ce qil possede oultre le Rhone de Seyssel en sus vers Lozanne par le chemin de la Cluse et depuis le pont de

Tascon en amont vers les parties de Geneue et leurs fiez oultre Arve. Enquores disons e ordenons qe messire pierres ou ses hoirs et assignez se suffire des demandes qil fet a Raout dou mariage sa mere e del heritage des auant diz monseignours p. e de monseignour Eble de geneue si qeles sunt desus plus clerement dites. tant qe li diz Raouz ou ses hoirs weille reembre del auant dit monseignour. p. ou de son hoir ou de son assigne lauant dite gagiere en tel maniere qe li droits al diz Monseignour pierre et de son hoir ou de son assigne e les defenses dou dit Raout et de son hoir soient toziors sauues jusque adonques si queles sunt ores. Enquores disons qe si auant diz Messire p. ou ses hoirs ou ses assignez puisse se il welt treire tesmoinz en forme de publication dauant lofficial de geneue ou dauant juge competent por prouuer sentention sour lauant dit heritage de sa mere quil demande e vaillent tant que dfoit soffrera. A Guillaume Martin son dommage doit être émendé par le Comte de Genève, et satisfait a tous les endommgès... E por tant nos volons et disons que li auant diz messire pierres et Raouz soent bon ami, etc.... E ce fu feit a geneue le mecresdi dauant la pantecoste lan de lincarnation nostre Seignour mil e doucenz e sissante.

Invent. Faucigny, Fasc IV. Titul. Charosse et Passier, N⁰. 1. Pingon. fol. 365. Zibaldone.

539. *Compromissum in Petrum de Sabaudia, superarbritrum inter plures Nobiles litigantes.* **1260. Maji 19.** Genevæ.

Le Mercredi deuant pentecostes feit a Geneue: pardevant Monsignor perron de Sauoye cest fayt vng acte de compromis es mains de Thomas Sire de Mentons et Joffrey de Grammont arbitres, et Monsgn. perron de Sauoye surarbitre, sub le contentz et destris que fust entre don Rould et Guill. de Greysie pour eux et leurs fils et aymar Messer Vuill. de Greyse et don Vuill et don Aymon de Lucinge freres et pour leurs autres freres et don Ame Dandel et don pierre de Saillon et don rames de terme pierre dauteville pour lui et ses freres don estiene de Champagne et Wuill. de Dorche et aymon de Sierne dune part, Et Roux Conte de Geneve dautre, et sur la querelle qui estoit entre pierre de Sallion et guy de pontveyre et y sont apposes les seels dudit Monseignour pierre de Sauoye.

Sigillum Petri de Sabaudia: Leo erectus, dextrorsum

gradiens, et circumscriptum. S. PETRI DE SABAUDIA COMITIS.

Pingonii Chron. fol. 365. et in ejusdem «Zibaldone.»

540. **1260. Maji 19. Genevæ.**

Compositio eiusdem litis per supradictos arbitros et superarbitrium P. de Sabaudia, sub eodem Sigillo.

Ping. Chron. fol. 365.

541. **1260. Maji 27. Chillon.**

Johannes Episcopus Lausannensis, donat Petro de Sabaudia Mercatum villæ Yverduni cum feriis ibi celebrandis singulis septimanis quolibet die Jovis. Actum apud Chillon, die Jovis post festum Pentecostes, Anno Dom. M°. CC°. LX°.

Invent. Waudi, Fasc. I. Conv. N⁰. 2. Ch. 59.

542. **1260. Junii 10.**

Sententia arbitralis Johannis Episcopi Lausann. aliorumque arbitrorum, de dissensionibus obortis inter Petrum de Sabaudia, et Johannem de Roa, filium quond. Rodolfi de Roa, quâ adjudicatur castrum de Roa Petro de Sabaudia, titulo hypothecæ, pro damnis sibi illatis a dicto Johanne de Roa, æstimatis ad viginti millia Marcas Argenti.

Ind. feud. Waud, Tom. II. p. 110. N⁰. 1.

543. Epitome pacis conditæ inter Communia Astæ et Carii (vel Cherii). **1260. Junii 18. Astæ.**

Anno Domini MCCLX, indictione III. die veneris XVIII mensis Junii, in nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Hec est forma pacis inter commune astense ex una parte et commune Cherii ex altera. In primis... commune et homines Carii.... debeant iuvare et salvare et manutenere et defendere commune Ast et homines civitatis astensis, et districtus astensis et terram quam commune Ast nunc tenet et possidet et de cetero tenebit et possidebit, et facere guerram et pacem tam de loco a loco Carii et eius posse quam aliunde et exercitus et cavalcatas per commune astense contra omnes personas universitates et loca et facere munitionem pro comuni astensi quandocumque comune ast guerram habuerit salvis habitatoribus et vassallis infrascriptis comunis Carii in eorum feudis que ab eis tenentur videl. illis de Trufarello et DD. de Polmoncello et illis de Ruviliasco et de Baudissetto et Vergnano et de Montecucho de Alegnano et de omnibus homini-

bus de Andexello DD. de Castronovo DD. de Tondonico; salvis etiam civibus et vassallis comunis astensis. et comune Ast teneatur manutenere iuvare etc. locum et comune Carii et terram etc. contra omnes porsonas universitates etc. salvis civibus vassallis et iuratis comunis astensis hoc acto expressim quod si aliquis civis vassallus vel iuratus comunis astensis dampnum vel offensionem seu injuriam comuni et hominibus Carii fecerit vel si comune etc. Carii aliquod dampnum etc. alicui civi astensi... fecerit, de civibus intelligatur habitantibus extra Aste, quod tunc comune astense cognoscat de dampno offensa et iniuria summarie et sine forma cause infra mensem postquam eĩ denunciatum fuerit et facta cognitione compellat comune astense cives vassallos et iuratos predictos qui dampnum dedissent etc. dampnum vel iniuriam factam ipsis Cariensibus restitui facere infra mensem a die cognitionis facte ipsis Cariensibus restituentibus damnum et etc. etc. civibus vassallis et iuratis predictis...... Et si predicti vassalli etc. nollent dictum dampnnm etc. restituere secundum cognitionem predictam et infra dictum terminum ipsis Cariensibus restituentibus ut supra, tunc comune astense teneatur et debeat iuvare Carienses contra predictos quousque satisfecissent secundum quod pronunciatum est per comune astense. Item si... comune universitas vel alia persona hostiliter intraret vel etc. in terram et fines carienses comune astense teneatur.... comune et homines Carii et eorum terras etc. in suis finibus adiuvare pro posse. Item quod medieta. ville et hominem de Stellono cum pertinentiis etc. sit comunis astensis et alia medietas comunis Carii pro indiviso. Item quod medietas iurium qne comnne Ast habet in Bnlgaro et pertinenciis Bulgari sit et esse debeat comnnis Carii et medietas iurium que comune Carii habet in Bulgaro et finibus Bulgari sit et esse debeat comnnis astensis et hoc pro indiviso. Item,...... quod...... compromissum et arbitrium factum per utrumque comnne in D. Ruffinnm de Plosascho, et sententia si quam tulit sit cassa et irrita etc. Item quod comune Carii pro predictis.... observandis comuni astensi faciat securitatem hanc videl. quod universi homines Carii iurabunt attendere etc. etc. et quod melius attendant dabunt et ponent in forcia comunis astensis locum et castrum Marentini et bastitam Serre cum pertinenciis: et quod unus civis habitans in Aste constituatur et ordinetur per comune Astense cum consensu communis Carii qui ipsum castrum et bastitam Serre pro utroque comuni

teneat et custodiat vel custodire faciat usque ad duos annos expensis tamen communis Carii, etc. etc. Hoc addito quod si infra duos annos commune astense venerit ad pacem et concordiam cum comitibus Sabaudie et D. Karolo comite Provincie de questionibus et controversiis que sunt inter iam dictos comites et comune astense quod tuue comune astense teneatur et debeat restituere et restitui facere dicta castra comuni Carii integraliter solvendo per comune Carii expensas quas facerent in custodia ipsorum prorata temporis quo custodirent ad rationem salarii inferius ordinati etc. etc. omnia et singula capitula compositionis hujus et reformationis pacis et concordie DD. Bartholomeus Thomas et Guillielmus Scarampus cives astenses sindici actores et procuratores comunis astensis ad hoc specialiter constituti ut patet per instrumentum sindicatus factum per Melanum Guillielmum not. de anno MCCLX indict. III. die martis XV mensis iunii voluntate et consensu D. Rogerii Georgii potestatis astensis ac consensu et voluntate omnium credendariorum et rectorum societatum communis astensis tam prime quam secunde credeucie qui erant ad consilium prescripta die veneris XVIII mensis iunii ad sonum campane et voce preconia more solito congregati et ipsi potestas credendarii et rectores de ore ad os interrogati et scripti ut mos est nomine et vice communis astensis et pro ipso communi promiserunt et iuraverunt in manibus D. D. Nicholini Balbi et Uberti Porcelli sindicorum actorum et procuratorum comunis Charii ad hoc constitutorum pro comuni Carii ut patet per instrumentum factum ab Henrico Scutino notario MCCLX indict. III die lune XIV iunii recipientibus et stipulantibus nomine et vice communis et hominum Carii attendere et observare in omnibus etc. etc. et curare sic quod D. Rufinus de Plozasco restituet communi et hominibus Carii Pecetum et Serram solvendo prius et satisfaciendo comune Carii ipsi D. Rufino recipienti expensas quas fecit et faciet in custodia ipsorum, etc. etc. Et insuper D. Bartholomeus Thomas et Guillelmus Scarampus sindici actores et procuratores et iam dictus potestas credendarii et rectores ut supra nomine et vice communis astensis fecerunt pacem et absolucionem..... de omnibus dampnis offensis et iniuriis datis et illatis per comune et homines Carii comuni et hominibus de Ast hinc retro etc. et versa vice dictus D. Nicholaus Balbus et Obertus Porcelli, actores et procuratores dicti comunis Carii cum consensu et voluntate D. Laydi Testa potestatis Carii et

Bonifacii Bertoldi potestatis societatis S. Georgii de Cario ibi existentis........ nomine et vice communis et hominum Carii promiserunt et iuraverunt omnia et singula capitula huius compositiones et reformationis pacis... in manibus predictorum B. Th. et G. Scarampi sindicorum communis Ast.... et curare sic quod consilium Carii iuret et promittat omnia attendere etc...... et nomine et vice ipsius communis (Carii)... fecerunt pacem finem remissionem et omnimodam absolucionem in manibus dictorum sindicorum comunis astensis.... de omnibus dampnis iniuriis et offensis datis et illatis per commune et homines de Ast comuni et hominibus de Cario hinc retro, et quod ponent et dabunt et consignabunt castrum Marantini castellano constituendo ut supra usque ad diem dominicam per totam diem et bastitam de Serra usque ad unum mensem proxime venturum et satisfacere D. Ruffo de expensis factis in Peceto et Serra predicta ita quod bastita Serre possit dari Astensibus secundum quod est superius ordinatum. Et cet. Actum Ast super voltas de domo. Testes etc. Ego Henricus Scutinus not. hanc cartam de mandato dictorum potestatum et sindicorum sic scripsi et similem cartam et eodem tenore fecit Melanus Guillelmus not. et fuerunt divise per alphabetum.

Cibrario, Storia di Chieri II. ***116***. *E libro rubeo Civitatis Carii.*

544. **1260. Julii 2. ap. Morgiam.**

Henricus Episcopus Sedunensis impignorat Petro de Sabaudia, titulo hypothecæ, pro restitutione expensarum dicti Petri, in obsessione et oppugnatione castrorum Martiniaci et Cresti, dicta Castra, Martiniaci et Cresti, et Castrum Chamoson, consentiente Metropolitano Ecclesiæ sedunensis, Rodolpho Archiepiscopo Tarantasiensi. Act. ap. Morgiam, die veneris post festum beatorum Petri et Pauli Apostolorum. A. D. MCCLX°.

Invent. tractat. cum Vallesia Fasc. II. N°. 9. Zibald. Pingon, f. 365: v. Cibr. Monarchia di Savoja II. 106.

545. **1260. Julii 5. Orbæ.**

Amedeus, dominus Montisfalconis mandat Renaudo de Valmercuel et aliis apud Everdona, ut recognoscant Petrum de Sabaudia, cui vendidit dictum locum de Everdona. Sigillata a dicto domino Amedeo. Actum Orbe die Lune post festum bb. Petri et Pauli Apostolorum, anno Domini M. CC. sexagesimo.

Zibald. Pingonii. Invent. Waudi, Fasc. II. Convol. 2. Ch. 16. Tit. Yverdun.

546. *Compromissum Petri de Sabaudia et Episcopi Sedunensis in arbitros.* **1260. Juli 21. ap. Morgiam.**

Henricus Episcopus Sedunensis et Petrus de Sabaudia compromittunt de dissensionibus inter illos vertentibus judicandis, in quatuor arbitros, quorum duo ab utraque parte constitui debeant: videlicet, ex parte Episcopi, in Marquardum de Morgia et Petrum de Ventona, milites: et ex parte Petri de Sabaudia, in Petrum Senescalcum et Ludovicum Majorem, milites: et conveniunt ambæ partes in Ven. Patrem Rodolphum Archiepiscopum Tarantasiensem, ut in arbitrum supremum, ut judicet inter dictos Episcopum et Petrum, et inter confoederatos illorum, casu, quo prælibati quatuor arbitri de conditionibus pacis convenire non possent. Datum apud Aquam que dicitur Morgia in pratis subtus Conthey anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo die Mercurii ante festum beate Marie Magdalene.

Invent. Tractat. cum Vallesia, Fasc. II. N°. 4.

547. *Johannes de Cossonay, Episcopus Lausannensis, cedit Petro de Sabaudia medietatem jurisdictionis temporalis in civitate et infra bannos Lausannæ.*
1260. Augusti 10. Lausannæ.

Johannes Dei misericordia Episcopus Ecclesie Lausannensis uniuersis presentes litteras inspecturis salutem et noticiam rei geste. Quoniam personam Karissimi consanguinei nostri Illustris viri domini Petri de Sabaudia querendis et procurandis nostris et ecclesie nostre utilitatibus fore novimus plurimum oportunam, considerantes quod gratis preventus beneficiis nostreque munificentia largitatis circa predicta tanto magis indefesso studio laborabit, quanto eum majoribus prerogativis duxerimus honorandum. nos habita super hoc plenaria deliberatione propter evidentem utilitatem nostram et ecclesie nostre, medietatem tocius temporalis iurisdictionis, quam habemus et habere debemus in civitate, vico et infra banna Lausanne, tam in bannis, clamis, Justiciis, occasionibus, fraveriis, quam eciam eschaetis. Ita tamen quod si possessiones venirent in eschaetam venderentur et precia inter nos communiter dividerentur, et donec venderentur, dividerentur inter nos proventus et exitus eorumdem, excepta Lauda possessionum que venduntur prout predicta ad nos pertinere noscuntur, eidem domino Petro ad vitam nostram concedimus et donamus. In cujus donationis et concessionis testimonium et me-

moriam evidentem presentes litteras conscribi jussimus et sigilli nostri impressione munire. Datum Lausanne in festo beati Laurentii, anno domini M°. CC°. sexagesimo.

Appendet Sigillum.

Invent. Baron. Waud. Fasc. III. Tit. Lausanne. N°. 3. Pingon. Fol. 365.

548. *Permutationes inter Henricum de Raronia Episcopum Sedunensem et Petrum de Sabaudia.*

1260. Septembris 5. ap. Morgiam et Sedunum.

Universis presentes litteras inspecturis, Henricus Dei gratia Episcopus Sedunensis et Petrus de Sabaudia rei geste notitiam cum salute. Noverit Vniuersitas uestra quod, suscitata inter nos materia questionis super eo quod nos dictus Petrus dicimus et proponimus contra Episcopum memoratum. Quod idem Episcopus tenet in manu sua feudum in Herementia, et in Valle de Herens, quod dominus Amedeus de Raronia frater dicti Episcopi debet tenere de nobis. de quo debitum vsagium non habuimus, et ideo cecidit in commissum. Et propterea dictus Dominus Amedeus soluit et quittauit nobis feudum predictum. Dicimus eciam quod cum bone memorie Dominus Willelmus de Turre esset homo ligius quondam Comitis Sabaudie patris nostri, et de eo plura teneat in Valesia de quibus tenebant ab eo aliqua Dom. Henricus dictus Albus, dom. P. Byntz. Jacobus Davotus. Humbertus de Narres. Huldricus de Castello. de Sirro Domicellus. Qui omnes predicti fuerunt homines ligii predicti domini Wilhelmi de predictis feudis. Vnde cum idem Episcopus sine laude et consensu nostro predictorum fidelitates sibi appropriavit, ea petimus nobis reddi. Petimus eciam nobis restitui, comitatum de Morgia ad nos iure hereditario spectantem, quem idem Episcopus detinet sine causa. Item petimus et vendicamus medietatem castri de Seya. cum idem castrum in pascuis nobis et predicto Episcopo pro indiuiso communi per dictum Episcopum Landricum predecessorem suum exstructum fuerit et firmatum. Item petimus dirrui Turrem de Monte hordeo pro eo quod cum alias per pacem factam inter dictum Episcopum Landricum et felicis recordationis Aymonem de Sabaudia partim diruta fuisset. Idem Episcopus contra dictam pacem veniens eandem firmauit. Dicens eciam quod in proprio solo domini Giroldi de Turre et Aymonis filii sui hominum nostrorum contra voluntatem expressam eorum turris eadem est constructa. Dicimus eciam quod tam idem Epis-

copus quam homines ejus terras prata pascua Jura aquas et earum vsitamenta quibusdam hominibus nostris auferunt et sibi indebite vendicarunt. Rursum proponimus contra dictum Episcopum quod nonnullos de hominibus nostris, homines ejus ceperunt, vulneraverunt et atrociter tractaverunt eodem Episcopo predicta rata habente. Et potissimi homines et familiares ejusdem Episcopi insequuti fuerunt cum armis Aymonem filium dicti domini Geroldi de Turre hominem nostrum ligium. Quas contumelias siue iniurias nobis illatas in personis hominum nostrorum nollemus sustinuisse pro tribus millibus Marcharum argenti. Rursum movemus contra eum multiplices querelas et controuersias atque rancores et peticiones. Dudum coram Venerabili Patre Domino R. Archiepiscopo Tarantasiensi metropolitano suo, a nobis et eis electo medio in quodam compromisso inter nos edicto ac inde coram nobilibus uiris Domino Amedeo de Raronia. Domino Jacobo Vicedomino Sedunensi, a predicto Domino Episcopo. Iblone domino de Montibus. Godofredo de Grandimonte, Aymone domino de Sarrata. a nobis Petro electis arbitris seu amicabilibus compositoribus. Et religiosis uiris domino Giroldo sancti Mauritii Agaunensis, et P. Alpium abbatibus. a nobis communiter electis in medium recitatas et in scriptis redactas et eorum sigillis sigillatas. Tandem communibus amicis interponentibus partes suas ut nos prefatum Petrum et nos Episcopum ad mutuas dilectionis et pacis federa revocarent eedem questiones fuerunt amicabili compositione solute sub forma inferius annotanda. Imprimis. quia certis et indubitatis experimentis didicimus quippe id tota die oculata fide vidimus quod communium possessionum nostrarum nobis et nostris hominibus pro indiuiso communi inter nos et nostros discordias excitatas novas lites procreat et procreatas nititur confirmare. Uolentes huic morbo congruam adhibere medelam nobisque et successoribus nostris super futuris periculis precavere. Nos predictus Episcopus prudentes scientes et spontanei habito super hoc procerum nostrorum et fidelium Ecclesie nostre consilio et assensu expresso permutamus ac permutationis titulo tradimus et assignamus eidem Domino Petro accipienti pro se et heredibus suis commoditate tocius Reipublice nostre hanc permutationem fieri plurimum suadente. Castra nostra de Cresco. de Chamosono. de Martigniaco. et quidquid habemus in villa et parrochia de Mustrus prope Chillon. sic corporale vel incorporale cum investituris et pertinentiis eorumdem. Uidelicet pratis uineis pascuis Juribus aquis aquarum decursibus piscariis feudis allo-

diis viis inviis nemoribus montanis et quibuscunque rebus aliis corporalibus et incorporalibus quo nomine censeantur. Et generaliter quecunque habemus vel habere debemus ab aqua que dicitur Morgia inferius versus ciuitates Lausannensem et Gebennensem ubicuuque. Retentis nobis feudis et fidelitatibus factis Illustrium uirorum Comitis Sabaudie et Comitis Gebennensis. Vltra Rhodanum uero permutamus et permutationis titulo tradimus et assignamus eidem quidquid habemus et quidquid habere debemus a vertice montis qui dicitur Tyons imminens seduno usque ad Corbasserias que sunt nostra et nobis remanent. prout distinguuntur territoria nostra de Miseris et de Barro que est dicti domini Petri. Vbicumque retentis nobis Ecclesiis nostris cum jurisdictione spirituali infra nostram Diocesin in quibus ad nos spectat auctoritate ordinaria et instituto personarum. Nosque predictorum possessione vel quasi possessione ex certa sciencia abdicantes a nobis. eundem Dominum Petrum corporaliter inducimus in eandem. Nos siquidem predictus Petrus contractu permutacionis ex parte dicti Episcopi iam investitus per traditionem rerum nobis factam permutamus et permutacionis titulo tradimus et assignamus eidem Episcopo in perpetuum pro nobis et heredibus seu assignatis nostris uillas nostras quas habemus in monte de Saviesia, uidelicet quidquid habemus apud Dronam. apud Montilles. apud Sanctum Germanum. Malternam. apud Clausna. apud Granum. apud Rhomann. et apud Ensione. Item feuda nostra de Ayento. de Rarognia. Vltra Rhodanum uero ualles nostras de Hermentia et de Herens. cum uillis nostris ibidem contentis. Item. feudum de Grangiis. et Gnansaca. quidquid habemus et habere debemus de predicta aqua de Morgia et a uertice montis de Tyons superius vbicunque in tota dyocesi Sedunensi, uidelicet in terris pratis pascuis iuribus aquis aquarum decursibus feudis et allodiis nostris et quibuscunque aliis rebus corporalibus et incorporalibus qualitercunque vocentur. Retentis nobis fidelitatibus ligiis Domini Giroldi de Turre et domini Petri de Ayento et heredum suorum. tamen pro feudis que de nobis tenent a Morgia inferius versus Chillon. et a uertice montis de Tyons inferius uersus montem Jouis. ita quod dictus Episcopus concedat dicto domino Giroldo feudum de Ayento, quod sibi permutavimus in augmentum alterius feudi, quod idem dominus Giroldus tenet de eodem Domino Episcopo. Ita quod propter augmentum huius feudi ipse uel heredes sui nouum homagium facere minime teneantur. Permittat et sibi apud Ayentum construere domum suam de

Fortia. — Damus et predicto Episcopo in permutationem predictum comitatum de Morgia et quidquid in eodem comitatu habemus uel antecessores nostri habuerunt. et quidquid iuris habemus in castro de Seya. feudum nobilis uiri Wilhelmi de Turre quod feudum ipse et dominus Henricus dictus Albus. Dominus P. Bintz milites. Boso Challions. Jacobus Davamer. Humbertus de Sierres. et Huldricus de Castello de Sirro uel alii quicunque tenent a nobis uel tenere debent a Morgia superius versus Sedunum. Remittimus sibi ac suis omnes querelas peticiones et rancores et controuersias nobis nostro nomine competentes. Preterquam peticionem quam facimus de dirutione de Montchordeo de qua fit alibi mentio specialis. Nos predictus Episcopus eidem domino Petro et suis omnes querelas et peticiones nobis competentes usque ad diem confectionis presentium litterarum remittimus similiter et quittamns. Cedimus nobis nos predicti Petrus et Episcopus et in nos uicissim ex certa sciencia transferimus omnes actiones reales. personales. mixtas. que pro predictis rebus hinc inde permutatis nobis competunt et competere possunt contra quascunque personas. Super rebns autem permutatis hinc inde si aliqui in iudicio uel extra, nos impeterent nobis ad inuicem promittimus bona fide et sub religione prestiti iuramenti esse guerentisatores et legitimi defensores. Et si aliquid de predictis per iudicium euinceretur. id alter alteri resarciet. His tamen dispositis nos dictus Petrus. pro nobis et hominibus et vallitoribus nostris. specialiter nobilibus uiris Domino Hartmanno Juniore Comite de Quiburgo. Rudolpho Comite Gruerie. Domino Petro filio suo. Domino Simone de Lucarno. Domino Manfredo. Aymone Domino Montagniaci. Henrico et Rodolpho Dominis Streteling. Ciuibus Bernensibus et adherentibus omnibus supradictis et aliis adiutoribus nostris. Domino Giroldo de Turre. Domino Petro de Ayento et aliis hominibus nostris. Item. nos predictus Episcopus pro nobis. hominibus nostris. vallitoribus atque adherentibus eis in ueram et perpetuam pacem vnanimiter consentimus, petitionibus omnium et querelis super quibus facta sunt specialia compromissa inter nos dictum Episcopum. homines et vallitores dicti Domini Petri nihilominus in suo robore duraturis nec ex presenti generali compositione suis uiribus vacuandum. illud ex certa sciencia ex vtraque parte duximus inferendum. Vt hominibus nostris. nostro Capitulo Sedunensi possessiones quas habent in presenti uel processu temporis ex iustis causis eis obuenient in terris et

districtibus nostris vbicunque eis et heredibus ac successoribus eorum pleno iure remaneant sicut ante. soluendo census et redditus qui pro eisdem possessionibus debebantur. Ita quod. si pro possessionibus sitis infra territoria que ceduntur nobis. Episcopo. in permutationem census et redditus. dicto Domino Petro debentur. nobis et successoribus nostris solvantur. Viceuersa si nobis pro possessionibus sitis infra territoria que ceduntur in permutationem dicto Domino Petro datam. census et redditus debeantur eidem domino Petro et heredibus siue assignatis suis. soluantur. Adiecto quod si pro predictis possessionibus fidelitas aliqua debeatur illi domino. remaneat a quo dicta fidelitas originaliter noscitur descendisse. Pronunciationem siquidem predictam nos predictus Episcopus et nos Capitulum Sedunense laudantes. approbantes et ex certa sciencia litterarum nostrarum patrocinio confirmantes pro nobis et successoribus nostris. Nosque Petrus pro nobis et heredibus siue assignatis nostris nobis ad inuicem promittimus bona fide id nihilominus ad sancta Dei Euangelia iurantes. nos predicti Episcopus et Petrus personaliter. et nos Capitulum per nostrum Cantorem et Canonicum nostrum Oeconomum seu Procuratorem nostrum ad hoc solemniter ordinatum eam cum omnibus et singulis supra contentis. nos irrefragabiliter seruaturos et contra predicta vel aliquid de predictis per nos vel per interpositas personas ullounquam tempore venturos. Quinimo ut nobis omnis malignandi tollatur occasio et excogitandis maliciis omnis aditus precludatur. nos predicti Episcopus et Capitulum ex certa sciencia et sub religione prestati iuramenti. renunciamus omni generi restitucionis que sub iure competit actionis vel possessionis a nobis officio iudicis implorari. Item. quod in hoc contractu permutationum vltra dimidium iusti valoris fuerimus circumuenti, tam pro rebus a nobis Episcopo permutatis. tam in possessionibus quam in pecuniis. recognoscamus scientes et spontanei a dicto dom. Petro nos recompensationem congruam recepisse. inhibentes in lesionem nostram vel Ecclesie nostre in predictis. nihil omnino actum fuisse. Item renunciamus omnibus priuilegiis et indulgentiis nobis et Ecclesie nostre, tam a sede Apostolica, quam a quibuscunque principibus hactenus indulsis vel imposterum indulgendis que nobis aliquomodo excogitari possent patrocinari ad veniendum contra predicta. Rursus ut predicta maiori firmitate utantur. uolumus. consentimus. et per has patentes litteras rogando mandamus Ven. Patri Archiepiscopo Tharantasiensi, metropolitano nostro.

ut si aliquo in modo veniremus contra predicta vel aliquid de predictis (nisi infra quindecim dies post primam eius admonitionem id curaremus salubriter emendare et omnino dessistere) in personas nostras excommunicationis, et in Ecclesiam et terras nostras interdicti sententias proferat. De quibus nec ad sedem Apostolicam sit licitum appellare nec super huius excommunicationis sententiam alibi deferre querelam. Hec autem renunciationes nostras proprii iurisjurandi religione firmamus. Actum apud Morgiam. datum autem apud Sedunum in Capitulo nostro Anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo die quinto mensis Septembris. Ad perennem igitur memoriam rei geste et omnium precedentium firmitatem. nos predictus Episcopus et Capitulum, item nos dictus Petrus duas chartas confici iussimus. quarum alteram sigillatam sigillis nostris Episcopi et Capituli, una cum sigillis religiosorum uirorum. Domini G. Agaunensis et Domini P. Alpensis Abbatum, tradimus dicto domino Petro. alteram vero sigillatam sigillo nostro Petri. et sigillis predictorum Dominorum Abbatum. tradidimus Episcopo et Capitulo memoratis.

Invent. Tractat. cum Vallesia, Fasc. II. N⁰. 5. Arch. Sedunense. Zeerleder N⁰. 410. Archiv für Schweizerische Geschichte. T. II. Urk. v. Wallis, v. P. S. Furrer. P. 77.

549. *Pacta Petri de Sabaudia cum dominis de Strætlingen, et de Kien.* 1260. Septembris 17. Agauni.

Nos Henricus et Rodolphus fratres domini de Stratelingen. et Johannes filius dicti domini henrici notum facimus vniuersis quod nos promittimus bona fide et ad sancta Dei evangelia iuramus illustri uiro domino Petro de Sabaudia recipienti pro se et heredibus suis et assignatis suis de speciali mandato henrici de Quina domicelli quod cum idem dominus Petrus terram quam memoratus heuricus habet in ualle de Stratelingen et quam recuperauerat de manibus episcopi Sedunensis nobis tradiderit pro exsolvendis quibusdam debitis in quibus idem henricus tenetur tam nobis quam episcopo memorato. Nos eundem dominum Petrum. heredes vel assignatos suos ad requisicionem eorum vel nunciorum suorum iuvabimus in omnibus guerris et in aliis de predicta terra castris et hominibus ibidem contentis contra quascunque personas ecclesiasticas seu eciam seculares preter duntaxat dominum regem Alemannie et preter Aymonem de Montagniaco quantum probare posset esse de feodo suo in dicta terra die confectionis

presentium litterarum et hoc promittimus quamdiu predictam terram in manu nostra tenebimus. Ceterum quando de exitibus dicte terre satisfactum fuerit nobis et episcopo memorato. promittimus sub virtute prestiti iuramenti predicto domino Petro vel heredibus siue assignatis suis quod nos sibi predictam terram et castra reddemus et deliberabimus sine omni difficultate eidem vel baillivo siue qui pro tempore erit in Vaudo tenenda ab eo vel eius heredibus donec memoratus henricus vel heredes sui satisdederint in manu sua de tenendis et observandis conuentionibus initis inter predictum dominum Petrum et eundem henricum prout heedem conuentiones in litteris inde confectis sigillo eiusdem henrici sigillatis plenius continentur. Rursum promittimus et sub uirtute prestiti iuramenti eidem domino petro sollempniter stipulanti quadringentas marchas argenti nomine pene si predicta non compleremus sicut superius sunt expressa. Promittentes quod si in recuperandis vel exigendis predictis quadringentis marcharum argenti idem dominus petrus vel sui custus vel missiones aliquas faceret easdem sibi resarciemus et super eis stabimus simplici verbo suo. Rursus promittimus per iuramentum dicto domino Petro et suis quod si dicta terra deveniret ad manus dicti henrici de Quina dictum dominum Petrum et heredes siue assignatos suos iuuabimus in guerris faciendis et aliis contra dictum henricum et heredes suos si a conuentionibus initis inter ipsos et predictum dominum Petrum in aliquo resilirent. adiicientes quod tociens pena quadringentarum marcharum committatur. quociens contra predictas conuenciones in aliquo ueniremus et nichilominus prima obligatione de iuuando in suo robore duratura. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum Agauni die veneris ante festum beati Mathei apostoli Anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo.

Invent. Duc Sabaud. Fasc. I. Convol. N⁰. 4. N⁰. 102. Pingon. fol. 366.

550. Fidejussio Dominorum Aymonis de Montaniaco, Wernerii de Kien, et Wilhelmi de Albocastro, pro dominis fratribus de Strætlingen et Johannem, filium et nepotem illorum, erga Petrum de Sabaudia.

1260. Septemb. 17. in monast. S. Mauritii Agaun.

Nos aymo dominus de Montigniaco et Warnerus de Quina et Willelmus de albo castro domicelli promittimus bona fide

et ad Sancta Dei evangelia iuramus de speciali mandato nobilium virorum Rodulphi et henrici dominorum de estracillengiis et johannis filii dicti Domini henrici quod si iidem domini vel heredes sui a conventionibus et pactis initis inter ipsos Dominos et illustrem virum dominum P. de Sabaud. prout in litteris inde confectis plenius continetur in aliquo resilirent nos eundem dominum P, et heredes siue assignatos suos in perpetuum iuvabimus contra dictos dominos et heredes suos guerram si opus fuerit faciendo. Rursus promittimus eidem domino P. et suis Nos daturos et soluturos nomine pene ducentas marchas argenti ita quod ego dictus aymo in quinquaginta et ego dictus Will. in quinquaginta et ego dictus Warnerius in centum marchis aliis teneamur. hanc autem penalem stipulationem post decessum dicti domini P. non intelligimus duraturam nisi eo uiuente commissa fuisset. prima tamen promissione nostra et eodem domino P. uiuente et eo sublato de medio in personis heredum suorum perpetuam duratura. adiicientes quod si non soluta pena terra henrici de quina ad manum dicti Domini P. seu heredum siue assignatorum suorum deueniret essemus a solucione dicte pene liberati. si uero propter defectum nostrum pro recuperandis dictis ducentis marchis custus vel missiones contingerent dictum dominum P. vel suos facere. pro hiis teneri volumus et eius uerbo simplici credere. nulla probacione alia requisita. In cuius rei testimonium nos predicti. Ay. dominus de Montagniaco Warnerius de Quina et Willel. de albo castro sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum in claustro Sancti Mauricii Agaunensis anno domini M°. CC°. sexagesimo die veneris post festum exaltationis sancte crucis.

Extat adhuc sigillum Wernheri de Kien, duos ungues vulturinos snpinos, et in crucem dispositos exhibens.

Autent. in Archivo Camerali Taurinensi.

551. **1260. Septembris 17. Agauni.**

Henricus de Quina et Bona uxor ejus, promittunt Petro de Sabaudia, iuuare illum contru omnes in valle de Frutingen, excepto rege Alemannorum et Aymone domino de Montaniaco. Datum Agauni, die Veneris ante festum Sancti Mathei Apostoli, Anno Domini M°. CC°. sexagesimo.

Trattati col Vallese Mz. I. N°. 5. Zibaldone Pingon, fol. 366. Cibrario II. 106.

552. *Henricus et Rodolphus, fratres, domini, de Strætlingen, Johannes de Strætlingen, Henrici filius, Aymo, dominus Montaniaci et Henricus de Kien, fideiussores Wernheri de Kien, erga Petrum de Sabaudia.*

1260. Septembris 20. Chillon.

Nos Henricus et Rodolphus fratres, Domini de Estratillens et Johannes filius ejusdem domini Henrici. Aymo dominus de Montaniaco et Henricus de Quina de speciaii mandato Vuarnerii de Quina domicelli constituimus nos fideiussores erga illustrem virum dominum petrum de Sabaudia de tenendis pactis et conventionibus que idem Walnerius fecit eidem domino Petro prout in litteris inde confectis plenius continetur promittentes quod si idem Walnerus vel heredes sui a dictis conuentionibus in aliquo resilirent Nos eumdem dominum Petrum et heredes sive assignatos suos imperpetuum iuuabimus contra dictum Walnerum et heredes suos guerram si opus fuerit faciendo. Rursus promittimus eidem domino Petro et suis nos daturos et soluturos, nomine pene Trescentas marchas argenti ita quod quilibet nostrum in sexaginta teneatur. si dictus Walnerus vt dictum est a conventionibus resiliret. Adiecto quod pena tociens committatur, quotiens contra conventiones dictus Walnerus ueniret. Hanc autem penalem stipulacionem post decessum domini petri non intelligimus duraturam. Nisi eo uiuente commissa fuisset prima tamen promissione nostra scilicet de iuuando et eodem domino Petro uiuente et eo sublato de medio in personis heredum imperpetuum duratura. Adiicientes quod si non soluta pena terra dicti Walneri ad manum dicti domini Petri uel heredum suorum deueniret essemus a solucione dicte pene liberati. Quod si forsan idem dominus Petrus uel sui in exigenda pena predicta custus aliquos faceret vel expensas, eas sibi promittimus resarcire. Nulla probacione nisi suo verbo simplici requisita. In cuius rei testimonium eidem domino Petro tradidimus has litteras nostras patentes. Datum apud Chillon in vigilia beati Mathei Apostoli Anno Domini Millesimo Ducentesimo sexagesimo.

Extant quinque ligula sigillorum penitus elapsorum.

E Membrana in Archivo Camerali Taurinensi.

552. *a.* **1266. Septembris 25. Lausannæ.**

Iterata approbatio et confirmatio Præpositi et Capituli Lausannæ, donationis villæ S. Liberii, ad mensam epis-

copalem pertinentis, quam fecerat Johannes Episcopus Lausann. domino Petro de Sabaudia. Actum Lausannæ, die Sabbathi post festum S. Mauritii, Anno Dom. M°. CC°. sexagesimo.
Invent. Waud. Fasc. I. Conv. 2. 65.

553. Promissiones hominum de Frutingen, Petro de Sabaudia factæ. **1260, Septembris 27. Berno.**

Nos Petrus de Frutingen. Vldricus adimvege Rodulfus Nicholay petrus sebal Vol. Buolerus Vol. faber. Vol. cuchenus Vol. eilserus petrus seman et tota vniuersitas uallis de Frutingen pertinentis ad Henricum de Chiena domicellum promittimus bona fide et ad sancta Dei Euangelia iuramus pro nobis et heredibus nostris de speciali mandato henrici de chiena domini nostri illustri uiro domino Petro de Sabaudia et heredibus suis et assignatis suis. quod nos ipsum iuuabimus imperpetuum in guerris et in aliis quociescumque ab ipso vel eius certo nuncio super hec fuerimus requisiti contra quascunque personas ecclesiasticas seu eciam seculares preter duntaxat dominum regem alemannie et si idem henricus vel heredes sui a conuenienciis initis inter ipsum et dictum dominum P. in aliquo resiliret. Nos extunc eidem domino P. vel heredibus uel assignatis suis erimus in perpetuum intendentes et respondentes de hiis vsagiis et fidelitatibus de quibus predicto henrico consueuimus hactenus respondere. In cuius rei robur quia proprium non habemus sigillum rogauimus dominum Rodulfum de Stratelingen Wernherum domicellum de chien et henricum fratrem suum dominum nostrum quod suis sigillis presentem literam sigillarent. Datum Berno, Anno Domini M°. CC°. LX°. in secunda feria ante festum sancti Michaelis.
Invent. Ducat. Sabaud. Fasc. I. Convol. N°. 4. Ch. N°. 98. Pingon, Chron. fol. 366. Zibald.

554. **1260. Mense Septembris. Ap. Morgiam et Sedunum.**

Episcopus et Capitulum Sedunensis Ecclesiæ promittunt observare permutationes factas inter ipsum Episcopum et dominum Petrum de Sabaudia. Actum apud Morgiam. datum apud Sedunum in Capitulo nostro. anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo. mense septembris.
Invent. tract. cum Vall. Fasc. II.

555. **1260. Mense Septembris. ap. Sedunum.**

Obligatio Henrici, Episcopi et Capituli Ecclesiæ Sedunensis, in gratiam Petri de Sabaudia, quod procurarent

infra annum et dimidium anni, litteras approbatorias et confirmatorias permutationum factarum inter prædictos Episcopum et Petrum, a Sede Apostolica et ab Archiepiscopo Tarantasiensi, Metropolitano dictæ Ecclesiæ Sedunensis: et hoc sub poena Mille Marcarum Argenti, solvendarum in terminis illic expressis, si huic obligationi non satisfieret. Datum apud Sedunum in capitulo nostro, Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, mense Septembris.

Tract. cum Vallesia, Fasc. II. N°. 6.

556. Episcopi Sedunensis excommunicationes solutæ. **1260. Mense Septembris. Seduni.**

Henricus, D. Gr. Sedunensis Ecclesie Episcopus etc. Nos, pro bono pacis, et iustis de causis moti, omnes quos prius excommunicaveramus ob guerram motam inter Petrum de Sabaudia Comitem et nos absoluimus et in ecclesie gremium restituimus, etc. A°. D°. MCCLX°. Mense Septembris.

Pingon. Chron. fol. 368.

557. Henricus, Ricardi Rom. Regis filius, Senescallus Regis Angliæ. **1260. Octobris 13. Westminster.**

Henri par la grace DEU, Roys de Angleterre, etc. Sachez toz que nus receumes, le jur Saint Edward le an de nostre corounement XLIV a nostre fest, ke nus tenimes alors a Westminstre, Henri le fiz le Roy d'Alemaigne, nostre neveu, latorne Simon de Montfort conte de Leicestre, a servir pur li a lavantdite feste si com il apent au servise de la senescausie. Et cet. Donné a Westminstre, le XIII jur d'Octobre, l'an XLIV de nostre reigne.

Rymer I. II. 60. Foedera I. 402.

558. **1260. Mense Octobris. Seduni.**

Henricus Episcopus Sedunensis mandat Præposito et Capitulo Lausann. se permutasse cum Petro de Sabaudia, quidquid habebat a Morgia inferius, contra id quod Petrus habebat a Morgia in superius, id quod recognoscatur a Capitulo Lausannensi. Act. Seduni, Monse Octobris, A°. MCCLX°.

Invent. Baron. Waudi, Fasc. I. Conv. apogr. N°. 2. Ch. 24.

559. Donatio Beatricis Comitissæ Provinciæ, Hospitali S. Johannis facta, castri Scalarum. **1260. Nov. 8. Scalis.**

Beatrix de Sabaudia, relicta Raymundi Berengarii Comitis Provinciæ, donat Domino Ferrando de Barralio, Maiori Præ-

ceptori Hospitalis S. Johannis Hierosolymitani citra Mare, ad manus dicti Hospitalis, castrum suum Scalarum, cum omnibus pertinentiis, dominiis et juribus, ut fiat illic domus et Hospitale, cum tredecim sacerdotibus, sub conditionibus in charta fundationis amplius expositis. Actum apud Scalas, in aula nostra, anno Domini M°. CC°. LX°. VI Idus Novembris, Pontificatus Domini Alexandri Papæ quarti anno sexto. Testibus, Johanne Viennensi, H. Ebredunensi Archiepiscopis, B. Niciensi Episcopo, Philippo Lugdunensi Electo, fr^e. Guy de Chevelu, Raymundo de Podio, et aliis. Cum sigillo Beatricis, equestri.

Pingon. Chron. fol. 367. Guichenon. Pr. pag. 65. sed cum temporis indicatione mendosa.

560. Pactum Regis Angliæ cum Rege Scotiæ, genero suo, de partu Margarethæ, reginæ Scotiæ in Anglia exspectando.
1260. Novembris 16. ap. Westmonasterium.

Henricus Rex, Alexandro Rege Scotiæ, genero suo consentiente, quod conjux sua, Margaretha, filia Henrici, maneat in Anglia cum parentibus suis, usque ad tempus pariendi, promittit sub fide juramenti, se remissurum dictam Reginam Scotiæ, unâ cum prole sua, post purificationem ejus, videl. quadraginta dies post partum sunm, et saltem ad Pascha anni gratiæ M. CC. LX. primi proxime sequentis, Regi et conjugi suo in Scotiam: et ad huius majorem securitatem, jurare facit in animam suam Robertum Walerand militem, et procurat, quod simile sacramentum præstitum sit, in animam Ricardi, Rom. Regis, per quemdam suum militem. Ultrò, ad præmissa firmiter observanda, Ricardus Comes Gloverniæ, Petrus de Sabaudia, H. de Boun' Comes Essex' et Hereford' H. Bigod' et Johannes Maunsell, thesaurarius Eborum, corporale sacramentum præstiterunt, quod prædicta non impedient, sed opem et diligentiam apponent, quod ea firmiter observentur. Idem per ven. Patrem dom. G. mis div. Eborum archiepiscopum, Edwardum filium nostrum primogenitum, Rogerum comitem Norfolk' et marescallum Angliæ, R, de Quency comitem Winton', J. de Baillol et H. le Dispenser justiciarium nostrum Angliæ, qui in confectione præsentium præsentes non extiterunt, fieri procurabimus. Act. ap. Westmon'. XVI die Nov. etc. anno XLV. regni nostri. *Rymer I. II. 60. Foedera I. 402.*

560. a. **1261. Februarii 3.**

Vendit Martinus de Samoins Petro de Sabaudia omnem jurisdictionem quorundam hominum in mandamento Salan-

chiæ, in dominio Fucigniacensi, pretio centum librarum Gebennensium. Datum, crastino purificationis b. Mariæ Virginis Anno Incarnat. Domini M°. CC°. sexagesimo. *(St. pasch.)*

Inv. Faucigny, Fasc. IX. tit. Sallanche, N°. 1.

561. **1261. Martii 27.**

Impignoratio, titulo hypothecæ castri de Belloforte in Sabaudia, Petro de Sabaudia facta per Willelmum de Belloforte, pro receptis in mutuum tredecim libris Viennensibus a prædicto Petro.

Invent. Duc. Sabaudiæ Fasc. VII. tit. Beaufort N°. 13.

561. a. **1261. Maii 10. Gebennis.**

Discordia inter Henricum Episcopum Gebennensem ex una parte, et Simonem de Joynvilla Dominum de Jayz et Leonetam, uxorem ejus ex altera, circa jurisdictionem in terra de Morter, apud Satigniacum, Burdignyns, Peocie et castrum Pineti: porro, circa feodum villæ de Avuyson, jura dominorum de Jaiz in ponte Gebennensi et in villa S. Gervasii, omnia petita a dictis domino et domina: et e contra, circa homagium castri de Jayz, quod petit Episcopus. Composita est hæc discordia, mediante domina Agnete, Domina Fuciniaci, uxore ill. viri, Dom. Petri de Sabaudia. Cedunt Dominus et Domina de Jayz Jura et Consuetudines in locis prædictis Episcopo, recognoscunt tenere ab illo in feodum castrum de Jayz. Quoad feodum de Avuson, quod Paganus de Bussy teneatur respondere de dicto feudo Dominis de Jayz, sicut tenebatur Episcopo. et dicti dominus et domina predictum homagium manualiter faciant Episcopo, citra Jurim, salva fidelitate trium Dominorum, videl. Ill. viri Petri de Sabaudia, Rodulphi Comitis Gebenn. et Abbatis S. Eugendi: et spondent se procuraturos ratihabitionem huius concordiæ a sororibus snis. Episcopus dat dominis de Jayz CCL lib. Gebenn. numeratas, et XXV lib. Gebenn. pro quibus obligat illis loco pignoris feodum de Avuson. Sigilla apponunt Simon et Leoneta de Jayz, Episeopns, Ill. domina Agnes de Fucignie, et Capitulum Gebennense. Testes, Aymo Sacrista Gebenn. Aymo Decanus Anassyaci, duo Canonici et officialis Gebennenses, duo alii Clericii, Stephanus de Rossellyone Castellanus castri Insulæ Gebennensis, Jacobus de Sergye et Rod. de Livron milites. Actum Gebennis A. D. M°. CC°. LXI. feria tertia post quendenam Pasche.

Spon. hist. de Geneve II. 54. Guichenon, Biblioth. Sebusiana, 99, cum dato X Kalend. Maji.

562. *De Legalitate matrimonii Beatricis, P. de Sabaudia filiæ cum Guigone Dalphino.* **1261. Maji 10. Atanardi.**

Sententia Antelmi, Abbatis Sancti Theofredi, et delegati Apostolici, quâ declaratur validum et legale, matrimonium contractum inter Guigonem Dalphinum Comitem Viennensem et Albonensem, et Beatricem, filiam Petri de Sabaudia, non obstante pacto matrimoniali jampridem per verba contracto, inter dictum Guigonem et Cæciliam de Baucio, filiam quondam Baralli domini Baucii. Datum apud Atanardum, VI Idus Maji, Anno Domini MCCLXI.

Ind. Matrim. princ. Sab. Fasc. II. Matr. Beatricis de Sab. cum Guigone Dalph. N°. 4.

563. **1261. Maji 12. Coneflet (Conflans?)**

Willelmus de Belloforte mandat Petro fratri suo, ut tradat Petro de Sabaudia castra sua de Belloforte et de Lucia, quæ impignoraverat ipse Willelmus dicto Petro pro XIII libris Viennensibus sibi mutuatis. Actum apud Coneflet, die Jovis post quindenam pasche A. D. MCCLXI°.

Invent. Bar. Waudi, Fasc. I Convol. N°. 4.

563. a. **1261. Maji 12. Coneflet.**

Mandatum Willelmi de Belloforte, omnibus hominibus et vassallis suis de Belloforte et de Lucia perscriptum, ut recognoscant Dom. Petrum de Sabaudia, ad tempus hypothecæ illi factæ dictorum bonorum et locorum. Actum apud Coneflet, die Jovis post quindenam Pasche, anno Dom. M°. CC°. LX°. primo.

Invent. Bar. Waudi, Fasc. I. N°. 4. Conv. Ch. 29.

564. *Indemnitas concessa Johanni de Britannia pro Comitatu Richemundiæ, a rege Henrico, socero suo.*
1261. Junii 17. Gildeford.

Henricus Rex Angliæ concedit genero suo Johanni, primogenito Johannis ducis Britanniæ, in indemnitatem et pro extenta et valore comitatus Richemundiæ mille et ducentas libras Sterlingorum, et ducentas marcas de dono suo, ita quod, in universo, percipiat ad scaccarium regium, MM. Marcarum per annum, videl. M. marcas ad festum Ascensionis Domini, et M. marcas ad festum Omnium Sanctorum donec prædicta extenta plene fiat. Salva conventione facta inter Regem et Ducem Britanniæ super escambio faciendo pro dicto comitatu, etc. Apud Gildeford, XVII die Junii, anno regni Henr. III, quadragesimo quinto. *Rymer I. II. 63. Foedera I. 406.*

565. **1261. Junii 23. Gebennis.**

Remissio et renuntiatio Guerrici de Albona facta Petro de Sabaudia et Agneti de Fuciniaco, uxori illius, omnis iuris, querelæ, petitionis seu actionis, quas postulare posset, contra dictum Petrum et dictam uxorem ejus: renunciat etiam in viginti libratas terræ, sibi assignandas, pro cessione terræ Albonæ, facta pridem Petro et Agneti. Datum Gebennis, in vigilia b. Johannis Baptistæ. Nota facta ab Officiali Curiæ Geben.

Invent. Waudi, Fasc. I. Convol. 4. Ch. N°. 54.

566. **1261. Novembris 1. Anagniæ.**

Alexandri, Pont. Maximi, bulla confirmatoria et approbatoria pacis et permutationis dominiorum inter Henricum Episcopum Sedunensem, et Petrum de Sabaudia. Dat. Ananie, Kalendis Novembris, anno pontificatus Alexandri Papa VII°.

Pingon. Chron. fol. 368.

566. a. **1261. Novembris 6.**

Jocalia Regis Angliæ impignorata Reginæ Franciæ ac eorum particularia apud Turrim London, VI die Novembris anni XLVI regni Hen. III. Regis.

Calend. Rotulorum patent. de anno XLVI. Hen. III. pag. 33.

567. **1251.**

Henrici Angliæ Regis litteræ patentes, quibus statuitur, quod, si contingeret Petrum de Sabaudia solvere carnis debitum, habeant executores ejus exitus et redditus honoris et Comitatus Richemundiæ per annos septem, ad executionem testamenti illius.

Ex archivo Londin. Invent. Patentum regiorum, de anno XLV. Henr. III. memb. 9. Charta in excerpto ms. communicata.

568. **1262. Januarii 1. Westmonasterii.**

Henricus Angliæ Rex, petit ab Urbano IV. Pontif. Max. ut eum absolvat a juramento observationis quorundam ordinationum (non accuratius designatarum) quæ in diminutionem et depressionem potestatis regiæ cedunt manifeste. Constituit Rex procuratores suos penes curiam Romanam, Magistros J. de Hemingford et Rog. Luvell, adiiciens: „Et cum nuper, dum nostrum sigillum in potestate foret aliena, quamplures alii constituti fuerint procuratores nomine nostro, quod non approbamus, potestatem ipsorum omnino revocamus, etc.“ Apud Westmon. die prima Jan. Regni anno XLVI.

Rymer I. II. 68. Foedera I. 414.

569. Litteræ Henrici III ad Cardinales, apologeticæ pro Joh. Mansell. **1261. Januarii 1. Westmonasterii.** •

Litteræ Henrici Regis Angliæ, coetui Cardinalium perscriptæ, quibus protestatur, Johannem Maunsell innoxium et immunem esse, de omnibus culpis, a detractoribus suis illi imputatis: sed ipsi Regi, semper fidelissimus, in conservatione juris et honoris astitisse: ne igitur fides ulla ponatur in inculpationes contra dictum Maunsell prolatas in curia Romana.

Rymer I. II. 68. Foedera I. 414.

570. Extracta e computo Aymonis salterii de Branzon, receptoris de Saltion a festo purificationis b. Mariæ Virg. A. D. M. CC. LX. ad idem festum anni sequentis. (St. paschalis). **1262. Februarii 2. Saillon.**

Siligo. proventus decime de randona, de ridda, redditus de Andes, de Villye, de hominibus de montagnon, de fullies, de ridda, de terris domini seminatis ad medietatem de II modiis et VIII fesch. et de quartis aliarum terrarum domini, inseminatis in quartam partem. Omnia: XIII modii VII fesch. Item, ordeum, ciceres, fabe, Avena, Millium, vinum, menede. — Agni, galline, Alpagia, scil. de fullye, de lexes, alpagium P. de Sauxo, de Sally, Conz, montana de establon: e quibus computantur serata XXIIII, et casei XLVIII. ultra, de feno, in pratis de leitron et Chamosun, IX casei.

Ferra XLII cum clavellis ad equos recipit. Denar. Recepti $\frac{XX}{VII}$ VII li. VIII S. VI d. et ob. Maur.

570. a. Extracta e computo ejusdem Salterii de veteri blado aportato de Villa nova, de recepto domini Hugonis de Grandi monte Castellani de Chillon. (Sine dato: verisim. pro anno MCCLXVI.) Recepit: frumentum. Idem recipit computum de LXII mod. II fyschetis frumenti. vel de dom. Hugone de Grandimonte tunc Castellano Chillon. X $\frac{XX}{VI}$ IIII mod. IX cup. ad mensuram de S^co^ Mauricio rec. de eodem dom. Hugone per manus diversorum portatorum qui valent ad predictam mensuram de Seduno. De quibus in expensam vnius caualcate in Valesio domino Aymone de Sella noua existente capitaueo. in anno domini M°. CC°. LX°. quarto mense Augusti testimonium Guichardi olerici dicti domini Hugonis XVIII. XI. fyschet. ad predictam mensuram de Seduno. It. in expensam unius municionis apud Saillon in yeme sequente quando Episcopus Sedun. combuxit terram. per testimonium predicti Guichardi XV. mod.

IIII fyschet. In pane fornaceo contra aduentum domini quando admouit obsidionem de brignon, et in expensam eiusdem domini tam apud Sallion quam apud contesium a dominica de passione usque ad vigiliam pasche per manus plurimorum panateriorum Domini. It. in expensam eiusdem domini in diversis adventibus suis et gentis sue post pascha in terra illa. vt in particulari per testimonium dicti Guichardi XXII mod. et V. fysch. facte in pane furnaceo contra adventum domini et caualcate sue apud contesium quando devicit episcopum Sedun. per visum predicti Guichardi XIII mod. VII fysch. It: in acquietancia plurimorum servientum et balistariorum existencium in municione tam apud. contesium et sallionem quam apud crestium de mandato dicti dom. Hugonis qui non habebat denarios ad dicta dispendia soluenda. prout in particulari. LX. mod. IX fysch. dimidium. It. libravit Willelmo de cossonay. Will^{mo} de ceseler et leueto carpentariis in allocationem stipendiorum suorum de Maconibus quam ingeniorum apud sallion IX mod. VI fysch. It libravit petro de sassons castellano contesii qui computavit in computo suo anni precedentis XI modios. It. libravit eidem petro castellano contesii hoc anno *(defect. membr.)* tendere XI mod. in vend. ut infra XIIII mod. Summa expensa. $\overset{XX}{VIII}$ XVI. mod. VII fesch. — Eque respondet. It. redd. comp. de $\overset{XX}{VI}$ X. mod. X fesch. avene ad pred. mensuram sedun. red. de partibus dno. Hugone per manum Nicholai conuersi et petri conuersi. de XI. mod. receptis de Willmo de Lucingiis marescallo domini et XVIII mod X fesch. receptis de pred. dno Hugone de Grandimonte per manum martini ramusii. Summa aveno recepte $\overset{XX}{VIII}$ mod. VII fesch. De quibus in missione facta dno apud Mar^{t}igniacum ad expensam equorum suorum in septimana pasche Anno LX°. V^{o}. per manum Willi de lucingis tunc marescalli XXX mod. III fesch. In expensa equorum domini in diversis adventibus suis et plurimorum nunciorum suorum in Valesio per supradictum tempus vt in particul. $\overset{XX}{VI}$ mod. I fesch. in consumptione VI fesch. dimid. Omnia $\overset{XX}{VII}$ X. mod. X fesch. dimid. Et restant IX mod. IX fesch. dim. quos habuit pred. dns. Hugo in diuersis aduentibus suis in Valesio, quos petit dictus salterius sibi alloeari vel facere sibi reddi.

Bacones. Id. recipit comput, de XXII. baconibus receptis de supradicto dno Hugone Castellano Chillon. per manus Jacobi de leddes castellani Sallion. de X bacon. rec. de Re-

naudo de contesio castellano cresti, quando castrum ejusdem loci dirripiebatur. Omn. XXXIII bacones. In expensam domini apud Sallion. quando fecit ibi inquisicionem contra ballivos et castellanos in Valesio V. bacones. dim. In vend. vt infra XXXVI bacon. dim. Omn. expen. XXXII bacon. Eque respondet. Denarii. Idem reddit computum de XIII lb. VI. S. ret. de XIIII. mod. frumenti uenditi ut supra. altero plus et altero minus quum maior pars peiorabatur pro nimia netustate et quia non poterant vendi alcius. de IX. lb. IX. S. ret. de XXVI. bacon. et dimid. que similiter peiorabantur pro nimia vetustate. Omn. XXII lb. XV. S. Maur. de quibus allocantur ei in acquictancia supplusagii supradicti compoti dni de receveria de Saillon superius immediate vt patet ibidem XXII lb. VI. S. V. d. ob. et sic (*def. membr.)* de claro VIII S. VI. den. ob. mauricienses.

E membrana, in Arch. Camerali Taurinensi, ambæ chartæ 570 et 570a.

571. **1262. Februarii 6. Viterbii.**

Litteræ Anonymi ad Henricum Regem Angliæ, de promotione Cardinalium, de canonizatione S. Ricardi, quond. episcopi Cicestrensi, et de Manfredo, occupatore: Siciliæ quarum litterarum finis talis est: P. S. Sciat etiam celsitudo regia, quod. Mag. Johannes Maunsell reformationem status sui ad plenum cum omnibus clausulis et non obstantibus necessariis impetravit, et gratiam Dom. Papæ et cardinalium prout in litteris excellentiæ vestræ transmissis plenius continetur. Datum Viterbii, die Lunæ proxima post Purificationem b. Mariæ Virginis, A, D. MCCLXII. ***Rymer I. II. 69. Foed. 415-416.***

572. **1262. Februarii 25. Viterbii.**

Bulla Urbani IV Pont. Max. quod Rex et Regina Angliæ, et filii sui, absolvantur a juramentis, quoad observationem quorundam statutorum, ordinationum et colligationum in diminutionem potestatis regiæ tendentium. Datum Viterbii, V Kal. Martii, pontificatus Urbani Papæ anno primo.

Rymer I. II 70 Foedera I 416.

573. Concessio Henrici Regis Angliæ facta Petro de Sabaudia, legandi terras suas cuicunque voluerit: confirmatio possessionis honoris Richemundiæ, sibi collati die sexto Maji anno MCCXLI.

1262. Martii 25. Windesoriæ.

Rex archiepiscopis etc. salutem. Sciatis nos dudum dedisse dilecto avunculo nostro Petro de Sabaudia honorem Riche-

mundie cum pertinentiis suis per cartam nostram, quam sibi sub priori sigillo nostro quo tunc utebamur fieri fecimus in hec verba.

Henricus Dei gratia Rex Anglie *(sequitur charta, qua investitur Petrus de Sabaudia, de Honore Richemundiæ die sexto Maji, Anno MCCXLI.* Vide supra Ch. 138).

Cum igitur nobilis vir Johannes dux Britannie, qui dictum honorem ad se vendicabat hereditario iure pertinere, nobis postmodum honorem predictum cum omnibus pertinentiis suis, et quicquid in eo exigere poterit pro se et heredibus suis quietum clamavit, et iuri suo, si quod in eodem habuerat, pro se et dictis heredibus renunciaverit imperpetuum. volumus et concedimus, quod dicta quieta clamancia nobis facta eidem Petro et heredibus suis, seu etiam quibuslibet assignatis suis valeat, et in ipsis perpetue firmitatis robur obtineat, tanquam in nobismet ipsis. ita quod nec nos nec heredes nostri ipsum Petrum vel heredes suos aut quoslibet eius assignatos, de dicto honore nec aliqua sui parte disseisiemus occasione rectorum heredum predictorum aut alia quavis occasione neque per escambium nec alio modo, sine voluntate sua vel heredum suorum seu assignatorum suorum. Volumus etiam et concedimus, quod ubi prius per chartam predictam concessimus eidem quod ea que superius in eadem continentur, liceat eidem Petro dare assignare seu legare cuicunque voluerit de fratribus seu consanguineis suis, eandem de cetero habeat potestatem ea omnia alteri vel aliis quibuscunque et quandocunque voluerit dandi legandi seu assignandi sub eisdem conditionibus et libertatibus quibus ea alicui seu aliquibus de fratribus seu consanguineis suis per supradictam concessionem nostram dare legare seu assignare potuisset. Hiis Testibus:

Venerabili patre P. Hereford' episcopo.
Philippo Basset iusticiario nostro Anglie.
Reginaldo filio Petri.
Hugòne le Bigod.
Johanne Mansel thesaurario Eboracensi
Waltero de Merton.
Ebulone de Montibus.
Imberto Pugeis.
Ingeramo de Percy.
Petro de Chanuent.
Imberto de Mountferant.
Willielmo de Trubleuil et aliis.

Data per manum nostram apud Windelesoriam XXV die Martii anno regni nostri XLVI°.

Foedera I. 417. Calend. rotul. Chartar. p. 91. ad an. XLVI. Henr. III.

574. **1262. Maji 23.**

Rodolfus, Dominus de Ecublens, filius Willelmi, nomine proprio, matris suæ et fratrum suorum, *vendit Petro de Sabaudia,* pretio LX. librarum Lausann. et duorum modiorum frumenti, omnia quæ possederat in villis de Vilar Rabor, Riefrens Somensier, Syvric et Chabanne.

Invent. Waudense, Fasc. I. Convol. II. N°. 31. Cod. membran. II. fol. 399r. ubi legitur, pro Riefrens, Sommensier et Chabanne — Lacfrens, Somentier et Chavanne; et pro LX libr. LXX Libr.

575. **1262. Julii 25. S. Genisii.**

Recognitio Hugonis, Girardi et Petri, fratrum Galloz, in favorem Beatricis nobilis Comitissæ, relictæ domini Thomæ de Sabaudia Comitis, de omnibus quæ tenebant in feudo libero de dicta Comitissa apud S. Genisium, sub obligatione homagii. Datum in Villa S. Genisii, VIII Kal. Augusti Anno Domini M. CC. LX. secundo.

Ind. Ducal. Sabaud. Fasc. XVII. tit. S. Genisii N°. 2.

576. **1262. Septembris 9.**

Recognitio Rodulphi Comitis Gebennensis erga illustrem virum dominum nostrum reverendissimum *Bonifacium, Qm. filium felicis recordationis A. Comitis Sabaudiæ* et Marchionis in Ytalia, de pedagio S. Mauritii in Chablasio, Castri S. Cassini in Sabaudia, et Castri de Charrossa. In crastino Nativitatis B. Virginis A. D. M. CC. LX. secundo.

Invent. Waudi, Fasc. I. Conv. 4. Ch. N°. 62.

577. **1262. Septembris 13. Rading.**

Henricus rex mandat Vicecomiti Devoniensi ut faciat seisinam ad manum Regis, omnium feodorum Comitis de Devon Baldewyni de Insula, nuper defuncti. Anno regni Hen. regis XLVI. Die XIII Septembris.

Excerpta e Rotulis finium, I. 383.

578. **1262. Octobris 4. ap. Westmonasterium.**

Henricus Rex concedit dilecte et fideli Margarethe, relicte Baldewyni de Insula, quondam Comitis Devon', Ma-

nerium Newenham, Manerium Sabrichteworth et manerium Lamhith, que fuerunt mariti ejus. Anno VLVI regni nostri.

Excerpta e rotulis finium I. 384.

579. De Matrimonio Alberti, Ducis Brunswicensis cum sorore Marchionis Montisferrati.

1262. Octobris 6. ap. S. Germanum de Pratis.

Mandatum est duci Bruneswik quod cum inter ipsum et sororem marchionis Montis Ferati coram Rege et Regina Franciæ, Angliæ et Navarræ per Regem (Angliæ) et nuncios ipsius ducis matrimonium solempniter sit contractum, quatinus idem dux ad præsentiam Regis London' veniat, in quindena Paschæ proximo ventura, conjugem suam prædictam inde ad propria perducturus. Teste Rege, apud S. Germanum de pratis, VI die Octobris, anno regni nostri quadragesimo sexto.

Foedera I. 421. Rymer I. II. 75.

580. **1262. Octobris 9. Seduni.**

Promittunt Episcopus et Capitulum, Sedunenses, se observaturos permutationes, inter dictum Episcopum Henricum et Petrum de Sabaudia pactas. Act. Seduni, VII Idus Octobris, Anno Domini MCCLXII.

Tractatus cum Vallesia, Fasc 1 Convol. II. Ch. N⁰. 24.

581. Assignatio Marcarum argenti 1000 annuarum Philippo electò Lugdunensi, a Henrico rege facta.

1262. Octobris 12. ap. S. Maurum de Fossatis.

Henricus Rex etc. scribit clerico et cancellario suo W. de Merton, ut, ad instantiam executorum testamentorum *Amaudi*, quond. Comitis Sabaudiæ, et Thomæ de Sabaudia, quond. comitis Flandriæ, solvat de arreragiis feodorum dictorum comitum, fratri ipsorum, Philippo electo Lugdunensi, e scaccario Regis, mille marcas ad annum, quas Rex concesserat Amaudo comiti pro feudis videl. de arreragīis, M. marcas ad Pascha proximum: D. marcas ad festum b. Michaelis; D. marcas ad Pascha sequens, et sic, de anno in annum M. marcas, donec prædicta debita ei fuerint persoluta. Teste etc. ap. S. Maurum de fossatis, XII die Oct. anno regis XLVI.

Rymer I. II. 73. Foedera I. 422.

582. **1262. Octobris 16. Gebennis.**

Henricus, Episcopus Gebennensis testatur accepisse a Petro de Sabaudia, sedecim libras Gebennenses titulo emendæ

de damnis, quæ intulerat prædictus Petrus Capellano de Torrente. Actum Gebennis, XVII Kal. Nov. A. D. MCCLXII.

Invent. Waudi, Fasc. I. Convol. 4. Ch. 59.

583. **1262. Octobris 17. Versoy.**

Testamentum Agnetis, Dominæ Fuciniaci, quæ, sana mentis licet ægra corporis, instituit hæredes suos universales, Petrum de Sabaudia, maritum suum, in duabus partibus hæreditatis suæ, et Beatricem filiam suam, uxorem Guigonis Dalphini Viennensis in tertia parte remanente. Actum apud Versoyam, XVI Kal. Novembris, A. D. M. CC. LX. secundo.

Invent. Testam. Princ. Sabaud. Fasc. I. N⁰. 9. Guich Prob. 78.

584. **1262. Octobris 23. Gebennis.**

Agnes, Domina Fuciniaci declarat, Petrum de Sabaudia, maritum suum, ædificasse vel ædificare fecisse locum de Tucinge in valle Fuciniacensi propriis sumptibus et denariis suis. Actum Gebennis, X Kalend. Novembris, Anno Domini M°. CC°. LX°. secundo.

Invent. Sabaud. Fasc. I. Convol. II. Ch. N⁰. 46.

585. **1262.**

Constitutio ville de Tasingio (Tusingio) facta a Petro de Sabaudia, consentiente conjuge sua Agnete Fuciniacensi.

Charta, olim in Archivo Castri Niciensis adservata, nunc deperdita, cujus fit mentio a Domino libero Barone Vernazza, in collectaneis suis circa historiam Bonifacii Comitis Sabaudiæ.

586. **1262. Novembris 16. Gebennis.**

Testamentum Agnetis, Dominæ Fuciniaci conjugis Petri de Sabaudia, „sanæ mentis et corporis.“ Eligit sepulturam in Ecclesia Contaminæ, ubi jacent sepulti, Pater, et coeteri antenati et prædecessores sui. Hæredes instituit, Beatricem, filiam suam, uxorem Guigonis Dalphini, Vienn. et Albon. Comitis, in tertia parte omnium bonorum suorum; et Petrum, maritum suum in coeteris duobus partibus. Assignat portionem Beatricis exclusive, in terras, et non in castra et fortalitia, quæ erunt de partibus duabus Petri consortis sui, sed cum obligatione dicti Petri, solvendi omnia debita sua, nec non legata hujus testamenti, de suis dictis duabus partibus hæreditatis. Jurat Agnes, se non facturam aliud testamentum posterius, vivente Petro, et si fecerit, sit incassum et invalidum. Actum Gebennis, XVI Kal. Decembris, Anno Dom. M⁰. CC⁰. LX⁰. secundo.

Invent. Testam. princ. Sabaud. Fasc. I. N⁰. 10.

587. *Donatio inter vivos castri Fuciniaci, P. de Sabaudia facta ab Agnete, uxore ejus.*
1262. Novembris 16. Gebennis.

Ego Agnes Domina Fucigniaci uxor Ill. viri Domini Petri de Sabaudia, considerans et attendens veram affectionem quam dictus maritus habet erga me et meos, prudens, sciens et spontanea grato animo liberaliter dono, cedo, et in ipsum transfero donatione inter vivos et irrevocabili, Castrum Fucigniaci, cum omni Mandamento suo et universa et singula castra et fortalitia sua et omnia alia bona et iura mea ad me pertinentia quoquo modo, cum iuribus suis, et pertinenciis universis etc. retento mihi usufructu omnium prædictorum per annum unicum a die presentis donationis computandum. Porro in hac donatione sic ordino, quod Beatrix filia mea habeat tertiam partem bonorum meorum non tamen in castris nec fortalitiis. sed in aliis terris ipsam salvam habeat, etc. quam tamen donationem post decessum meum fieri volo. Actum Gebennis, vacante Imperio, Vrbano Papa quarto Romane sedi presidente, XVI Kalend. Decembris, Anne Dom. M°. CC°. LX°. secundo.

Ex apographo, in collectione quond. Lib. Bar. Vernazza existente. Invent. Fuciniaci. baron. Fasc. III. Tit. Castrum Fuciniaci. N°. 1.

588. **1262. Mense Decembris.**

Homagium ligium Willelmi de Ponte, Petro de Sabaudia factum pro tredecim cupis bladi census annui, et quartam partem decimæ villæ Romanel, et pro quibusdam aliis bonis ibidem sitis. Act. A. D. MCCLXII. Mense Decembrts.

Invent. Bar. Waudi, Fasc. I. Convol. N°. 5. Ch. 59.

589. **1262.**

Confirmatio regia donationis Henrici III, Petro de Sabaudia factæ, castri et honoris de Hastings in Sussexia, feodi militaris de Turrock in Essex, et manerii Radenhall in Norfolk.

Calendar. rot. Chartarum pag. 91.

590. **1262.**

Protectorium regis Angliæ pro Petro de Sabaudia et bonis illius, donec reverteretur in Angliam e partibus transmarinis.

Regina, et Wischardus de Charrun habent potestatem regiam, delegandi attornatos vel procuratores pro Petro de

Sabaudia. *Arch. Londin. Pat. Reg. anni 46 Henr. III. m. 10.* Wischardus de Charrun habet potestatem à Rege sibi delatam, recipiendi, nomine Petri de Sabaudia emendas transgressionum factarum a mercatoribus quibusdam Florentinis erga prædictum Petrum.

Arch. London. Pat. Reg. 46 Henr. III memb. 19.

591. **1262.**

Ratihabitio satisfactionis, quam fecerunt Communitas Castri Clarenciæ, et alii homines, Petro de Sabaudia, quia receperant Bernardum de Clarencia cum quibusdam aliis, qui spoliaverant milites Petri de Sabaudia.

Arch. Lond. Pat. reg. 46 Henr. III. memb. 19.

592. **1263. Januarii 26.**

Humbertus de Longa Cumba promittit se recogniturum Petrum de Sabaudia dominum suum ligium pro domo de Longa Cumba et pro viginti libratis terræ redditus annui in loco dicto Castellar. Actum die Veneris post festum S. Vincentii anno Dom. M°. CC°. LX°. secundo. *(videl. St. incarn.)*

Invent. Waudi, Fasc. I Convol. N°. 4 Ch. 30.

593. **1263. Februarii 23. ap. Fuciniacum.**

Willelmus de Lucinge vendit Petro de Sabaudia et Dominæ Agneti de Fuciniaco, domum de Fuciniaco cum omnibus dependentiis suis, Fraxina nuncupatis, sitis prope domum de Festerna. Actum apud Fuciniacum, in crastina S. Petri in Cathedra, anno Dom. M. CC. LX secundo *(St. pasch.).*

Invent. Baroniæ Fuciniaci, Fasc. I. N°. 6.

594. **1263. Aprilis 22.**

Humbertus de Cournillon, pro XI. libris Viennensibus, vendit Illustri viro, dom. Petro de Sabaudia, et heredibus ejus, quidquid habebat in Mandamento de Sayssel. Scripsit Chartam, Petrus de Mercato, notarius domini Comitis de Sabaudia, X Kal. Maji, MCCLXIII.

Invent. Bar. Waudi, F. I Convol. 4. N°. 7.

595. **1263. Maji 24.**

Apocha quorumdam privatorum, Petro de Sabaudia data, de pretio decimæ de Pers et de Cosingia, et aliquarum aliarum possessionum et reddituum, a dictis personis prædicto Petro venditorum. Datum IX Kal. Maii, A. D. MCCLXIII°.

Invent. Prov. Genevois, Fasc. XXXII. tit. Pers, N°. 2.

596. **1263. Maji 28. Gebennis.**

Donatio, Petro de Sabaudia facta ab Amaudrico, domino Castri Jurensis, et filiis suis, Henrico et Johanne, omnium, quidquid habebant in Villis de Corcelles, de Baves, de Balma et in Clusa Jurensi, excepto pedagio, quod est de mero alodio, et reservatis fidelitatibus debitis Johanni Comiti Cabilonensi, dum vivit, Amedei Montisfalconis domini, Comitis de Cerlie, Comitissæ Burgundiæ, Archiepiscopi Bisuntini, Hugonis de Raus, et domini P. digiunensis. Infeodantur prædicti pater et filii a domino Petro de Sabaudia de castro Jurensi et de prædictis bonis et rebus sibi cessis. Act., Gebennis, die lune post oct. Pentecostes MCCLXIII.

Invent. Bar. Waudi, Fasc. I. Convol. 4. N⁰. 56.

597. ***Promissiones dominorum Castri Jurensis, Petro de Sabaudia factæ.*** **1263. Maji 28. Gebennis.**

Nos Amaudricus, dominus castri Jurensis, Henricus miles et Johannes fratres, ejusdem domini Amaudrici filii et heredes legitimi, notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod nos bona fide promittimus et ad S. Dei Evangelia juramus, illustri viro domino P. de Sabaudia, quod nos, sublato de medio illustri viro dom. Johanne, comite Cabilonensi et Bracone domino, castrum nostrum de Jure non recipiemus nec recognoscemus in feudum ab aliquo de heredibus comitis memorati, nisi de illo quem voluerit et de quo consuluerit bona fide dom. P., et in quem direxerit votum suum. In cujus rei, testimonium damus has litteras patentes sigillorum nostrorum, videl. mei Amaudrici et mei Henrici, quibus ego Johannes consencio, quia sigillum proprium non habeo, munimine roboratas. Datum Gebenne, die lune post octavas Pentecostes, anno Domini M⁰. CC⁰. LX⁰. tercio.

Invent. Bar. Waudi, Cod membr. fol. 31. Archiv. Divion. Du Vernoy, hist. geneal. des Sires de Joux. pag. 138.

598. **1263. Junii 7. Versoyæ.**

Agnes, Domina Fuciniaci, consors illustris viri Petri de Sabaudia, declarat et jurat supra S. Dei Evangelia, dictum virum Illustrem dominum Petrum de Sabaudia, de ipsius Agnetis voluntate et mandato, construxisse et ædificasse cum multis expensis, multas fortificationes et constructiones in terris, quondam patris sui, domini Fuciniaci, in districtu fuciniacensi, videl. in castris et mandamentis de Flumet, Sa-

lanchia, de Castellione, Fucignie, Tusingio, Credo, de Ponte super Arvam, et in multis aliis locis, de quibus expensis emendæ illi contingerent, et sit indemnatus ab illa ipsa, vel a suis heredibus. Datum apud Versoyam, VII° Idus Junii, A. D. M°. CC°. MX°. tercio.

Invent. Matrim. Princ. Sab. Fasc. II. Matrim. Petri de Sabaud. cum Agnete Fucıniac. N°. 4.

599. **1263. Junii 8.**

Vldricus dictus Ferras miles, vendit Illustri viro domino Petro de Sabaudia, molendinum et battitorium de Missi in Villie, pretio triginta librarum Lausannensium, quas ab illo recepisse fatetur. Datum VI Idus Junii, A. D. MCCLXIII.

Invent. Waud. Fasc. I. Convol. 4. Ch. 12.

600. **1263. Junii 11. Chamberiaci.**

Dominus Aymo de Sancto Johanne de Hervisiis iuravit recognovitque, se esse hominem ligium domini Comitis Sabaudie et illi fecisse fidelitatem ligiam, pro domibus et bonis, a se possessis in parocchia S. Johannis de Hervisiis et Desertorum. Actum apud Chamberiacum, die XI mensis Junii, anno MCCLXIII. in domo Magistri Petri Grangi.

Invent. Prov. Sabaud. Fasc. XVIII. Tit. S. Jean d'Arveis. N°. 1.

600. a. **1263. Junii 11. Chamberiaci.**

Recognitio Jacobi Chabaud, Petri filii, se esse hominem ligium Dom. Comitis Sabaudiæ, et tenere in feodum ab illo, quicquid possidet iuxta Sonnas et Puget, pro quibus tenetur solvere dicto Comiti, videl. pro illis de Sonnas viginti solidos fortes, et pro illis iuxta Puget, quinque solidos fortes, de placito. Act. apud Chamberiacum in domo Mag. Petri Grangi, die XI Junii anno M. CC. LX. tercio.

Invent. Prov. Sabaudiæ, Fasc. XVII. Tit. Sonnas, N°. 1.

601. **1263. Junii 11. Chamberiaci.**

Homagium ligium Aymonis de Sassello pro domo sua de Bordeaux, et pro omnibus quæ habet in Sabaudia, ultra montem Felis *(du Chat)* salvo feodo, quod tenet de Episcopo Bellicensi prope Lustrins, Chevelvet, Tranves, Meyrieux, Rivaces et Choisel. Actum ap. Chamberiacum, in domo Mag. P. Grangi, die XI Junii, A. D. M. CC. LXIII.

Invent. Prov. Sab. Fasc. VIII. Tit. Bourdeaux, N°. 1.

602. **1263. Junii 11. Chamberiaci.**

Homagium ligium et fidelitas Aymonis, Petri filii, domini Chamberiaci veteris, pro domo sua Chamberiaci veteris, et pro C. Solidis fortibus annuis, in leyda salis Chamberiaci, præstita Comiti Sabaudiæ. Die XI Junii, Anno MCCLXIII.

Invent. Prov. Sabaudiæ Fasc. IX. Tit. Chambery le Vieux, on St. Ombre, N°. 1.

603. **1263. Junii 11. Chamberiaci.**

Recognitio Joffredi Selvanis, se tenere a Comite Sabaudiæ sub homagio ligio, quædam bona in mistralia de Tuile, in Mauriana, in Escaillon, prope S. Columbanum, in parrocchia de Cuinnes et in Camera. Actum apud Chamberiacum in domo Magistri P. Grangi, die XI Mensis Junii A. D. MCCLXIII.

Inv. Maurianæ et Tarantasiæ, Fasc. II. Tit. la Chambre, N°. 1.

604. **1263. Junii 11. Camberiaci.**

Homagium, Comiti Sabaudiæ præstitum, et recognitio in feodum, castrorum Montisbelli et Intermontium, et domùs fortis Bellæ Cumbæ, per Rodolphum dominum de Intermontibus. Apud Chamberiacum, die XI Junii, Anno Domini M. CC. LX. tercio: in domo Mag. P. Grangi.

Invent. Prov. Sabaudiæ, Fasc. XII. Tit. Entremonts N°. 2. Factæ sunt præmissa homagia ligia, die undecima Junii, Generaliter Comiti Sabaudiæ, sine nuncupatione illius, cui fit ista fidelitas.

605. **1263. Junii 16. ap. Aquam bellam.**

Homagium Geraudi (seu Beroldi) et Benedicti de Sabaudia, factum Petro Comiti Sabaudiæ in manus Jacobi Barbori, scriptoris dicti Domini Comitis.

Pingon. Chron. fol. 374. Guichen. I. 266.

606. *Transactio Cæciliæ Comitissæ Sabaudiæ cum Petro Comite, ratione Castri Montismeliani, dotalicii sui.*

1263. Mense Junio.

Litteræ testimoniales Episcoporum Maurianensis et Gratianopolitani, de petitionibus propositis a Cæcilia, Comitissa Sabaudiæ, relicta Amedei Comitis Sabaudiæ et Marchionis in Italia, coram Petro nunc Comite Sabaudiæ, circa Castrum Montis Meliani, lege donationis factæ prædictæ Cæciliæ, ad tempus viduitatis et commorationis ipsius in Sabaudia per quondam conjugem suum Amedeum Comitem: et ultro, circa petitionem summæ alicuius pecuniæ, a se expensæ in acqui-

sitione terræ S. Cassini. Testantur supradicti Episcopi circa responsa Comitis Petri, et conditiones ejus de approbatione et ratihabitione dictæ donationis, mediante probatione per testes, qui adfuerunt illi, cum facta fuisset ab Amedeo Comite.

In Archivo Cameræ Computorum Tom. CVII. Sub titulo Montmelian.

607. **1263. Mense Junio. ap. Aquambellam.**

Recognitiones, homagia et fidelitates factæ domino Petro Comiti Sabaudiæ et Marchioni in Italia, in manus Jacobi Barbori, Scriptoris dicti Comitis, per Roletum de Hervisiis, Vionnetum de Chamosset, Amedeum de Tygno, Antonium et Thomam de Bottonet, Wullielmum de Allingio, Guidonem de Rupecula et uxorem ejus Alesiam. Actum ap. Aquambellam, Anno Dom. MCCLXIII°. Mense Junio.

Pingon. Chron. fol. 374.

607. a. **1263. Mense Junio. ap. Aquambellam.**

Homagium Geraudi de Sabaudia et Benedicti de Sabaudia, factum Petro Comiti Sabaudiæ et Marchioni in Italia. Act. apud Aquambellam, Anno Dom. MCCLXIII. Mense Junio.

Ping. Chron. fol. 374. Guichen. I. 266.

608. **1263. Mense Junio.**

Petrus, filius Girardi de Hyens vendit Petro Comiti Sabaudiæ dimidiam partem de Montmellan, sitam in territorio de Hyens, pretio viginti librarum Lausann. Act. A. MCCLXIII. Mense Junio.

Inv. docum. Waudens. feuda Waud. Tom. II. pag. 91. N°. 1.

609. **1263. Julii 3. ap. Rotundum Montem.**

Vldricus de Wippens cedit domino Petro, Comiti Sabaudiæ, domum fortem suam de Rochia in Hogo, exceptis duobus vel tribus alligamentis hominum quam ipse Vldricus, tenet de domino de Alber: quidquid habet apud Gomocens Seirus, Sales et villam de Wippens. De quibus dominiis Petrus Comes infeodavit Petrum, filium dicti Vlrici, qui jussu patris fecit homagium prædicto Comiti in manus Hugonis de Palesuel nomine et vice prædicti Comitis, recipientis. Actum apud Rotundum montem A. D. M°. CC°. LX°. III°. die martis prima post octabam Sancti Johannis Baptistæ.

Invent. Bar. Waudi, Cod. membran Fol. XXIX. verso.

610. Jacobi de Monte Joveti submissio judicio Comitis Sabaudiæ. **1263. Julii 11. Augustæ.**

Anno MCCLXIII, indictione sexta, V. Idus Julii, coram testibus infrascriptis, Jacobus de Monte Joueti, iurauit quod ipse de hiis de quibus dominus comes ipsum appellare uoluerit stabit cognicioni curie sue et hoc promisit sub obligacione persone sue et etiam omnium bonorum suorum mobilium et immobilium. Actum ante domum Dom. Episcopi Augusten. Testes ad hoc uocati et rogati fuerunt, dom. Hunbertus et dom. G. frater suus de Scissello, Willelmus Sariox, dom. Aymo de non. et plures alii. Et ego Bernardus Pellarini, publicus Notarius in abreuiamine publico Jacobi Barberii notarii sic inueni et iussu et auctoritate Johannis de Alauardo iudicis Sabaudie in publico Instrumento redegi et sic scripsi, nec addens nec diminuens plus nec minus uel quod mutet significationem.

Invent. Duc. Augustensis, Fasc. VII. sub titulo Montjouet, N°. 5. Cibrario Stor. della Mon. di Sav. II. 349.

611. **1263. Julii 17. In Campania de Augusta.**

Stephanus, filius Guidonis de Sancto Desiderio, **quittat** quædam bona dominæ B. relictæ Thomæ de Sabaudia comitis et liberis ejus. Actum, XVI Kal. Augusti, A. D. MCCLXIII. in Campania de Augusta. *Pingonii Zibaldone.*

612. Duellum judiciale indictum Jacobo Montis Joveti. **1263. Julii 23. Augustæ.**

Anno domini millexïmo ducentexïmo sexagesimo tertio, Indictione sexta, decimo Kalendas augusti, coram testibus infrascriptis, Humbertus de Balma castellanus bardi nomine domini Petri comitis Sabaudie, requisivit Jacobum Montis Joueti dicens quod ipse dominus comes notificabat ei quod ipse paratus erat bellum suum facere secundum quod sibi firmaverat et pro se veniret mensurare si vellet. Actum ante ecclesiam S. Vrsi de Augusta. Testes ad hoc vocati et rogati fuerunt. dom. Petrus de Ameisino. Willelmus Falasteus vicedominus. Willelmus Soriox. Richardus de Duyno et plures alii. et ego Bernardus Pellarini publicus notarius in abreuiamine publico Jacobi Barberij notarij sic inueni et iussu et auctoritate Johannis de Alauardo iudicis Sabaudie in publico instrumento redegi et sic scripsi nec addens nec diminuens plus nec minus, vel quod mutet significacionem.

Inv. Duc. Augustani, Fasc. VII. Tit. Montjouet. N°. 6. Cibrario, Stor. della Monarchia di Savoja, II. Appendice, pag. 350. Pingon. 376.

612. a. Jacobus Montis Joveti duellum vitat contumax.
1263. Julii 23. Augustæ.

Anno Domini millexímo ducentexímo sexagesimo tertio, indictione Sexta, decimo Kal. augusti post solis occasum coram testibus infra scriptis, dominus Aymo vicecomes Augustensis in cuius manu dominus Petrus comes Sabaudie firmauerat quod faceret probari per pugillum seu chanpionem suum Jacobo de Monte Joueti quod idem Jacobus infra treuguam ex certa sciencia et in strata publica interfecerat Lonetum qui erat uel dicebatur esse frater ipsius Jacobi naturalis siue bochacius quare appellabat ipsum de morte predicti Loneti, cum die lune supradicta esset assignata et publice preconizata ad bella siue duella uallis auguste facienda ideo dominus comes posuisset canpionem suum Johannem de Cumigeris domicellum a predicto uicecomite acceptatum et idem canpio in prato quod dicitur palacium rotondum vsque ad horam predictam expectasset idem uicecomes dixit cognicionaliter de consilio proborum virorum quod idem dominus comes et canpio suus plenissime fecerat quodque predicta dies desiderabat super appellacionem predictam et idem canpio expectauerat quantum debebat et ultra. predictus eciam uicecomes de canpo dictum canpionem manualiter extraxit. actum in dicto canpo. Testes ad hoc vocati et rogati fuerunt Petrus de Amcisius. Willelmus Soriox. vicedominus. dominus Rol. de Loiron. Willelmus miles de boza mistralis augustensis. Et ego Bernardus Pellarini publicus notarius in abreuiamine publico Jacobi Barberii notarii sic inueni et iussu et auctoritate Johannis de Alauardo iudicis Sabaudie in publico Instrumento redegi et sic scripsi nec addens nec diminuens plus nec minus uel quod mutet significacionem.

Cibrario, II. App. pag. 351. Invent. Ducat. August. Fasc. VII. Tit. Montjouet. N⁰. 7.

613. Pedagium Columnæ Jovis a Comite Petro adquisitum.
1263. Julii 24. Augustæ.

Willielmus et Polez de Augusta, pro se, heredibus et Successoribus suis, vendunt domino Petro, comiti Sabaudiæ, per manus magistri Arnaudi, recipientis nomine Petri Comitis, pedagium sibi competens de Columna Jovis, pretio quinquaginta quinque librarum Susinarum. Actum Augustæ, IX Kal. Augusti, Anno Domini M. CC. LXIII.

Invent. Ducat. Augustæ, Fasc. I N⁰. 17.

613. a. **1263. Julii 24. Augustæ.**

Jacobus de Quarto vendit Petro de Sabaudia Comiti, Marchioni in Italia, pretio viginti quinque librarum Secusianarum, pedagium suum Montis Jovis. Actum Auguste, IX Kal. Augusti A°. MCCLXIII°.

Invent. Duc. August. Fasc. IX. Tit. Quart. N°. 19. Fasc. VII. Ducat. Aug. et Fasc. I Cité d'Aoste.

614. Theloneum Montis Jovis a Comite Petro adquisitum. **1263. Julii 27. Augustæ.**

Jacobus de Quarto vendit pretio XXV librarum Secusianorum, Petro Comiti Sabaudiæ, theloneum suum Montis Jovis. Dat. Augustæ, sexto Kalendas Augusti, A. D. M. CC. LX. tercio.

Invent. Duc. August. Fasc IX. Tit Quart N°. 19.

614. a. **1263. Julii 27. Augustæ.**

Petrus comes Sabaudiæ confert in Iblonem, filium Gotofredi de Augusta, et in Willelmum Montis Joueti, jura Jacobi de Monte Joueti in castrum Montis Joueti, quibus investiuntur dicti Iblo et Willielmus, faciunt homagium et fidelitatem domino Comiti, et promittunt subire Jurisdictionem curiæ suæ et ipsius pro malefactis. Dat. Augustæ, VI Kal. Augusti Anno Domini MCCLXIII.

Invent. Ducat. August. Fasc. VII Mont Jovet N°. 8.

615. Urbanus IV Papa, abolet donationem predecessorum suorum regni Siciliæ, Edmundo, filio Henrici III factam. **1263. Julii 28. ap. Urbem Veterem.**

Bulla Urbani IV Pont. Max. ad Henricum, Angliæ Regem, et Eadmundum, filium ejus, quâ significat illis, quod, cum conditionibus, quibus concessum fuerat Regnum Siciliæ Eadmundo filio Regis, non satisfactum esset, se, „quia liberum est nobis et ipsi ecclesiæ de prædicto regno Siciliæ disponere, ac juxta nostrum beneplacitum ordinare;" tractaturum esse cum aliis aliquibus mundi principibus de dicto regno, etc. D. ap. urbem veterem, V Kal. Augusti, pontif. sui anno secundo.

Foedera I. 428. Rymer I. II. 80.

616. Confirmatio privilegiorum Episcopi et Ecclesiæ Augustensis. **1263. Juli 31. Augustæ.**

Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis quod nos Petrus comes Sabaudie et Marchio in Italia, omnes litteras et omnia privilegia et immunitates per predecessores nostros

Sabaudie comites olim concessas episcopo et ecclesie augustensi sicut iuste debemus et rationabiliter ratas habemus et eas auctoritate presentium confirmamus. In cuius rei signum presentes litteras fecimus fieri et sigilli nostri munimine confirmari. Datum auguste anno Domini millesimo ducentesimo tercio, pridie Kalendas Augusti. Appendet Sigillum comitis.

Mon. hist. pat. Chart. I. col. 1468. Ex arch. episc. August.

617. **1263. Augusti 2. Augustæ.**

Jacobus et Jaqueminus de Porta Augusta promittunt sese submittere cognitioni et Judicio curiæ Comitis Sabaudiæ super malefactis transgressionibus et offensis factis. Testibus Humberto et Hugone de Ceyssello. Actum Augustæ, quarto nonas Augusti, Anno Domini M. CC. LX. tertio.

Invent. Duc. August. Fasc. I. N⁰. 18.

617. a. **1263. Augusti 3. Augustæ.**

Aymo, Vicecomes Augustensis, obligat domino Petro Comiti Sabaudiæ, vicecomitatum suum cum pertinentiis, quas habebat a dicto Comite infra Augustam, et banna civitatis: item vicedominatum et mistraliam dicti loci unâ cum fidelitatibus seu homagiis vicedominicis et mistralibus; donec quod faciet ipse Vicecomes emendas dicto domino Comiti vel heredibus seu assignatis suis, super transgressionibus et offensis, quas ipse vicecomes et sui intulerunt dicto Comiti, de quibus idem dominus Comes appellabat eum in curiam suam. Testes R. Archiepiscopus Tarantas. Gotofredus et Aymo de Nons et alii. Actum in virgulto Episcopi Augustensis, III Non. Augusti, Anno Domini MCCLXIII.

Invent. Ducat. Augustensis, Fasc. I. N⁰. 13.

618. Judicium de juribus Senescalliæ Fuciniaci.

1263. Augusti 10. Gebennis.

Discordia vertente inter Petrum Comitem Sabaudiæ et Agnetem uxorem ejus, Dominos Fuciniaci ex una parte, et Dom. Willielmum de Lucinge, Senescallum Fuciniaci ex altera, super emolumentis quæ exigebat dictus Willielmus de officio Senescalliæ. „Tandem bonis viris mediantibus de consensu partium talis inter eos compositio intervenit, videl. quod Comes et vxor ejus assignaverunt predicto Vullielmo octo libras in redditibus annuatim et voluerunt ut esset Senescallus infra terminos supradictos (scil. a nemore de Aricingio usque ad

Flumetum) et singulis annis quibus Dominus esset in patria haberet duo paria vestium in hospitio Domini, et liberationem ad tres equos infra dictos terminos, et etiam coria (*animalium*) in hospitio domini (que illic exeoriabantur, ut petit dictus Willelmus) tantummodo, infra predictos terminos: et recipiat fidejussores duellorum et nobilium hominum. Item debet ponere unum custodem in messibus et vineis vallis Castillionis de consilio proborum hominum dicti loci et pro istis debet idem dom. Wullielmus exercere officium senescalie infra terminos supradictos, et dare sal in quoquina in festis annalibus. Renunciavit autem dictus Wullielmus omnibus aliis peticionibus" etc. Datum Gebennis, in festo b. Laurentii, Anno Dom. M°. CC°. LX°. tercio.

Invent. Fuciniaci, Fasc. 1. N°. 7.

619. Rodolphi, Comitis Gebennesii homagium Comiti Petro factum. **1263. Augusti 19. ap. S. Rambertum.**

Concordia inter Petrum Comitem Sabaudiæ et Rodolphum Comitem Gebennensem, mediantibus Johanne a Pacientia, Episcopo Bellicensi et abbate Saurambertini. Recognoscit se Comes Rodolphus esse hominem ligium dom. Petri comitis Sabaudiæ, et facit fidelitatem contra omnes, salva fidelitate debita Imperatori, et specialiter confitetur se tenere de feodo dicti Comitis Sabaudiæ, Castra de Cusy, de Charossa, et quæ habet prope Arbonam, et pedagium S. Mauricii, de quibus a Petro Comite investitur et infeodatur. Reservat Rodolphus Comes fidelitates debitas Episcopis Gebennæ et Lausannæ, et Guigoni Dalphino, Comiti Viennensi et Albonensi. Actum apud Sanctum Rambertum in viridario subtus castrum, die dominica XIIII° Kalendas mensis Septembris, Anno Dom. M. CC. LX. tertio.

Inv. Prov. Genevois, Fasc. 1. N°. 19. Pingonii Chron. fol. 376.

620. **1263. Augusti 25. Lugduni.**

Beatrix, Comitissa Provinciæ renunciat fratri suo Philippo omnia jura quæ habet vel habere præsumi potest in Comitatum Sabaudiæ. Actum Lugduni, in domo Willielmi de Auziaco, civis Lugdunensis, Anno Domini M°. CC°. LX°. III°.-VIII^a Kalend. Septembris, indicione V^a. (*congruit Indictio quinta cum anno 1262*).

Sigilli de Princ. di Savoja, pag. 98.

621. **1263. Augusti 31.**

Concambium inter Agnetem dominam de Grandisono, relictam domini Petri de Grandisono, tutricem filiorum suo-

rum, Petri, Willelmi, Girardi, Jaqueti, Henrici et Ottonini de Grandisono, cedentem Petro Comiti Sabaudiæ pedagium de Grandisono, a quo accepit in pretium sex libras annuas de redditibus villarum Cuarnie, Pomeres et Crosnai... Actum die Veneris post decollationem beati Johannis Baptistæ, Anno Domini MCCLXIII.

Index Bar. Waudensis Fasc. XXIII. Tit. Granson. N°. 3 Feuda Waudensia, T. II pag. 69. N°. 3.

622. **1263. Septembris 2.**

Concessio Petri Comitis Sabaudiæ, facta Isabellæ relictæ Johannis Faure, filii Petri, de Melduno, quorundam bonorum dicto Comiti lege feudali devolutorum per decessum prædicti Johannis. A. D. MCCLXIII. IV°. Non. Septembris.

Invent. Bar. Waudi, F. I. Convol. 4. Ch. 77.

623. **1263. Septembris 2.**

Concessio Petri Comitis Sabaudiæ, facta Uldrico de Burgo, burgensi de Melduno, bonorum quæ possederat domina de Poipia, quondam conjux dicti Vldrici, in Castellania Meldunensi. Act. IV Non. Septembris A. D. MCCLXIII.

Invent. Bar. Waudi, Fasc. I. Convol. IV. Ch. 79.

624. **1263. Septembris 3.**

III Nonas Septemkris obiit Hartmannus Comes Junior de Kyburg.

Necrolog. Monasterii Wettingensis, apud P. Marq. Hergott Geneal. Habsburg.

625. Auxilium Petri Comitis Sabaudiæ, per burgenses de Nantuaco imploratum. **1263. Sine dato, ex coniectura Pingonii, 1263; et hoc casu, inter 10. Aug. et initium Oct.**

Nos P. de S. Eugendo, Joh. Cocei, Gir Chetardi, Rod. Fabri, Jacobus Biseti, et tota communitas Nantuaci, vobis inclito Petro Comiti Sabaudie, salutem. Cum sumus obsessi sine aliqua ratione et sine culpa, vos rogamus, quod misericorditer et sine mora nos respiciatis et recipiatis, qui se damus vobis, et in perpetuum erimus obligati, et sciatis quod decepti fuimus in cibariis iam defectis quia inimici nostri subito sic venerunt. et noveritis quod tale pactum quodcumque Prior de Pomiers noster vobiscum fecerit de literis a Domino Abate Clnniacensi sigillandis vobis promittimus iuxta nostram voluntatem penitus adimplere. Igitur Reverentie et Celsitudini vestre supplicamus

quod nobis vestris famulis sine mora misericorditer dignemini succurrere. *Pingonius, Chron. fol. 378. Zibaldone.*

626. Petrus Comes Sabaudiæ, a Rege Romanorum investitus. **1263. Octobris 17. Berkhamstead.**

Ricardus, Romanorum Rex, investit Petrum Comitem Sabaudiæ, de vicariatu Imperii perpetuo, de Comitatu Sabaudiæ et de ducatibus Chablasii et Augustæ, per tria vexilla. Datum apud Berkamesces, XVII die Octobris, Indictione VII^{a}. Anno Domini M. CC. LXIII. regni Regis VII°.

Pingonii Chron. fol. 377. in excerpto. Autenticum deperditum.

627. Ricardus Romanorum Rex confert Petro Comiti Sabaudiæ, feuda imperialia, a Hartmanno juniore quondam comite Kyburgi possessa, et illo defuncto, Imperio devoluta. **1263. Octobris 17. Berkamestede.**

Ricardus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Vniuersis Imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis salutem. Ex culminis nostri liberalitate procedit, vt Nobiles et magnates imperii gratis preueniamus beneficiis et condignis honoribus exaltemus, promotionibus eorundem tam benigne tamque favorabiliter insistendo ut ad obsequendum nobis alii eorum exemplo facilius inducantur. Significando itaque duximus vniuersis et singulis tam presentibus quam futuris, quod nos de affluenti munificentia Regie maiestatis dilectum fidelem nostrum Petrum comitem Sabaudie intendentes liberaliter promouere. Castra Oppida villas, terras et feoda. quecumque Hartmannus quondam Comes Junior de Kiburg obitus sui tempore ab imperio possidebat, cum hominibus, honoribus, Juribus, Plateaticis, molendinis, Furnis, Argentariis, angariis, parangariis, viis, plateis, Coloniis, terris cultis et incultis, aquis, aquarum decursibus, siluis, venationibus, piscationibus, rationibus, et regalibus omnibus, prout dictus Comes de Kiburg suique predecessores predictis bonis omnibus vsi et gauisi fuisse noscuntur. Nec non Justicias, Pedagia, Thelonea, pascua, et Jurisdictionem omnimodam eorundem locorum, omnia quoque Jura, corporalia et incorporalia, cum omnibus appenditiis et pertinentiis suis, eidem Petro et suis heredibus Masculis, ab ipso et sua vxore legitima descendentibus, assignamus, concedimus, et donamus, a nobis et Imperio titulo feodali perpetuo possidenda. Precipientes omnibus nobilibus, militibus et hominibus eorundem locorum, cuiuscunque sint conditionis aut

sexus, vt ipsum P. in dominum recipiant, et fidelitatis ei homagia consueta et debita faciant. Sibique et dictis heredibus suis, Castellanis uel uicariis suis, aut aliis procuratoribus uel nuncijs suis, de vniuersis redditibus et prouentibus, nec non iuribus prefatorum locorum respondeant et plenarie satisfaciant de premissis. eique ac suo predicto modo, heredi, ut uero domino in omnibus deuote obediant, pareant et intendant. De prelibatis uerumptamen terris et bonis, in loco vbi plus beneplacito nostro congruerit, Quinquaginta Marcharum prouentus educi decernimus, Nobilis viri Hartmanni Comitis de Vroburg vtilitatibus applicandos. Mandamus igitur sub interminatione gracie nostre, districte precipientes et hoc regali *sanctimus* edicto, quatinus nullus dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus vicarius uel capitaneus, nullus potestas, nullum commune, nullus prelatus, nulla persona alta uel humilis, ecclesiastica uel mundana, contra hanc nostram assignationem, concessionem, siue donationem venire audeat, siue ipsas in totum aut in partem in aliquo uiolare, uel alicuius ingenii scrupulo infringere, uel ei aliquatenus contraire. Quod qui facere presumserit, grauem nostre majestatis offensam se nouerit incursurum. Insuper pro solo conatu etiam in reatus sui penam Mille Marchas argenti persoluat. Medietatem uidelicet Camere nostre, Reliquas uero predicto Petro uel heredibus suis, prout hactenus est semper consuetum. In quorum omnium testimonium et perpetui roboris firmamentum presentes litteras exinde conscribi et celsitudinis nostre sigillo iussimus communiri. Datum Berkamested. XVII die Octobris, Ind. VII. Anno Dom. M°. CC°. LXIII°. Regni uero nostri anno Septimo.

Deest Sigillum.

Ex apographo authentici, in Arch. aulico adservati, a Dno Kopp inde depromto et communicato. V. et Lünig Reichsarch. Cont. II. Abt. IV. Abs. XII. N°. 7. Guichen. Pr. 74. Matrim. de' Princ. di Sav. Matrim. di Margar. N°. 22.

628. **1263. Octobris 17. Berkhamsted.**

Ricardus, Romanorum Rex cavet de iuribus Hartmanni Senioris comitis de Kiburg, jam ætate confecti, eaque reservata declarat, ratione infeodationis Petri Comitis Sabaudiæ, de feodis imperialibus, quæ competebant quondam Hartmanno Juniori, Comiti Kiburgensi, nuper defuncto, et de quibus Petrus prædictus infeodatus erat eodem die. Datum Berkamesces, XVII die Octobris, Indictione VII. Anno Domini M. CC. LXIII. Anno regni Ricardi regis VII°.

Pingon. Chron. Sab. fol. 378. in excerpto. Autent. deperditum.

629. **1263. Mense Octobris.**

Rodolphus, filius Cononis de Ayent, vendit Petro Comiti Sabaudiæ, per manus Hugonis de Grandi Monte, Castellani dicti Comitis in Chillon, castrum et mandamentum suum de Sayson. Actum Mense Octobris. A. D. MCCLXIII°.

Inv. Bar. Waudi, F 1. Conv. 4. Ch. 1.

630. **1263. Octobris 28. Avillianæ.**

Petrus Baralis burgensis de Secusia vendit, in manus Humberti de Balma, Castellani Avillianæ, nomine domini Petri Comitis Sabaudiæ, ementis, molendinum, hortum, et battitorium suum, in territorio Avillianensi sita, pretio quadringentarum et viginti septem librarum secusinarum. Act. Avilliane in festo Simonis et Jude Apostolorum, A. D. MCCLXIII.

Invent. Provinciæ Susinæ, Fasc. VIII. Tit. Avigliana, N°. 6.

631. **1263. Mense Octobris. apud Albonam.**

Petrus, filius Girardi de Hyens vendit Petro Comiti Sabaudiæ quidquid habebat apud Montmontant, emente pro Comite, domino Guidone de Capella castellano Albonæ. Actum apud Albonam, Mense Octobris. A. D. MCCLXIII.

Pingon. Chron. fol. 377.

632. **1263. Novembris 3.**

Berlio et Bruno de Burgund (Bergoin) vendunt Petro Comiti Sabaudiæ iura et redditus suos in Castro et Mandamento de Burgund, pretio centum et quadraginta librarum Viennensium. Act. III. Nonas Novembris MCCLXIII.

Invent. bar. Waudi, Fasc. I. Convol. 4. Ch. 14.

633. **1263. Novembris 28.**

Cessio duorum hominum Petro Comiti Sabaudiæ pretio sexdecim librarum Gebennensium, *facta per Girardum de Rover,* consentiente uxore ejus Wilhelmetta: quos homines accipit in feudum, recognoscitque hac lege dictus Girardus ab antedicto Petro Comite. IV Kal. Dec. MCCLXIII.

Inv. Ducat. Sabaud. Fasc. I. N°. 1.

633. a. **1263. Mense Novembris.**

Willelmus de Polin vendit ad manus Petri, comitis Sabaudiæ, turrem, curiam, et eorum dependentias, in civitate

Augustana sitas, juxta Palatium rotundum, pretio viginti quinque librarum Secusinarum. Mense Novembr. A. D. MCCLXIII.
Invent. Durat. Augustani, Fasc I. N⁰. 19.

634. *Compromissum Baronum regni Angliæ, in Ludovicum Regem Franciæ, de discordiis inter ipsos et Henricum Regem suum obortis.* **1263. Decembris 13. London.**

Vniuersis presentes litteras inspecturis, H. Londoniensis, W. Wigorniensis episcopi, Simon de Monteforti comes Leycestrie et Senescallus Anglie, Hugo le Despenser iusticiarius Anglie, Humfredus de Boun iuvenis, H. de Monteforti, S. de Monteforti iuvenis, Adam de Novomercato, Petrus de Monteforti, Radulfus Basset de Sapecot. Baldewinus Wake, Robertus de Ros, Willielmus le Blond, Willielmus Marescallus, Walterus de Coleville, Ricardus de Grey, Willielmus Bardouft, Ricardus de Tanny, Henricus de Hastings, Johannes filius Johannis, Robertus de Veteri Ponte, Johannes de Vescy, Nicolaus de Segrave, Galfridus de Lucy, salutem in Domino. Noveritis quod nos compromisimus in Dominum Ludovicum Regem Francie illustrem super provisionibus, ordinationibus, statutis et obligationibus omnibus Oxonie, et super omnibus contentionibus et discordiis quas habemus et habuimus usque ad festum Omnium Sanctorum nuper preteritum, adversus dominum nostrum Regem Anglie ill^m. et ipse adversus nos, occasione provisionum ordinationum, statutorum, vel obligationum Oxoniensium predictarum. Firmiter promittentes et iurantes, tactis S. S. evangeliis, quod quidquid idem Rex Francie, super omnibus predictis, vel eorum aliquibus, de alto et basso, ordinauerit uel statuerit, nos observabimus bona fide, ita tamen quod idem dominus Rex Francie dicat super his dictum suum citra Pentecostem proxime venturam. Actum London, die S. Lucie virginis, anno Domini millesimo ducentesimo, sexagesimo tertio.
Rymer I. II 83. Foedera I 434.

635. *Compromissum Henrici Regis Angliæ, et Edwardi primogeniti sui, unâcum pluribus nobilibus regni, in sententiam Arbitralem Ludovici Regis Franciæ, de provisionibus Oxoniensibus, et de discordiis inter Regem et Barones Regni obortis.* **1263. Decembris 16.**

Nos Henricus, D. G. Rex Angliæ Dominus Hiberniæ etc. Noveritis, quod nos compromisimus in Dom. Ludovicum, Regem Franciæ ill^m. super provisionibus, ordinationibus, statutis et obligationibus omnibus Oxoniensibus, et super omnibus con-

tentionibus et discordiis quas habemus et habuimus usque ad festum Omnium Sanctorum nuper præteritum, adversus barones regni nostri, et ipsi adversus nos occasione provisionum ordinationum, statutorum vel obligationum Oxoniensium prædictarum. Promittentes et per dil. et fid. nostros Will. Belet militem, et Rob. Fulconis Clericum, de mandato nostro speciali, in animam nostram jurantes, tactis S. S. evangeliis quod quicquid idem Rex Franciæ super omnibus prædictis vel eorum aliquibus de alto et basso ordinaverit vel statuerit nos observabimus bona fide. ita tamen quod idem Dom. Rex Franciæ dicat super his dictum suum citra Pentecostem proxime venturam. In cujas etc. (Sigillum.) Nos autem Edwardus prædicti Dom. Regis Angliæ primogenitus, Henricus filius Ricardi Regis Alemanniæ, Rogerus le Bigod, Comes Norfolciæ et Marescallus Angliæ, Johannes de Warenna, Willielmus de Valentia, Humfredus de Bohun comes Herefort et Essex, Hugo le Bigod, Philippus Basset, Joh. filius Alani, Rob le Brus, Rogerus de Mortuo Mari, Joh. de Verdun, Will. de Breus, Joh. le Baillol, Henricus de Percy, Reginaldus filius Petri, Jacobus de Aldithele, Alanus le Zuche, Rog. de Clifford, Hamo Extraneus, Joh. de Grey, Philippus Marmion, Rob. de Neville, Joh. de Villibus, Joh. de Muscegros, Warinus de Bassingburn, Adam de Gesemuth, Rog. de Somery, Richardus Foliot, Rog. de Leyburn et Willielmus le Latimero, prædicto compromisso, per dictum Dom. nostrum Regem Angliæ facto, sicut prædictum est, consentimus et juramus, tactis S. S. evangeliis, quod quicquid Dom. Rex Franciæ, etc. (verbotenus, ut in compromisso Regis ipsius.) In cujus rei testimonium præsenti scripto, sigillo dom. nostri prædicti Regis Angliæ signato, sigilla nostra fecimus apponi. Datum apud Windesoram, dominica proxima post festum S. Luciæ virginis, Anno Domini MCCLXIII.

Rymer I. II. 83 Foedera I. 433-434.

635. a. Absente ab Anglia Petro Comite Sabaudiæ, commendat Henricus III bona et redditus ejus, Wychardo de Charrun et Johanni de la Red.

1264. Januarii 12. Ambiani.

Rex (Henricus III) dil. et fid. suo Wychardo de Charrun, salutem. Cum nuper commiserimes vobis omnes terras et tenementa dil. et fid. nostri Petri de Sabaudia in honore Richemundie custodienda ad opus nostrum, quamdiu nobis placuerit: Vobis mandamus quod omnes exitus, provenientes de terris

et tenementis predictis, eidem Petro, vel suo certo attornato sine dilatione habere faciatis. In cuius etc. Teste Rege apud Ambianum, XII die Januarii, anno regni nostri XLVIII.

Consimilem litteram, ejusdem diei habet Joh. de Red, de omnibus terris et tenementis prædicti Petri de Sabaudia in comitatu Sussex. *Rymer* I. II *83a*. *Foedera* I. *433*.

636. Testamentum Beatricis, relictæ Raimundi Berengarii comitis Provinciæ. **1264. Januarii 14. Ambiani.**

Confirmat aliud testamentum, jam prius a se factum, et sigillis, suo proprio, Reginarum filiarum suarum, Margarethæ Franciæ et Alienoræ Angliæ, fratrum suorum, Bonifacii, Archiepiscopi Cantuar. et Petri Comitis Sabaudiæ, et quorundam aliorum, munitum. Eligit sepulturam in hospitali Scalarum, a semetipsa fundato: Legat Petro Comiti Sabaudiæ, fratri suo MM. libras Vienn. incluso in iis legato illi jam prius facto, in prædicto testamento, ad defensionem terræ suæ Comitatus Sabaudiæ. Philippo, Electo Lugdun. fratri suo altero, MM. lib. Vienn. quoque pro defensione terræ comitatus Sabaudiæ. Agneti, Comitissæ Sabaudiæ, Dominæ Fuciniaci, Cæciliæ, relictæ Amedei Sabaudiæ Comitis, Beatrici, relictæ Thomæ de Sabaudia Comitis, M. lib. Viennenses cuique. Contissoni, lib. D. Vienn. Eleonoræ, aliæ filiæ Thomæ Comitis M. libras Turonenses. Contissoni, dominæ Medullionis, nepti suæ, (vid. testatricis) C. libras Vienn. Margarithæ, matri Marchionis Montisferrati, nepti suæ, Rodulpho, Archiepiscopo Tarantas. A. episcopo de Dyone, consanguineo testatricis, Petro, Episcopo Hereford. varia legata: alia, filiabus Rodolphi et Henrici de Gebennis, et filiæ domini de Camera, jam in priori testamento destinata: et in casu, quo Contissona, filia Amedei Comitis non contraxerit connubium, devolvat legatum illius hospitali Scalarum; et similiter disponit de legato Eleonoræ, filiæ Thomæ fratris sui. Facit legata multis domibus Sanctis, monasteriis, hospitiis, præ aliis, hospitali Scalarum, fundationis suæ, et Ecclesiis Cathedralibus et parrocchialibus. Executores hujus testamenti constituit, Johannem Archiepiscopum Viennensem et Rodulphum Tarantasiensem, Philippum Electum Lugdun. fratrem suum, Episcopum Gratianopolitanum, Humbertum Abbatem Altæcumbæ, et Stephanum Archidiaconum Cantuariensem. Dat., Ambiani, die XIV mensis Januarii, Anno Domini MCCLX tertio *(anno a festo Paschæ incipiente.)*

Testam. de' Princ. di Sav. Fasc. I. N⁰. 11.

637. *Dictum arbitrale Ludovici IX Regis Franciæ, inter Regem et barones Angliæ.*

1264. Januarii 23. Ambiani.

Ludovicus, D. G. Francorum Rex, universis etc. Notum facimus quod Kariss. consanguineus noster Henricus ill. Rex Angliæ et subscripti barones Angliæ in nos compromiserunt, prout continetur in litteris eorum infrascriptis. Tenor autem litterarum ipsius Regis talis est: (Sequuntur compromissa, Henrici Regis, Edwardi primogeniti ejus, et Nobilium, invicem se impugnantium). Insuper prædictus Rex Angliæ ex una parte et superius nominati ex alia parte barones de omnibus contentionibus exortis inter eos post prædictum festum *(Omn. SS.)* usque in præteritum diem S. Luciæ occasione prædicta in nos compromiserunt, et promiserunt per iuramenta, tactis S. S. evangeliis præstita, bona fide se servaturos quicquid statuerimus et ordinaverimus de hiis, vel eorum aliquibus. ita tamen quod citra Pentecostem proximo venturam, dicamus super hiis dictum nostrum, et super omnibus quæ super rebus, in compromissum deductis, vel circa ipsas interim contigerit attemptari. Nos vero partibus propter hæc convocatis Ambiani, dicto Rege personaliter, et quibusdam de baronibus per se, et aliis per procuratores comparentibus coram nobis. auditis hinc inde propositis et etiam defensionibus, ac rationibus partium plenius intellectis, attendentes per provisiones, ordinationes, statuta et obligationes Oxonienses, et per ea, quæ ex eis et occasione eorum subsecuta sunt, juri et honori regio plurimum fuisse detractum, regni turbacionem, ecclesiarum depressionem et depredationem et aliis personis ipsius regni, ecclesiasticis et secularibus, indigenis et alienigenis, gravissima dispendia provenisse. et quod verisimiliter timebatur ne graviora contigerint in futurum, communicato bonorum et magnatum consilio. — In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: prædictas provisiones, ordinationes, statuta et obligationes omnes, quocumque modo censeantur, et quidquid ex eis, vel occasione earum subsecutum est, per dictum nostrum, seu ordinationem nostram cassamus et irritamus. maxime cum appareat summum Pontificem eas per suas litteras cassas et irritas nunciasse. ordinantes quod tam dictus Rex, quam barones et alii quicumque præsenti compromisso consenserunt, et de prædictis observandis se quoquo modo astrinxerunt, se de eisdem quietent penitus et absolvant. — Addicimus etiam quod, ex vi seu

viribus prædictarum provisionum, sive obligationum seu ordinationum, vel alicujus jam supor hoc concessæ potestatis a Rege, nullus nova statuta faciat, neque jam facta teneat vel observet, nec propter non observantiam prædictorum debeat aliquis alterius capitalis vel aliter inimicus haberi, vel poenam propter hoc aliquam sustinere. Decernimus etiam, quod omnes litteræ super præmissis provisionibus et earum occasione confectæ irritæ sint et inanes. et ordinamus quod ipsi Regi Angliæ restituantur a baronibus et reddantur. Item dicimus et ordinamus quod castra quæcumque fuerint tradita custodienda ad securitatem, seu occasione prædictorum et adhuc sunt detenta, libere a dictis baronibus eidem Regi reddantur, tenenda ab eodem Rege, sicut ea tenebat ante tempus dictarum provisionum. Item dicimus et ordinamus, quod libere liceat predicto Regi capitalem justiciarium, cancellarium, thesaurarium, consiliarios, justiciarios minores, vicecomites, et quoscumque alios officiales ac ministeriales regni sui ac domus suæ, præficere, destituere et amovere, pro suæ libito voluntatis, sicut faciebat et facere poterat ante tempus provisionum prædictarum. Item, retractamus et cassamus illud statutum factum, quod regnum Angliæ de cætero per indigenas gubernetur, nec non ut exirent alienigenæ non reversuri, exceptis illis quorum moram fideles regni communiter acceptarent. Ordinantes per dictum nostrum quod liceat alienigenis morari in dicto regno secure. et quod Rex possit alienigenas et indigenas vocare secure ad consilium suum quos sibi viderit utiles et fideles, sicut facere poterat ante tempus prædictum. Item dicimus et ordinamus, quod dictus Rex plenam potestatem et liberum regimen habeat in regno suo et ejus pertinentiis, et sit in eo statu et in ea plenaria potestate, in omnibus et per omnia, sicut erat ante tempus prædictum. Nolumus autem nec intendimus per præsentem ordinationem derogare in aliquo regiis privilegiis, chartis, libertatibus, statutis et laudabilibus consuetudinibus regni Angliæ, quæ erant ante tempus provisionum ipsarum. Ordinamus etiam, quod idem Rex prædictis baronibus indulgeat et remittat omnem rancorem, quem habet adversus eos occasione præmissorum, et similiter barones eidem. et quod unus alterum, occasione præmissorum, de quibus in nos extitit compromissum, per se vel per alium de cætero non gravet in aliquo vel offendat. Hanc autem ordinationem nostram seu dictum nostrum protulimus Ambianis, in crastino beati Vincentii Martyris, anno

Domini MCCLXIII. mense Januario. In cujus rei testimonium præsentibus litteris nostrum apponi fecimus sigillum.

(Datum sec. stylum paschalem tunc per Franciam usitatum.) **Rymer I. II. 83. b. Foedera I. 433.**

638. Henricus III assignat uxorem suam, Petrum Comitem et Joh. Mansell, ad recipiendos denarios sibi debitos a Rege Franciæ. **1264. Februarii 14. Whitsand.**

(Henricus) Rex omnibus etc. sciatis quod assignavimus dil. consortem nostram Alienoram Reginam Angliæ Petrum comitem Sabaudiæ, et Johannem Maunsell thesaurarium Eborum ad recipiendum nomine nostro denarios, quos Karissimus dominus et consanguineus noster Ludovicus Rex Franciæ ill. nobis debet per formam pacis, inter ipsum et nos initæ. Dantes eis potestatem componendi etc. Datum apud Whitsand, XIV die Februarii Anno Dom. MCCLXIII. A. Regni nostri XLVIII.

(Annus sec. styl. paschalem, quia in Francia scripta est hæc charta.)

Rymer I. II. 84. Foedera I. 435.

638. a. Henrici III assignatio earumdem personarum ad recipienda jocalia, deposita jure impignorationis, in templo parisiense. **1264. Februarii 14. Whitsand.**

Rex omnibus, etc. Sciatis quod assignavimus dil. consortem nostram Alienoram Reginam Angliæ, Petrum Comitem Sabaudiæ et Joh. Maunsell thesaurarium Eborum ad recipiendum nomine nostro, jocalia nostra quæ sunt in deposito apud templum Parisiense. Dantes etc. Datum ap. Whitsand, XIV die Februarii A. D. MCCLXIII *(st. pasch.)*. A°. regni nostri XLVIII.

Et mandatum est thesaurario templi, ut deliberet dicta jocalia præfatis Reginæ. Petro, et Johanni etc.

Rymer I. II. 84. Foedera I. 435.

639. Testamentum Beatricis Comitissæ Provinciæ novissimum. **1264. Februar 22. Ambiani.**

In nomine Patris, Sanctæ et Individuæ Trinitatis et Filii et Spiritus sancti Amen. Anno Domini MCCLXIII nona Kalend. Martii Ego Beatrix relicta inclitæ recordationis Dom. Reymundi Berengarii Comitis Provinciæ, licet infirma corpore, tamen sana mente, et in bona dispositione constituta, de rebus mobilibus meis et immobilibus dispono et ordino in hunc modum, et meam facio voluntatem ultimam. In primis com-

mendo animam meam Jhesu Christo, eique relinquo omnia bona mea mobilia distribuenda ad honorem ipsius, sicut inferius declarabo. Sepulturam meam eligo in Ecclesia Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, quam ego edificavi meis sumptibus apud scalas, et totam terram meam, et omnia bona mea immobilia que habeo et possideo, et quasi ex collocatione bone memorie matris mee et Electorum fratrum meorum in quibuscumque existant, castris, villis, juribus, excepto castro de Scalis, cum appendiciis suis, quod iam dedi donatione inter vivos pro anima mea Hospitali Hierosolymitano quod ego construxi. do et lego Karissimis filiabus meis Margarete Francorum et Aleonore Anglie Reginis illustribus, ut predicta omnia habeant, teneant et possideant, pro suo libito voluntatis, toto tempore vite sue, altera autem cedente vel decedente vel in predictis bonis portionem habere nolente, altera totum habeat in vita sua, ut superius est expressum. Quandocumque vero dicta bona, vel alio modo dicte Regine diuiserint, vel forte in vita tenere noluerint, volo et precipio quod omnia predicta ad Thomam Amedeum et Ludovicum filios quondam Dom. Thome fratris mei libere revertantur, quos in predictis hereditatibus instituo, ita quod quicumque aliquis eorum decesserit, portio decedentis ad superstitem revertatur. Alionore, filie predicti Comitis Thome lego D. lib. Turonenses, pro emendis vestibus et aliis necessariis, quando maritabitur. Item filie Contissone de Medullione CCL libras Turon. Item filie Domini de Camera CL lib. Turon. Item Beringarie filie Dom. Benedicti de Castellione CL lib. Turon. Item lego M. lib. Turon. distribuendas per manus executorum meorum in pias causas, de quibus volo quod CCC lib. dentur in proventibus domibus religiosis ubi melius viderint expediendum, residuum usque DCC relinquo ad emendandum et pacificandum clamores meos. Residuum si quod fuerit expendatur in pias causas, ubi melius executores mei videbunt expedire. item lego Beatrici Andegavie Comitisse C. marchas. argenti, et in eis ipsam michi heredem instituo. Item Dom. Cantuariensi Archiepiscopo fratri meo C. marcas. Item Dno Lugdunensi Electo fratri meo C. Marchas. Item Dno Petro Comiti Sabaudie fratri meo centum marcas argenti. Item lego tria millia librarum Turon. pro construendo quodam Hospitali apud Scalas, quod vocabitur Domus Dei, et ad emendum possessiones ad opus dicti Hospitalis de quarum possessionum fructibus et proventibus volo quod fiat generalis donatio sive distributio ter in singulis septimanis

omnibus pauperibus ibidem convenientibus hac de causa. Hec est vltima mea voluntas quam volo et precipio valere, jure testamenti nuncupativi, vel codicillorum vel cuiuscumque alterius ultime voluntatis, vel saltem de canonica equitate in omni eventu valeat, et robur obtineat firmitatis, cuius mee ultime voluntatis facio et ordino executores, Ven. Patrem Dom. Joannem Viennensem Archiepiscopum, Dom. Philippum Lugdun. Electum, fratrem meum, Umbertum Abbatem Altecumbe, et Stephanum archidiaconum Cantuariensem. ita quod dicti Abbas et Archidiaconus vel alter eorum qui presens esset, de consilio predicti Domini Viennensis Archiepiscopi, et Dom. Lugdun. Electi, predicta omnia administrent. Actum Ambiani, anno et die predictis.

(Annus sec: stylum paschalem expressus est.)

Guichen. Prob. p. 64. aliquid incorrecte.

640. ***Conditiones, sub quibus Domino Bonifacio de Sabaudia, Archiepiscopo Cantuariensi, totius Angliæ Primati, conceditur reverti in Angliam.*** **1264. Mense Martio.**

Anno Domini MCCLXIV. mense Martii, in præsentia ill. Regis Angliæ, de consilio procerum et magnatum ejusdem regni actum est, quod ven. pater B. Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, in Angliam revertatur, sub conditionibus infrascriptis, in regno pacifice moraturus. In primis igitur actum est, quod archiepiscopus in reversione sua, excommunicationis sententias in quascunque personas, occasione turbationis in regno Angliæ habitæ, promulgatas, sine difficultate qualibet relaxet in forma juris. dum tamen illi, qui excommunicati fuerint inventi, de excessibus satisfacere sint parati, et pro eisdem canonica mandata archiepiscopi recipere teneantur in forma inferius, in proximo articulo contenta. Secundo, actum est, quod de emendis faciendis, nomine excessuum ecclesiis et ecclesiasticis personis infra loca, jurisdictioni suæ immediate subjecta, arbitretur archiepiscopus de consilio suffraganeorum suorum, aut majoris et sanioris partis, et de arduis negotiis, ecclesiam Anglicanam et regnum contingentibus, futuris temporibus post reversionem suam, similiter de consilio eorundem et aliorum discretorum de regno ordinet et disponat. Tertio, actum est, quod magistros tales familiares clericos suos secum adducat, et hos tantum clericos alienigenas de consilio suo et familia retineat. Quarto, actum est, quod alii clerici, quicunque beneficiati in regno Angliæ, cum archie-

piscopo redire volentes, in beneficiis suis salvo et secure redeant et morentur. et bona ecclesiastica infra regnum expendant, ut tenentur, nihil extra regnum deferentes vel mittentes, nisi casus necessarius, et a consilio Regis approbatus, hoc requirat. Quinto, actum est, quod archiepiscopus, seu clerici cum ipso venientes, nihil in literis, nunciis, seu mandatis secum deferant, vel quicquam aliud, in ipso regno commorantes, per se vel per alios procurent, de quo Regi, aut aliquibus de regno, dampnum possit, vel periculum seu præjudicium provenire.

Ad memoriam autem præmissarum præsentibus sigillum illustris Regis Angliæ est appensum.

Per totum consilium.

Rymer I. II. 86. b. Foedera I. 438.,

641. *Mandata Regis Wichardo de Charrun et Johanni de la Rede, custodibus terrarum Comitis Petri in Anglia, de assumendis ad manus Regis, bonis rebellium in dictis terris.* **1264. ante diem 14 Maji.**

Wichardus de Charrun et Johannes de la Rede jubentur assumere ad manus Regis, terras et bona rebellium tenentium de feodo Petri de Sabaudia in Comitatu Sussexiæ.

Pat. de anno 48 Hen. III. memb. 14. in exc. commun.

Guichardus de Charrun jubetur assumere ad manus Regis terras et tenementa adversariorum Regis, tenentium de feudo Petri de Sabaudia, de honore Richemundiæ, et qui restiterunt Domino Regi in oppido Northampton.

Ibid. M. 15.

Tres litteræ patentes, quibus committit Henricus Rex Wichardo de Charrun custodiam terrarum castrorum etc. Petri de Sabaudia in Comitatibus Essex, Hertford, Norffolk, Lincoln, Nottingham et Eboraci, quorum seisina facta est ad manus Regis, ratione turbationum exortarum in regno Angliæ.

Johannes de la Red habet custodiam terrarum in Comitatu Sussex, ratione eadem ut supra.

Eodem modo et cadem ratione, datur Wischardo de Charrun, custodia castrorum Richemundiæ et Boghes in Comitatu Eboracensi.

Pat. 48 anni Henr. III. membra 19, 20, 21 in excerptis ms. communicatis.

642. 1264. Maji 15. Albe.

Foedus inter Willielmum, Marchionem Montisferrati, et Bertramum Goyetum, vices gerentem Caroli Andegaviensis et Provinciæ Comitis, et nomine ejus contrahentem istam amicitiam. Inimici unius, et alterius inimici intelligantur; et poterunt capi ubicunque invenientur, in terris unius vel alterius amborum dominorum. Et facient guerram et pacem contra omnes in Lombardia, exceptis Rege Franciæ, Comite Pictaviæ, Comite Sabaudiæ, Guigone Dalphino comite Viennensi et Albonensi, et salva treuga cum Astensibus, et negotio quod Dom. Carolus comes Provinciæ, habet tractare cum Marchione Salutiarum. Præsentes, Dom. Guillielmus Marchio Montisferrati, Bertramus de Goyeto Senescallus Dom. Comitis Provinciæ in partibus Lombardiæ, Reynaldus de Crogaco, Vicarius Niciæ, Raynaldus Isardus, ballivus vallium Cunei et Ceneum, Marcus de Pinarolio Judex, Jacobus de Montemerlo Judex, Conradus Reculus de Taurino, Henricus de Gorsano, Manuel Comes de Blandrato, etc. Actum Albe, in conventu fratrum minorum, Anno Dom. MCCLXIV, Indictione VII. die XV Maji. Sign. Rodolphus not. palatinus.

Ping. Chron. fol. 384, cum allegat. hist. Benevenuti S. Georgii.

643. 1264. Junii 10. Kyburg.

Hartmannus Senior, Comes de Kyburg, resignat in manus Ricardi Romanorum Regis, feuda sua Imperialia de Kempten, Vallis Claronensis, et Advocatiæ Turgoviæ, „Rogantes attentius quatenus vestra Celsitudo dicta feuda, supradicte affini uestre Margarethæ nostri thori consorti liberaliter concedere dignemini, libere et pacifice possidenda. Item Clarona pertinet ad eam, sicut patet per literas regis patentes.“

Invent. Matrimon. Princ. Sab. Fasc. I. Mon. di Savoja, II. 125–126. Nota 2. Cod. Zeerledertanus I. N⁰. 456.

644. *Mandatum Petri Comitis Sabaudiæ, e castris exercitùs Reginæ Angliæ in Francia emissum, de accersendis militibus a patria sua, de ordinanda administratione Statùs sui, et de muniendis castris in patriâ.*

1264. Mense Junio vel Julio.

P. Comes Sabaudie. Magistro Arnaldo salutem. Ecce quod gentem nostram mandavimus prout in quodam scripto quod Simoni misimus vobis ostendendum poteritis intueri faciantur colligere computatis dietis usque ad Sanctum Audomarum in

Flandria ubi debet in die Assumptionis Beate Marie vel circiter .... convenire faciatis eidem Symoni haberi pecuniam.... ad eandem gentem ducendam verumtamen.... domino Soffredo de Amaisino et domino Hugoni de Palesuel ut si plures invenirent sive milites sive scutiferos sive ballisterios.... qui boni essent et electi et ad nos vellent venire illos cum aliis nobis mittant volumus pariter quamvis inscripto non s...... boni sint et bene montati sua stipendia librentur. Porro dominum Villielmum et dom. Jacubinum de Ponte dom. Villielmum de Arlonis et dominos Aymonem de Lucingio Villielmum de Alingio Villielmum de Gresiaco filium domini Villielmi mandavimus sub conditione..... quod ad nos veniant nisi vos ipsos pro securitate terre nostre duxeritis retinendos unde si necesse fuerit illos sex retinere poteritis quamquam plurimum nobis placeret si commode fieri posset quod ad nos venirent. Mittimus vobis literas nostras ad Dominum Archiepiscopum Tarentasie et ad Dominam Comitissam Provincie sororem nostram quarum transcripta ut sciatis plenius quid agitur vobis mittimus presentibus introclusa vobis mandantes quatinus eis visis dictam sororem nostram adire non pigritemini presentantes sibi literam nostram ac ipsam super materia illa prout expedierit alloquentes et si...... illa vobis et ei utilis videatur procuretis quod ipsa eundem Archiepiscopum evocet ad suam presentiam ad aliquam certam diem causa di... vos et dom. Soffredus de Amaisino, dom. Humbertus dom. Galterinus de Saissello Humbertus de Montemeliano ballivus noster in Gebennesio et iudex noster ibidem personaliter intersitis et nostris eidem Archiepiscopo literis si vobis et dicte sorori nostre bonum visum fuerit presentatis requiratis eundem una cum dicta sorore nostra ut cum ipse sit sollempnior persona quam habeat hodie Comitatus ipsum Comitatum et reliquam terram nostram dum absentes erimus debeat gubernare dicentes eidem nos vobis in preceptis dedisse quod gentes nostre mandatis eiusdem debeant incunctanter parere. Videtur enim nobis bonum ut ipsum de regimine et protectione terre nostre quanto plus poteritis honoretis. Credimus enim quod si ipse velit ad hoc sue industrie operam applicare terram Valesii semper tenebit tranquillam. Scitis enim quod (qui) novit vasa fictilia facere nouit et frangere. Hec autem premissa dicimus si vobis et dicte sorori nostre illa utilia videantur. Sed hec quantum poteritis accelerare curetis. Nichilominus Karissime magister cog. ...., castra nostra de Valesio de victualibus habundantissime

muniantur totumque bladum nostrum de Waudo relictis castris ibidem veluti murati Romunt Meldun Rotam Yuerdon et cletas sufficienter munitis. Faciatis una cum toto reliquo blado nostro quod commode carriari poterit in valisium cum omni celeritate portari. Et castris nostris de Sallon de Cresto de Brignon ad unum completum munitis prout hoc alias plenius scripsimus totum residuum bladi in domo nostra de contesio reponatur. Ita quod si pro nobis magnus exercitus illuc iret inveniret ibi victus sui sustentationem quamdiu ibi esset. rursus mittimus uobis literas nuper per prefatum Archiepiscopum nobis missas in quibus quedam que correctione digna videntur videre poteritis super quibus loquamini cum eodem. Ostendentes sibi literas suas et dicentes quod de hoc scimus sibi multas gratias et quod vobis mandavimus ut cum eo super hoc loqueremini. Et quod ea que emendanda forent ad suum curaretis arbitrium emendare sicut alias vobis maudavimus. si pecunia sit vobis plurimum necessaria potestis capere de denariis habitis de conplanta. sane si dictus Archiepiscopus nollet huiusmodi honus assumere alium elegatis ad hoc meliorem quem poteritis vos et dicta soror nostra quia nescimus super hoc vos docere.

Cibrario, Stor. della Mon. di Savoja, T. II. Append. p. 357. è copia coæva authentici, adservata in Arch. Cameral. Taurini.

645. **1264. Julii 26. Londini. Rege Angliæ captivo.**

Litteræ Regis (Henrici captivi) missæ civibus Bajonensibus de fidelitatibus suis, eo quod auxilium non præstarent extraneis, qui præparaverant iuvadere Regnum (Angliæ).

Calendar. rotul. patent. pag. 34-35.

646. Cavet Petrus Comes Episcopo Gebennensi, ne illi emergat damnum de iuribus, a Comite acquisitis in Gebennensem civitatem. **1264. Augusti 6. Ambiani.**

P. Comes Sabaudie. Domino Guichardo ballivo suo in Gebennensi, et magistro P. iudici ibidem salutem, etc. Quamvis cives Gebennenses in nostra protectione susceperimus ius accipiendo pariter et prestando nolumus tamen iuri Gebennensis Ecclesie aliquatinus derogare. Vobis maudamus quatinus cives predictos coram vobis litigare non compellatis nisi de quibus olim coram Comite Gebennensi litigare solebant. Datum apud Ambianum die mercurii post festam beati Petri ad vincula.

Cibr. St. d. Mon. di Sav. II. Appendix N°. XII. pag. 366.

647. *Obligatio Petri Comitis in favorem Lotharii Beinencasæ, de Lib. XCVI. Sol. XIII. den. IV. Parisiensibus, sibi mutuatis.* **1264. Augusti 17. ap. S. Omer.**

Nos Petrus Comes Sabaudie notum facimus universis quod nos ex causa mutui debemus dil. nostro Lotherio Beinencasa, civi et mercatori Florentino, nonaginta sex libras tresdecim Solidos et quatuor denarios Parisienses quam pecunie quantitatem eidem ad voluntatem suam promittimus nos plenarie soluturos. In cujus rei testimonium eidem tradidimus has literas nostras, datas aput Sanctum Audomarum in ottaba beati Laurentii, anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto.

Arch. Cameral. Taurin. Convol. Copiar. certorum mandatorum D. Petri comitis.

648. *Instructiones variæ Petri Comitis in Francia, Flandriave morantis, Willelmo Varnerii transmissæ.*
1264. Augusti 17. Sine loco.

A. D. M°. CC°. LXIV°. in octaba b. Laurentij Villielmo Varnerij ex parte Comitis scriptum fuit in hunc modum. — P. Comes Sabaudie Villielmo Varnerij salutem. Nos per Dei gratiam noveris sanos esse quod cupimus de te scire te rogantes ut illam summam pecuuie quam nobis mandasti te promptam habere et quidquid de nostris redditibus postmodum congregare potuisti et poteris tradas in Villa de Ros Richardo Rossel burgensi de Ros et Rogerio de Kuarrel sociis et mercatoribus Bartholomei de Kuarrel civis Ambianensis et de eo quod eis tradideris habeas literas patentes predictorum Richardi et Rogerij. Quas nobis remittas per Guillielmum de Londoniis latorem presentium cum omni celeritate qua potueris et veniat idem Guillielmus per mare apud Rokellam in Pictaviam vel in Normanniam. Ita quod de omissione literarum nullum nobis posset periculum imminere. Si vero auditis pacem in Angliam reformatam fuisse posset ad nos dictus Guillielmus *ad nos* redire per Angliam. Et attendas quod dictus Bartholomeus nullam nobis solucionem faciat nisi prehabitis literis supradictis. Mandes nobis statum tuum et negociorum tuorum.

Cibrario, Stor. della Mon. di Sav. II. 360.

649. *Recognitio Petri de Sabaudia, pecuniæ mutuo recepte a nonnullis mercatoribus, præcipue Florentinis.*
1264. Septembris 9. Dam.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Petrus Comes Sabaudie salutem et noticiam rei geste. Nouerit vniuersitas uestra

nos mutuo recepisse et habuisse per particulas et terminos infrascriptos pro negociis nostris expediendis a Marineto Spine, Thoma Expillat, Rubeo Cambij, Rainerio Abbatis, Campana Francisci et Teglarie Amadore Ciuibus et Mercatoribus Florentinis, pro se ipsis mutuantibus et pro Jacobo de Scala, Jacobo lecca, Aymer Cosa, Petro benencasa, Hugone Spina, Theglari de Scala et aliis sociis et conciuibus suis quatuor milia centum libras octo solidos et nouem denarios viennenses, et duo milia et quatuor libras sex solidos et octo denarios Turonenses, de qua pecunia bene nos vocamus quictos et integraliter protestamur contentos, ac ipsam pecuniam in vsus et vtilitatem nostram bona fide profitemur esse conuersam. Exceptioni non numerate, non solute et non tradite nobis pecunie penitus renunciantes. Particule uero et termini quibus dictam pecuniam recepimus sunt isti. Videl. in nundinis laigniaci anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo per Giroudum Cavalli Civem gebennensem centum libras turonenses. Octaua die exeunte Februario anno eodem quadraginta quinque libras viennenses datas magistro Johanni Capella, magistro Guichardo de portali, et Efficio Vione. Item decima quarta die intrante Marcio eodem anno per Magistrum Petrum de Solerio quinquaginta libras Viennenses. Item decima tercia die exeunte Marcio anno eodem quinquaginta libras Viennenses datas Archiepiscopo Tarentasie. Item octava die intrante Aprili anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo tertio per Thomam de Rossellone Clericum nostrum millitem mille tercentum quadraginta septem libras vndecim solidos tres denarios Viennenses. Item quinta die intrante Junio per dictum Thomam mille libras Viennenses anno eodem. Item decima tertia die junii per dominum Guigonem de Garnerio militem Nostrum quadraginta libras viennenses, quas sibi dedimus. Item quarta die intrante iulio per humbertum de Montemeliano sexaginta libras viennenses. Item sexta die intrante Augusto per Magistrum Petrum de Solerio sexaginta libras Viennenses anno eodem. Item mille quatuor centum quadraginta vnam libras decem octo denarios Viennenses per predictum Thomam de Rossillone, dominica prius assumptionem beate Marie anno eodem, et in eodem termino per eundem Thomam ducentum quadraginta quinque libras turonenses. Item in eodem termino sex libras sexdecim solidos viennenses in vna Roba data domino Johanni de Masou. Item in medio Septembri eodem anno per Dominum Petrum de chassaz mille ducentum libras

turonenses. Item die lune post natiuitatem beate Marie anno eodem ducentum libras turonenses per predictum Thomam de Rossillone. In festo beati Michaelis eodem anno in expensis berlionis de Amaysino procuratoris nostri in curia romana centum quinquaginta quinque libras sex solidos octo denarios turonenses. Item in eodem termino in vna forratura de variis et quinque capuciis emptis ad opus nostri quatuor libras turonenses. Item per Simonem de Verters ad liberationem gentis nostre venientis de terra nostra cum armis octava die intrante augusto anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto centum libras turonenses, et est summa harum particularum vt supra, que pretaxata est quater milia centum libre octo solidi nouem denarii viennenses. Et duo milia quatuor libras sex solidos octo denarios turonenses promittimus et tenemur per legitimam stipulationem reddere et soluere prefatis mercatoribus vel uni eorum aut eorum certo nuncio has litteras deferenti infra festum omnium Sanctorum proxime venturum apud parisius. Tenemur eisdem mercatoribus refundere dampna interesse et expensas que vel quas ydem mercatores sustinuerent pro predicta pecunia vel sustinebunt usque ad terminum pretaxatum. Quod si forte infra dictum terminum eisdem non satisfaceremus de debito memorato ex tunc promittimus et tenemur per stipulationem refundere et restaurare eisdem omnes expensas, dampna et interesse que facient vel incurrent pro defectu solucionis predicte. Pro quibus omnibus et singulis antedictis firmiter et fideliter obseruandis et adimplendis obligamus nos et heredes ac assignatos nostros et omnia bona nostra et heredum ac assignatorum nostrorum mobilia et immobilia presentia futura habita ac habenda vbicunque fuerint inventa dictis mercatoribus ac sociis et heredibus eorum usque ad plenariam solutionem omnium predictorum. Renunciantes in hiis omnibus et singulis pro nobis et heredibus ac assignatis nostris omni iuris auxilio canonici et civilis, priuilegio fori et maxime *concesig*natorum et *concesig*nandorum, epistole diui Adriani omni consuetudini et statuto, omnibus litteris apostolicis et regiis ac aliis impetratis et impetrandis, constitucioni de duobus dictis edite in consilio generali. Et omnibus exceptionibus et defensionibus personalibus et realibus que possent obici contra hoc instrumentum vel factum, aut que nobis seu heredibus aut assignatis nostris possent prodesse et dictis mercatoribus in aliquo obesse. Volumus insupra et concedimus expresse quod si forte, quod

absit, de nobis humanitus contingeret dicto debito non soluto nulla fiat testamenti nostri exequtio nec aliqua bonorum nostrorum distractio, nec aliquorum aliorum debitorum nostrorum solutio donec dictis mercatoribus super omnibus et singulis supradictis plenarie fuerit satisfactum. Item uolumus et concedimus quod nos, heredes, assignati et executores nostri possimus pro predictis dampno et interesse in omni loco citra montes libere conueniri et in iudicium trahi. Omnia autem et singula supradicta promittimus et tenemur pro nobis et heredibus ac assignatis nostris bona fide et legaliter tenere et adimplere et in nullo omnino contravenire. Actum et datum apud dam In Flandria in crastinum nativitatis beate Marie anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, presentibus Simone de Verters, Thoma de Rossillone et Hugone de Vienna Clericis nostris.

Autenticum in Archivo regio camerali Taurini adservatur.

650. Mandatum Petri Comitis Sabaudiæ, de defensione Vallesiæ contra Episcopum Sedunensem.

1264. Septembris 16. Dam.

Magistro Arnaldo salutem. Sane non expedit vobis ut gentes terre nostre sepe faciatis in Valesium convenire nisi id exigat iusta causa veluti si dictus Episcopus obsedisset aliquod de castris nostris vel si intenderetis aliquod de castris suis invadere aut eundem alias offendere terram suam violenter intrando quod non convenit hiis diebus. Quare vobis mandamus quatenus proviso quod castra nostra de Valesio illa presertim que obsidionem timent optime sint munita et posito ibidem uno bono Capitaneo permittatis Episcopum gentes suas cum voluerit congregare. Quia terram planam ita subito sibi deffendere non potestis dum tamen castra non timeant incursos suos. Quia si quociens dictus Episcopus gentem congregaret vos velletis vestram similiter congregare angaria esset hominibus nostris nec eos possetis habere postea ita de facili forsitan si necessitas immineret et preterea victualia nostra de Valesio penitus vastarentur. Bonum est tamen quod homines nostri muniti sint ita quod si dictus Episcopus obsiderot aliquod de castris nostris posset obsessis celeriter subveniri. Et si posset sine custu intolerabili poni apud Contesium talis munitio balistariorum peditum que deffendere posset

talliationem vinearum bonum esset. Datum die martis post exaltationem Sancte Crucis apud Dam.

Fasc. copiarum mandatorum Petri Comitis, in Archivo camerali Taurin. Storia della Monarchia di Savoja II. Append. 361. 362.

651. Litteræ Comitis Petri in favorem Cæciliæ Comitissæ Sabaudiæ. **1264. Septembris 16 Dam.**

Domino Soffredo de Amasino salutem. Sicut alias vobis mandavimus iterato mandamus quia Illustri et Karissime sorori nostre C. relicte inclite recordationis domini A. Comitis Sabaudie Karissimi fratris nostri permittatis libere terram dotalicij sui tenere secundum quod alie Comitisse Sabaudie dotalicia sua consueverunt tenere. Nec de regimine seu dominio terre sue vos intromittatis aliquatenus nisi forte supplendo defectum ipsius in iusticia exibenda seu etiam exercenda. Dat. apud Dam die martis post exaltationem Sancte Crucis.

Eidem mandatur ut solvat Humberto de Montbel viginti quinque libras viennenses pro emenda equi sui.

Stor. della Mon. di Sav. II. 362.

652. Petrus Comes jubet per litteras suas, cingi muris locum dictum Rupecula. **1264. Septembris 16. Dam.**

Domino Rostagno de Rupecula salutem. Cum ex eo quod burgus de Rupecula patens est et disclausus grande possit dispendium imminere si quis forte invaderet dictum castrum mandamus vobis rogando quia penam et diligentiam applicetis quantum ad vos pertinet qualiter idem burgus claudatur de muro sufficienter ita quod hostiles incursus non timeat quodque ex defectu clausure hujusmodi periculum non immergat. Audistis enim dici in vulgari proverbio *qui est garniz non est vinz.* — Datum apud Dam die martis post exaltationem Sancte Crucis.

Stor. della Mon. di Sav. II. 363.

653. **1264. Septembris 18. Dam.**

Hugo de Bressiaco recognoscit Petro Comiti Sabaudiæ, quidquid habet in Mauriana, et apud Boczesellum et apud Coludum. Remittit illi Comes in feodum Bressiacum. Acttum apud Dam, die Jovis post exaltationem S. Crucis, Anno Dom. MCCLXIV.

Pingon. Chron. fol. 381.

654. **1264. Septembris 22.**

Johannes, dominus de Cossonay et de Prangins, et filii ejus, declarant, se nullum habere jus in domo de Cuminiaco, a Petro de Sabaudia acquisita.

Invent bar. Waudi Fasc. I. Convol. 4. Ch. N°. 26.

655. *Rescriptum Petri Comitis, circa fidelitatem dom. Bellijoci.*
1264. Septembris 27. Dam.

Eidem (Magistro Arnaldo) salutem. Quamvis in omni negotio discantur sufficere duo testes ydonei si tamen plures haberi valeant plures producendi sunt ad cautelam. Presertim cum in forma publicationis producuntur ubi de morte eorum timetur vel absentia diuturna. Mandamus igitur quatinus inquisicionem quam fecistis fieri de fidelitate domini belli joci predecessoribus nostris exibita plenius faciatis. Prefixoque... domino belli joci certo die et loco inquiratis tam per dom. Humbertum de Saissello et d. Galterinum iterum quam per alios qui dicte fidelitati interfuisse dicuntur plenariam veritatem. Et eorum attestationes conscribi iusinuari et in formam publicam redigi faciatis. Ne forte processu temporis morte vel absencia testium quo ad hoc nobis probationis copia subtrahatur. Ceterum ex quo plene vobis constat quod guageria sua plusquam pro duobus milibus libris non fuerit obligata eo quod quingente libre que solvi debuerunt illis de Amaisino minime solvebantur quamquam prefate summe duorum milium librarum adiuncte fuissent et quod de summa dicti debiti debuerint eadem anno quolibet C. libre cum eodem domino computetis. Et postquam debitum suum persolvatur memoratam guageriam sibi restitui faciatis. Datum apud Dam in Flandria sabbato ante festum beati Michaelis.

Stor. d. Mon. di Sav. II. App. p. 384.

656. *Petrus de Sabaudia Comes, assignat stipendia debita nobilibus et militibus terrarum suarum, quos secum duxerat in Flandriam.* **1264. Sept. 30. Dam.**

P. Comes Sabaudie Domino Seuthe Castellano de Cletis Salutem. Mandamus vobis quatinus domino Ricardo de Balma aut certo nuntio suo has literas deferenti in proximis octabis beati hillarij quinquaginta libras viennenses de dono nostro soluatis. Datum apud Dam in flandria in crastino Sancti Michaelis.

Sub eadem forma mandatur eidem ut soluat domino Guidoni de Agenens XXX libras Vienn. ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur magistro Arnaldo et domino Symoni de Verters ut soluant domino Ricardo de Sancto Martino XXV libras vienn. ad enndem terminum. Datum ut supra.

Sub hac forma mandatur eisdem nt soluant domino Jordano de Montany XV libras vienn. ad eundem terminum. Datum nt supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut soluant domino Willielmo de Sancto Laurentio XL libras Vienn. ad eundem terminum. Datum nt supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant domino Thome et domino Henrico grasset XX libras vienn. ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant Raimondo de Corberio et socio sno XVI libras Vienn. ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem nt solvant ferret de Cossonay et Guidoni de Morire XIIII libras ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant libistor et Johanni de berna XX libras Viennenses ad eundem terminum. Datnm ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem nt solvant Cononi de fonz VII libras viennenses ad eundem terminum. Datum nt supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant Aymoni de fonz VII libras viennenses ad eundem terminum. Datum nt snpra.

Sub eadem forma mandatur eisdem nt solvant brocardo de fonz VII libras viennenses ad eundem terminum. Datum nt supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant Johanni de Willayns VII libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem nt solvant Jacobo de Albona et socio suo XX libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant humberto de trelay X libras viennenses ad eundem terminum. Datum nt supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant domino Willielmo de Alingio cum uno milite et uno scutifero XXV libras vienn. ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant domino Willielmo de Rovorea XV libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant Johanni de Rovorea centum Solidos ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant Willielmo de Langins et socio suo XXV libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant Johanni de Cernens VII libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant domino Willielmo de Greysiaco XXX libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant domino Petro de Compeis X libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant domino Gerardo de Compeis X libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant domino Petro de fernay X libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant Gerardo de Arbiez Centum solidos viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant Aymerico de Sancto Jorio X libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant Willielmo de Cornillini X libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant Willielmo de Arlo X libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant domino Guichardo de ponte vitreo et socio suo XV libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Sub eadem forma mandatur eisdem ut solvant Johanni de Mentons et socio suo XV libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Salutem. Mandamus vobis quatenus precipiatis Castellanis et ballivis nostris quod si inter homines nostros et homines dilecti consanguinei nostri henrici de gebennis dissensionem oriri contingat, et homines nostri sibi dicaut iniuriari premissi ballivi nostri eisdem inhibeant ne statim ad vindictam prorumpant nisi dictus henricus illatam iniuriam requisitus super hoc negligeret emendare.

Castellano de bergoyn mandatur ut uxori quondam domini de bellovidere illam helemosynam quam aput bergoyu percipiebat antequam Comes haberet dominium dicti loci solvat prout iustum fuerit.

Sub eadem forma mandatur domino Guffredo de Amesino ballivo in Sabaudia ut solvat domino Guiffredo de tornone pro se et sociis suis viginti quinque libras viennenses ad terminum sancti hillarii. Datum ut supra.

Item eidem sub eadem forma ut solvat domino humberto de Conflens XV libras viennenses ad eundem terminum.

Item eidem sub eadem forma ut solvat Johanni de Cinins VII libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Item eidem sub eadem forma ut solvat domino Petro de aqua blanca XXX libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Item, eidem sub eadem forma ut soluat domino Petro bonet X libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Item, eidem sub eadem forma nt soluat domino Theobaldo de Cor. X libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Item eidem sub eadem forma ut solvat Gintero bonet VII libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Item eidem sub eadem forma ut solvat. Jacobo de Vilario Aymonis VII libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Item eidem sub eadem forma ut solvat Ricardo de Montelons VII libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Item eidem sub eadem forma ut solvat Antelmo de Myolans XX libras viennenses ad eundem terminum. Datum ut supra.

Item eidem per literas Patentes ut proximis occasionibus *ephifanie* domini solvat domino Guiffredo de tornon sexaginta decem libras turonenses vel valorem ad viennenses pro quibusdam armaturis et balistis emptis ab eodem et pro emenda unius palafridi.

Item Guiffredo de Miolens ad eundem terminum XX libras.
Item Radulfo de intermontibus XX libras.
Item humberto de Seyssel XX libras.
Item Guidoni de Castellione XX libras.
Item Guidoni de Crolia XX libras.
Item humberto de Monbel XV libras.
Item domino Amedeo de Russ X libras.
Item domino Guiffredo de fonte X libras.
Item Guidoni bonardo et socio X libras.
Item Gerardo de bechireisin Centum Solidos.
Item Stephano Johanni Rufo et Johanni de Rubeo monte cuilibet eorum C. Solidos.
Item domino hugoni de Rossilione X libras.
Item Johanni de Rossillione C. Solidos.
Item Gerardo de Rossilione C. Solidos.
Item Aymoni de haya X libras.
Item Willielmo de Porta VII libras.
Item Guillielmo de bresseu et Guigoni de Lustry cuilibet eorum C. Solidos.
Item Petro et Roberto Carra cuilibet eorum C. Solidos.
Item Willielmo pani C. Solidos.
Item Garello de Sancto Jorio C. Solidos.
Item Anardo de Claro monte XXX libras.
Item Ponzeto de Miribel XV libras.
Reg... Bernig... et fromondo cum suis balisteriis XXX libras.
Guillielmo de Rossillione C. libras.*)
Guidoni de valle gernosa C. Solidos.
Henrico de Camberiaco C. Solidos.
Domino henrico filio maioris Lausanne XV libras.
Johanni de Genos C. Solidos.

Autenticum in Archivis cameralibus Taurini: Ex apographo.

657. *Testamentum Petri Comitis Sabaudiæ.*
1264. Mense Septembris. Sine loco.

Eligit Sepulturam, moriendo citra Mare, in Abbatia S. Mauricii Agaunensi: si vero decederet in Anglia, vult sepeliri

*) **Sine dubio lapsus calami: legatur potius: C. Solidos.**

in Ecclesia Londinensi, non accuratius designata. Instituit heredem, filiam suam Beatricem, uxorem Guigonis Dalphini in pura legitima sua, quæ assignat in bona sua Comitatus seu honoris Richemundiæ: heredem vero usufructuariam in dicto Comitatu, instituit neptem suam Alienoram Angliæ Reginam; nec non in honore Aquilæ, in Castro de Pevenessei et in omnibus aliis possessionibus suis in Anglia. Et casu præmorientis sibi ipsi Alienoræ reginæ, et quando quidem habeat filios, vult ipse quod, tam totus Comitatus Sabaudiæ, quam omnia quæ legat dictæ reginæ devolvant, sine detractione, Philippo Electo Lugdun. fratri suo, casu, quod sit inter vivos, tempore decessus sui: illo vero præmoriendo sibi, substituitur illi primogenitus filius quondam Thomæ de Sabaudia alterius fratris sui, vel major natu aliorum filiorum dicti Thomæ, tunc superstitum. Legat Agneti, conjugi suæ, locos de Fisterna, Alingio, Versoya et Commugnie et quidquid possidet iuxta Albonam, ad dies vitæ dictæ Agnetis. Legat Abbatiæ Agaunensi CC. Lib. Vienn. pro duobus anniversariis, etc. Ecclesiæ S. Mariæ Augustensis C. Lib. Vienn. pro anima fratris sui Thomæ in illa tumulati et pro anniversario illius ibidem celebrando: Hospitali Montis Jovis legat domum suam Londini. Sequuntur plura legata ad pias causas. Cuique militum, qui extiterit tempore mortis suæ in servitio domus suæ, legat C. Lib. et aliis nobilibus L. lib. Vienn. non nobilibus vero cuique XL libras, Clericis L. lib. Vienn. Et generaliter omnibus sequacibus suis, ad arbitrium Executorum testamenti sui, quos designat in personis Philippi Electi Lugdun. fratris sui, Soffredi de Amaysino, et aliorum quorundam. In dorso testamenti legitur: Nos Petrus Comes Sabaud. hanc nostram vltimam uoluntatem per manum Villi de Aug. capellani nostri subscribi fecimus et sigillari, ac propria manu signauimus +.

Testes, signantes per monogrammata sua, et qui subscripserunt per manum Will. de Augusta, capellani Comitis, qui solus manu propria subscripsit: Humbertus de Monteferrato, Girardus de Grancione prepositus S. Thomæ de fornerio lugdun. Camillus falasterius miles. Amadeus de Boczesello, petrus de amaysino. Johannes de gllr (?). Ebalus de Montibus, petrus capellanus. Will. de Augusta capellanus propria manu subscripsi.

Appendet Sigillum Petri Comitis, cum leone erecto, armato, dextrorsum verso et gradiente pede lævo, stante in dextero. Monogramma Petri: +

Testam. Princ. Sab. Fasc. I. N°. 12.

658. **1264. Mense Septembris. Lausannæ.**

Johannes, Episcopus Lausannensis mandat Castellano et burgensibus Yverduni, ut celebrentur annuatim Nundinæ in die S. Michaelis et per duos dies subsequentes in dicto oppido Yverduni. Act. Lausanne, Mense Sept. A. D. MCCLXIV°.

Invent. feudor. Waudens. Tom II. pag. 96. N°. 2.

Litteræ, sine dato, scriptæ a Petro, Comite Sabaudiæ e castris exercitûs Reginæ Angliæ in oris flandricis, a Mense Julii usque ad Mensem Octobris anni 1264.

659. De homagio Domini de Beaujeu. **(Mense Junio vel Julio.)**

P. Sabaudie Comes. Magistro Arnaldo salutem sciatis nos de consilio dom. electi Lugduni fratris nostri homagium domini belli ioci recepisse sub eadem forma sub qua nostri predecessores a suis illud hactenus receperunt. Postmodum petentibus nobis ut suum homagium declararet *(deletum)* incertum esse nisi quod gentes sue sibi dicebant quod debet esse homo noster salvis Rege Francorum et ecclesia Lugduni. Nobis autem *(lacuna)*... cione est quod cunctis diebus *(lacuna)* audivimus quod dominus belli ioci est homo ligius Comitis Sabaudie ultra Sagonam versus Sabaudiam. Cum igitur timendum sit ne si processu temporis copia probacionis nobis deficeret dicta fidelitas deperiret. Presertim cum pauci sint in terra nostra qui eam alias viderint exiberi et homines sint mortales. Vobis mandamus quatenus dom. Humbertum de Saissello dom. Galterium dom. Rostagnum de Rupecula et dom. Aymonem de Mentone et Humbertum de Monte Meliano super hoc consulatis et inquisito ab eis et ab aliis qui hoc sciunt qualem fidelitatem habuit a patre istius dominus Amedeus quondam comes Sabaudie aut etiam pater noster si inveneritis dictum homagium fore ligium a Sagona ulterius ut est de dicto domino bellioci dictam propinquam aput bellicium assignetis. Ostendentes ibidem qualis debet esse fidelitas memorata. Ceterum requisivit *(lacuna)* dictus dominus ut gageriam terre sue de Berzesio sibi faceremus deliberari offereus se paratum esse solvere pecuniam pro qua est obligatus. inspiciatis literas quas ipse habet super hujusmodi guageria et illas quas nos super eadem *(lac:)* et considerata forma conventionem inde faciatis *(lac:)* conventiones fieri postulabunt. Nescimus enim an dicta guageria tradita fuit talimodo quo debeat teneri donec per se ipsum *(lac:)* quod dictus dominus eam possit redimere quando volet.

Sed super hoc dicte litere plenius vos docent *(lac:)* adiecit dictus dominus quod quamvis *(lac:)* atur quod comes Amedeus mutuaverit patri suo super dictam guageriam duo milia et quingentas libras *(lac:)* nisi duo milia libre eidem patri suo soluta fuerunt sed de residuis D. libris debuit dictus comes ballivam dicte terre ab illis de am.... quod non fecit *(lac:)* ut pro duobus milibus libris guageriam suam sibi restitui faceremus inquiratis igitur predictos et per p... dict l.... qui soluto.... mutui interfuerunt sunt hec veritatem. Et si res ita fuerit sicut dicit dicte quingente libre ab eo minime exigantur et que omnia *(lac:)...* teritis tam celeriter quantum in vobis fuerit expediatis ita quod infra festum beati Petri ad Vincula sint conpleta.

***Cibrario**, Storia della Mon. di Savoja, Append. T. II 353. e convoluto coævo copiarum, adservato in Archivis Cameralibus Taurinensibus.*

660. Circa fidelitates dominorum castri Jurensis.

P. Comes Sabaudie Magistro Arnaldo salutem. Nobilis vir A. dominus de Jure iam pluries nos rogavit ut pecuniam quam sibi debemus ex conventionibus dudum inter nos et ipsum initis faceremus sibi solvi cum ipse sit paratus dictas conventiones observare et cartas inde confectas sigillare hoc salvo dum taxat quod cum sue semper ut dicit intentionis fuerit quod fidelitas quam dicit se exibuisse alioquin Comitisse Cabilonis que nunc est cum aliis exciperetur sed fuit omissum in carta conficienda. Supplicavit nobis ut dictam fidelitatem excipi faceremus. Item rogavit nos dom. Henricus filius ejus quod cum ipse dictas convenciones paratus sit observare et iam literas sicut eis confectas duxerit sigillandas suam sibi solutionem fieri faceremus cuius literas vobis mittimus hiis inclusas. Ad hec cum sicut scitis negotium huiusmodi adsumpserimus ut dicti domini de Jure et filiorum suorum amorem et benivolentiam haberemus talem vellemus idem negotium expeditionem assequi quod eorum nobis bona voluntas et devotio remaneret dum tamen id cum securitate nostra fieri posset. Sane si predicte conventiones tales sint quales eas fore credimus videl. quod de castro do Jure possumus facere guerram et placitum contra omnes preter quam Comitem Cabilonis qui nunc est et preter illum qui erit dominus Cabilonis et dominus de Jure sit homo noster preter quosdam dominos quos excepit et filii sui sint homines nostri uterque preter unum

dominum et tam pater quam filii promiserunt se non recognituros castrum de Jure ab aliquo post decessum Comitis Cabilonis nisi nostro consilio mediante. Et homagia sua nobis prestiterint et omnia predicta iuraverint observare. Non multam vim facimus si fidelitas Comitisse Cabilonis cum aliis excipiatur. Quia vero non multum potest obesse ad intentionem nostram. Si quid forte de *Comitatu* Cabilonensi humaniter quod Deus avertat contingeret assequendum unde videtur nobis bonum ut supra premissis loquamini cum priore Lustriaci et aliis qui eisdem conventionibus interfuerunt. Et si nobis et eis videatur faciendum dictum negotium expediatis prout melius poteritis. Et receptis fidelitatibus dictorum domini de Jure et filiorum suorum si eas nondum nobis prestiterunt emendatis cartis vestris prout expedierit et dicta fidelitate excepta negotium huiusmodi consumetis et solutiones eorum eis haberi faciatis.

Mon. di Sav. II. App. p. 355.

661. Mandatum Petri Comitis, ut fiat justitia Aymoni de Rovorea.

P. Comes Sabaudie Magistro Harnaldo salutem. Aymonem de Rovorea adhuc de iure suo sibi non reddito conquerentem ad vos duximus remittendum rogantes dilectionem vestram quatinus hac vice de ipso vos taliter expediatis quod nulla sibi de iure remaneat materia questionis idque sit omnibus manifestum. Inquirendo scil. diligenter tam de iure suo quam de nostro et quod suum est sibi restituendo et quod nostrum est duntaxat retinendo. Et si vobis constiterit quod dominus Fulcigniaci dicto Aymoni in aliquibus iniuriatus fuerit illud sicut iustum fuerit amendetis taliter in hac parte vos habentes quod dictus Aymo iuste de nobis conqueri non possit et quod nos de ipso nec peccatum nec iniuriam habeamus quod si nobis inde peccatum remaneat illud non nostre sed vestre anime imponatur. *Mon. di Sav. II. App. p. 361.*

662. Assignationes pecuniariæ Petri Comitis, e castris Flandricis perscriptæ.

Domino Soffredo, ut soluat septuaginta sex solidos viennenses pro quibusdam arnesiis una balistra una lorica guillielmo de Rupella, et quod reciperet quadraginta solidos viennenses de bertrando filio Petri Silvestri de Montmeliant. Dominus Williermus Falastri recepit de Guilliermo dc dorchia........?

Ex apographo Ms. in Arch. Camerali.

663. *Intentiones secretæ Petri Comitis Sabaudiæ in civitatem Gebennæ.*

Super hiis que petuntur a nobis ita intendimus procedere. Quia super hiis que petuntur a nobis dominus Episcopus Gebennensis videlicet super cursu aque. Item super translatione mercati gebennensis. Item super iniuria quam faciunt nobis de *(lacuna)*. Item super commenda civium Gebennensium si tamen dicti homines uolunt uobis sigillare convenciones nobiscum habitas vel velint petere a nobis quod quictemus et liberemus eos a predictis conventionibus et ipsi uos volumus sustinere per totum tempus vite uostre volentes et intelligentes quod tam nobis et successoribus uostris quam Ecclesie Gebennensi sit salvum ius suum iu omnibus et hoc intelligimus si conferantur nobis mille libre Gebennenses. Volumus tamen et intelligimus quod dimitatur nobis possessio vel quasi iusticie et iurisdicionis in qua fuerunt Comites Gebennenses qui fuerunt ante nos prout super hoc poterit veritas inveniri. Item quod possessio vel quasi iuris dominii quod dominus *Fluciniaci* habebat in Sales nobis dimittatur secundum quod super hoc veritas poterit inveniri. Item secundum quod ab Ecclesia Gebennensi habemus in pignore intelligimus quod debemus in pace tenere.

Stor. della Mon. di Sav. II. Append. N⁰. XI. p. 365. Monum. hist. pat. Chart. I. col. 1470.

664. *Fidejussio Petri Comitis Sabaudiæ in favorem Reginæ Angliæ et filii ejus primogeniti pro 2500 Marchis argenti.* **1264. Octobris 9. Sine loco.**

Nos P. Comes Sabaudie notum facimus universis quod cum ill. et Karissima domiua A. Dei Gratia Regina Angliæ receperit mutuo, duo mille et quiugentas marchas argenti a Thoma mort de Sey et Rodaico Petri tradentibus nomine ill. viri dom. Henrici nati quondam ill. Regis Castillie prout in ipsius Regine literis super hoc confectis plenius coutinetur nos promittimus dicto dom. Henrico bona fide et per stipulacionem uos facturos et curaturos quod vir ill. dom. Odduardus natus dicte Regine postquam a captione qua detinetur fuerit liberatus ratificabit et acceptabit mutuum supradictum et super eo se principalem obligabit. Et de ipso solveudo sufficienter cavebit. Hoc autem promittimus nos facturos et curaturos post liberatiouem supradictam postquam per tres menses ante a dicto domino Henrico vel eius certo mandato super hoc fuerimus

requisiti. In cuius rei etc. Datum in festo b. Dionisij, anno Dom. millesimo ducentesimo sexagesimo quarto.

Cibrario, Stor. di Sav. II. Append. p. 365. Ex archiv. Camer. Taurin. Fasc. «Certorum mandatorum Petri Com.»

665. Testamenti Bonifacii Archiepiscopi Cantuariensis Epitome. **1264. Octobris 11. Sine loco.**

Anno gratiæ M. CC. LXIV. die Sabbathi proxima post festum b. Dionysii E littera Dominicali currente, V Idus Oct. Bonifacius Archiepiscopus Cantuariensis considerans etc. mente sanus et in bona corporis valetudine, etc. Corpus meum si in Anglia vel supra mare Anglicanum viam me carnis ingredi contigerit universe, infra Ecclesiam Christi Cantuar.... volo .... tumulari: Si vero ultra mare, citra Pontiniacum decedere me contigerit, in eodem loco scil. Pontiniacum meam eligo sepulturam: si autem ultra Pontiniacum citra Montem Cinisium humaniter mihi contigerit, apud Altam Combam corpus meum volo sepeliri: si vero ultra montem predictum diem supremum claudere me coutingat, apud S. Michaelem de Clusa meam eligo sepulturam. Sequuntur legata: sedantur imprimis omnes clamores secundum Deum et justitiam. Legantur Ecclesiæ Christi Cantuariensi pro duobus anniversariis suis D. marcas: Ecclesiæ S. Georgii Cantuar. C. marcas, pro duobus auniversariis: Ecclesiæ S. Sepulchri, hospitalibus de Herbaldono, de Norgare, cuique XXX, hospitali Presbyterorum et de Esbrige, cuique XV marcas, omnibus his, pro celebrandis anniversariis suis. Hospitalibus S. Jacobi et S. Laurentii, V marcas cuique: Fratribus Minoribus Cantuar. XL marcas. Ecclesiæ S. Martini Dovoriæ C. marcas, hospitali S. Mariæ Dovoriæ, et Ecclesiis S. Radegondis et Langedonensis, XL marcas cuique, Abbatiæ de Fauresani XL, Prioratui de Ledes XXX, illi de Lacoubuelle XX marcas, Monialibus Descapiæ XXX marcas, ubicunque pro anniversariis sibi celebrandis. Hospitali a seipso construere coepto apud Madestone, legat D. marcas: quatuor aliis coenobiis fratrum Minorum, tribusque Prædicatorum, partim quinque, partim XV marcas; pauperibus Scholaribus Oxoniæ XX marcas. Neptibus suis, Margarithæ Reginæ Franciæ, CC, Alianoræ Reginæ Angliæ, LX, Libras Turon. pro jocalibus. Domibus, Cisterciensi principali de Pontiniaco, et Carthusiæ principali, cum institutione anniversariorum sibi celebrandorum, XXX et C. marcas, et C. lib. Vienn. Præterea omnibus aliis Abbatibus ordinis Cisterciensis X marcas, et Prioribus Carthusiæ XX lib.

Vienn. Conventui Cluniacensi L, Ecclesiæ de Bosselec XV, illæ S. Michaelis de Clusa CL marcas, cum institutione anniversariorum, in S. Michaele, pro semetipsius, pro patris sui et pro H. fratris sui, animis. Sex aliis ecclesiis, partim C, partim L lib. Vienn. Ad fabricam pontis de Petra Castelli, XX lib. fortes. Leprosis de Inter Saxis, XX, hospitalibus Villæ novæ in Chablasio et Montiscenisii, cuique XL lib. Vienn. cum institutione anniversariorum. Capitulo Bellicensi, terram suam de Bamnici, a Josselino de Grolea emtam. Ecclesiis Altecumbæ et S. Sulpitii, C. libr. fortium: fratribus Minoribus Camberiaci, Ecclesiæ S. Mauritii Vienn. et Monialibus de Malinges: Pauperibus Maneriorum suorum in Anglia jubet distribuere M. marcas: Et cet. Dat. Regi Angliæ, pro jocalibus C. marcas: Sorori suæ, Comitissæ Provinciæ, CC Lib. Viennenses, et totidem Sorori suæ alteræ Comitissæ de Quiborc. Dil. fratri suo Dom. P. Comiti Sabaudiæ, legat CC libras vienn. pro jocalibus, rogans ipsum, ut juvet Executores in executione huius ultimæ voluntatis, cum ab ipsis fuerit requisitus. Castra sua, de Rossillon, Tournon, Ugine, et de Castellario in Bogiis, cum omnibus illorum pertinentiis legat fratri suo Philippo Electo Lugdun. conditione solvendarum M. lib. Vienn. executoribus testamenti, pro solutione legatorum factorum, infra duos menses post decessum testatoris: Philippo vero has M. libr. Vienn. infra dictum terminum solvere nolente, statuit testamentum, quod dictam terram habeat frater testatoris, P. Comes Sabaudiæ, vel hæres ipsius masculus, ex corpore suo procreatus, succedens sibi in Comitatu Sabaudiæ. Si autem, predictus Petrus vel hæres ejus solvere nollet prædictas M. libras, devolvat terra ad filios fratris testatoris, Thomæ Comitis; et his etiam solutionem predictæ summæ abnuentibus, teneat Margaretha Regina Franciæ, neptis testatoris, istam terram tamdiu in manu sua, quousque executores perceperint e redditibus ejus dictas M. libras Vienn. quibus perceptis, tradatur terra filiis Thomæ Comitis, fratris testatoris. Si vero Philippus solveret dictas M. Lib. habeat illa castra, et ipso decedente, devolvant ad Petrum, et eo decedente ad filium et successorem ejus in Comitatu Sabaudiæ, et his non existentibus, ad filios Thomæ Comitis. Sequuntur aliquot dispositiones minoris momenti. Executores instituit Magistros, Stephanum Archidiaconum Cantuar. H. de Mortuo Mari, P. de Ausona, Offic. Cant. P. de Sableria, P. de Mota, P. de Camberiaco, et Dom. P. de Greysiaco. Abrogat finaliter alia testamenta, quæ

fecerat prioribus temporibus. „Anno et die suprà scriptis in presencia Magistri Stephani archidiaconi Cantuariensis magistri P. de Ausona officiarii Cantuar. Magistri Poncii Sableyre. Magistri hugonis de Mota. Magistri Will. de Altavilla Magistri Gaufridi dicti Chanteelerc. domini Johannis de S^{ce} Cruce iuxta Mortens Mell. capellani Magistri Johannis Delfort. Dom. Stephani de Chaponnay. parsone de frinchendenn. et Guirardi clerici. parsone de Menthone qui ad hoc specialiter a me vocati fuerunt et rogati."

Invent. Testam. Princ. Sabaud. Fasc. I. N⁰. 13. Guichen. Prob. pag. 59. mutila.

666. **1264. Inter menses. Majum et Novembrem. Rege Angliæ captivo.**

Gilbertus de Clare, Comes Gloucestriæ et Hertfordiæ, habet custodiam castrorum, terrarum et tenementorum Petri de Sabaudia per totam Angliam.

Pat. 48 anni Hen. III. m. 8. è fragmento mspto.

Omnia hæreditas Petri de Sabaudia in Anglia commissa Gilberto de Clare, Comiti Gloucestriæ et Hertford. anno XLVIII Hen. III.

Calendar. rotulorum patent. in actis publ. turris Lond. p. 35ª.

666. a. **1264. Inter Majum et Novembrem. Rege Angliæ captivo.**

Johannes de Abernun et Johannes de Wanton habent custodium castri de Lewes et terrarum tenementorumque Johannis de Warenna, Willielmi de Valentia et Petri de Sabaudia.

Pat. 48. anni Henr. III. m. 11. è fragmento mspto.

Omnia castra et hæreditas Petri de Sabaudia commissa sparsim. Anno XLVIII. Henr. III.

Calend. rotul. patent. ex Arch. turr. Lond. pag. 35ᵇ.

667. **1264. Novembris 4. Forcalquerii.**

Carolus, Comes Provinciæ vindicat per litteras suas a Thoma, Marchione Salutiarum, Buscam et Vallem Sturanam, quas juris esse Provinciæ asserit, et alia, sibi de juribus Beatricis, conjugis, contingere dicens, postulat: et neganti cedere Marchioni, Marchionem Montisferrati arbitrum contentionum illarum proponit. Act. apud Forcalquerium, die quarto mensis Novembris, Anno Dom. MCCLXIV°.

Pingonii Chron. fol. 384.

668. Litteræ Henrici Regis ad Petrum Comitem Sabaudiæ, de juribus Regis in partibus transmarinis non alienandis.
1264. Novembris 18. Windesora.

Rex Petro Comiti de Sabaudia salutem. Cum prudentem virum, Mag. Eadwardum de la Cnol, decanum Well. latorem præsentium, ad dom. Regem et Reginam Franciæ, nec non ad Reginam consortem nostram tangentibus, sibi et vobis exponendis destinemus. ac nobis nuper innotuerit quod quidam, venditionem seu alienationem iurium et feodalium nostrorum et Eadwardi primogeniti nostri in partibus illis ad nostram et heredum nostrorum exheredationem facere proponunt his diebus, contra assensum et voluntatem nostram, quod nullatenus velle deberetis: Vobis mandamus in fide et dilectione quibus nobis tenemini, quod super venditionibus et alienationibus huiusmodi nichil attemptari vel fieri permittatis. Speramus enim firmiter quod negotia nostra et Eadwardi filii nostri ad honorem Dei et nostrum procedent ita quod bonam et firmam pacem in proximo habebimus in regno nostro DEO dante. Super hiis autem, et aliis, quæ dictus decanus vobis ex parte nostra dixerit, fidem adhibeatis eidem. Teste Rege apud Windesoram, XVIII die Novembris, regni nostri XLIX. (Rege captivo.)

Rymer I. II. 92a. Foedera I. 448.

669. **1264. Novembris 27. Kyburg.**

V Kalend. Decembris. O. Hartmannus Senior Comes de Kyburg.

Necrolog. Wettingense, ap. Herrgot.

670. Epilome testimoniorum depositorum de homagiis Dominorum Belli joci, Sabaudiæ Comitibus præstitis.
1264. Decembris 11. Bellici.

MCCLXIV. Die Jovis post festum b. Nicolai. Johannes de Paciencia, Episcopus Bellicensis, ad instanciam et requisitionem Magistri Arnaudi gerentis vices ill. viri dom. petri comitis Sabaudie, apud bellicum, examinat et iurare facit nouem testes productos a dicto Comite Sabaudie ad probandum quod Dominus belli ioci debet dicto Comiti fidelitatem et homagium ligium. a Sagona flumine citra versus orientem. vocato domino belli ioci cuius intererat vidore huiusmodi tertiam receptionem. pro quo comparuit Hugo de piserz decanus belli ioci generalis. Quos testes iuratos examinavit et examinare fecit dictus Episcopus in secreto, tam per se quam per magistrum

Stephanium de dolures, officialem suum et berlionem de Amaysino, canonicum vienn. petro de mercato notario publico presente et in scriptum redigente.

Dom. Humbertus de Saysello miles dixit, quod dom. Belli ioci tenetur Comiti Sabaudie ad fidelitatem ligiam a Saunna citra, quomodo scit, quod post mortem Thome quondam Comitis Sabaudie patris Amedei quondam Comitis Sabaudie. qui A. ivit per terras dom. belli ioci, pro fidelitatibus et homagiis ab illo recipiendis, et cum fuit versus clermont, venit dom. humbertus belli ioci, et fecit homagium subtus castrum de clarmont in ripa lacus de peladrii.... et quod vidit dictus Humbertus de Saysello, mortuo Humberto belliioci, filium ejus Guichardum venire specialiter ad ecclesiam S. petri de petra castri, et recognovit quod tenebat a Comite Sabaudie sub homagio in feudum quidquid habet a flumine Saunna in citra, et quod fecit homagium manuale. Idem testatar Dom. Gautarinus de Saysello miles. — Dom. Saramandus de cordone testatur idem, adiungens, Dom. humbertum homagium facere voluisse flexis genibus, sed noluisse id Comes, et stando et ipsum stando recepisse.... Petrus de boges confirmat dicta superius, addens, magnam adfuisse multitudinem, et quod audiuit eandem fieri recognitionem a Guichardo patre dicti Humberti belli ioci, ad burgum S. dalmasii, Thome patri tunc Comiti Sabaudie. Petrus de gerbaisio testatur Guichardum belli ioci, filium humberti, qui nunc est dominus apud petra castrum homagium fecisse post aliquot altercationes, et finaliter recognovisse se tenere in feudo quidquid habet citra Saunnam. flectens genua, a comite surgere iussus, stantem fecisse homagium. Idem dom. Berlio de Camburcio testatur. Testantur similimodo, dom. Guichardus de Varei, Girardus cocheti, dom. Jacobus de balma. In scriptum redactum, etc. etc. In capitulo ecclesie bellici. Testibus, domino Soffredo de amaysino, milite, magistro Guillino de Monte verduno, Berlione de Amaysino, Magistro, Stephano de dolures et multis aliis. Ego petrus de mercato notarius domini Comitis Sabaudie scripsi.

Arch. Camer. Volumen inscriptum: Titres et contracts entre les Princes de la Maison de Savoie etc. de 1264 a 1314. F. 87 verso.

671. *Coustumier du Pays de Vuaud dit le Coustumier de Mouldon. Chappitre neufuieme, d'Assister pour Statuer et ordonner a la maintenance de Saincte et bonne vie aussi pour bonnes moeurs et vtillite publique.*

Ad annum 1264 spectans.

Article premier.

Suiuant ce que par bonne coustume Il appartient aux princes de statuer et ordonner a la maintenance de saincte et bonne vie, aussi pour bonnes moeurs et vtillite publique, par Icelle mesme coustume en a este tellement Vsite en observation de tel droict, que en tel faict pour statuer de la mainteuance de bonne vie, et de toute vtillite publique, les Estats estoyoient a Mouldon appelles, et a Iceux ledit Statut pretendu aduant questre publie estoit propose auec remonstrance de son vtillite par lesquels Estats estoit semblablement remonstree l'Incommodite d'Iceluy sy aulcune en estoit, Et laquelle Incommodite estoit rapportee au Conseil du Seigneur et par Iceluy son conseil en estoit Juge, et selon son Jugement (Entant quil ne fust contre les louables Coustumes et franchises du dict pays) procede et obserue, Car estant contre Icelles franchises et coustumes nacquiessant les Estats aux statuts pretendus telle ordonnance ne deuoir auoir lieu, quil nen fust au prealable diffinitiuement Juge aux grands Jours soyent Estats Generaux de Sauoye, desquels lon pouuoit encore appeller a l'Empereur.

Article second.

Et par tel et mesme droict estoit permis aux dicts Estats de disposer et ordonner des choses vtilles et proffitables au publicq, Et de comme sy par eux aucun mesus estoit cogneu ou quelque chose dommageable audict publicq et de faire articles, toutes fois Iceux par vigueur du droict du prince ne pouuoient estre executes ny publies pour estre obserues quils ne fussent accordes par ledict prince on Ballifs, Et au cas de reffus de ce lon en pouuoit appeler aux audiences premises.

Article troisiesme.

Des choses accordees de part a part la publication doibt estre faicte au nom et pour la part dudict prince et consentement du pays.

Article quatriesme.

Aux dicts Estats assistoyoient par Arrest faict auec pierre Conte de Sauoye premier de ce nom et Seigneur de Vuaud par ledict pays en l'an 1264 Ensembles des aultres articles susmis par l'ordre suiuant.

Pour les Ecclesiastiques.

Les Commandeurs de la Chaux et Romainmoustier, les Abbes de Bomont, Aucrest, Lac de Joux et Marsens. — Les Prieurs de payerne, sainct Bernard pour les membres quils y ont, Sainct Oyens de Joux et Oujon.

Pour les Nobles.

Les Contes de Neufchastel, Romont, Gruyeres et l'Euesque de Lausanne. — Les Barons de Cossonaj, La Sarraz, Aulbonne, Mont et Grandcour. — Les Banderets d'Estauex, Coppet, Vuippens, pringins, Ourons, Montricher, fonz, Wfflens, Wllierens, Cugiez, Bauois et Wlliens.

Pour les patriottes.

Les Enuoyes des Villes de Mouldon, Nyon, Yuerdun et Morges, des Mandements de Cudreffin, Ruaz, les Clees, et des Bourgades de payerne, Orbe, Morat, Auenche et Montagny assistans et present le Ballif pour le prince, Esquels la puissance telle que sus est dicte estoit eslargie pour ordonner sus les commodites ou Incommodites du dict pays.

Article cinquiesme.

Si aulcune des Seigneuries des nobles deuenoit en domaine du prince comme sont estes Romont, Cossonnay et aultres lors Iceulx suiuent en degre des patriottes les Eslens d'Iceulx patriottes des dictes Seigneuries de suitte appres les Bonnes villes et sy aulcune des patriottes deuenoit aux mains daulcuns des nobles et estant distraicts de l'Indominure du prince pour Iceux comparoyssoient leurs Seigneurs et suiuent en rang des aultres nobles Jouxte leur qualite.

Article sixiesme.

Sy aulcun pretendoit (pour ordonner de la Coustume ou aultrement) lesdicts Estats estre assembles luy en conuenoit liurer (aux Cindiques de Mouldon) dixhuict sols, lesquels sur

le Jour questoit donne sans reffus par le Ballif de Vuaud en moins de trois semaines les faisoit conuoquer et tous estoyoient tenus assister Assauoir les Seignieurs predicts des Estats ou aulcun pour eulx Illecq enuoyes.

Ex apographo manuscripto et vetusto prælibati codicis jurum Valdensium antiquorum, in Museo ill. domini a Mulinen adservato. Compilatio istius codicis adscribenda est anno dominicæ incarnationis 1562.

672. E Calendario Rotulorum Chartarum, inter acta publica Turris Londinensis. Catalogus locorum Petro de Sabaudia concessorum. Continet hoc Calendarium, rotulum breviariorum concessionum Regum Angliæ, factarum, tam villis et civitatibus, quam ecclesiis et singularibus personis.

Pag. 56. Chartæ anni 24^{i} Regis Henrici III. (1240).
Petrus de Sabaudia. Richemund. Comit. Eborum.
Pag. 57. Chartæ 25i Henrici III. (1241).

Petrus de Sabaudia.

Richemund villa.		Swaffham manerium	Norfolc'
Bonis villa	Ebor'	Costesey manerium	Norfolc'
Cheteriz manerium	Ebor'	Wischet manerium soca....	
Molton manerium	Ebor'	Ketelberg manerium	Suffolc'
Gillinges manerium	Ebor'	Netlested manerium	Suffolc'
Forsett manerium	Ebor'	Wykes subtus Gipwic'	Suffolc'
Geyton soca	Lincoln'	Bassingburne et	Cantabrig.
St. Botulph villa cum soca et nundinis	Lincoln'	Hynton maner'	Cantabrig.
Frampton manerium	Lincoln'	Chestehunt maner'...	Herts'
Wykes manerium	Lincoln'		
Walsingburgh man.	Lincoln'		

P. 58. Chartæ Anni 26i Henrici III. (1242). Petrus de Sabaudia:

Bowes manerium. mercatum feria. Ebor.

Cestrehunt manerium mercatum. feria. Hertford.

P. 58. Chartæ 27 et 28. Henrici III. (1243—1244.) Bernardus de Sabaudia.

Bourinton manerium.

P. 59. Chartæ 28i Henrici III. (1244.) Bernardus de Sabaudia.

Berninton manerium. Sussex.

P. 60. Chartæ 30 Henrici III. (1246). Petrus de Sabaudia, in cedula pendente.

Aquila honor Pevensey castrum	Sussex	Westcote manerium La Dun in marisco de Pevensey, X librat. terræ Wandern, Cs. terr'.	Sutht.
Grenwella terra Ryp villa	Sutht' (Southampton)		

P. 61. Petrus de Sabaudia.

Lecton maner' libera warenna. Sussex. Witele maner'. libera warenna. Sussex.

Petrus de Sabaudia in cedula pendente:

London'. domus Briani de Insula extra civitatem in vico vocato le Straund London'.

P. 63. Chartæ 32^{i} Henrici III. (1248.) Petrus de Sabaudia.

Grenested manerium mercatum et feria. Sussex.

Lecton et Witteley. libera warenna. Sussex.

P. 64. Chartæ 32 Henrici III. (1248.) Petrus de Sabaudia.

Benyton manerium. Foston manerium. Lincoln.

P. 65. eod. anno. (1248.) Petrus de Sabaudia:

Aldeburg manerium in Richemundshire. libera Warenna. Eborum.

P. 66. Chartæ 33^{i} Henrici III, (1249.) Petrus de Sabaudia.

Burn manerium. Sussex.

P. 73. Chartæ 36 Henrici III. (1252) Petrus de Sabaudia.

Haylesham manerium mercatum. Sussex.

Libera warenna in omnibus dominiis suis in Anglia.

Wendour manerium. Bucks'. (Buckinghamshire.)

P. 78. Chartæ 37^{i} Henrici III. (1253.) Petrus de Sabaudia.

Pevenesey a porta castri versus austrum usque ad molendinum Abbatis de Begham ex parte occidentali de Westham et inde etc. etc. libera warenna. Sussex.

P. 80. Bassingburn manerium mercatum feria. Cantabr'.

P. 84. Charta 39 Henrici III. (1255.) Petrus de Sabaudia.

Dunington maner'. mercatum. feria. Binington, manerium mercatum Lincoln.

P. 86. Chartæ 41. Henrici III. (1257.) Petrus de Sabaudia.

Chesterhunt, maner' feria. Herts'. Swafham, mercat. feria Norfolc'.

P. 91. Chartæ 46 Henrici III. (1262.) Petrus de Sabaudia.

Hastinges castrum, honor. et rapa. Sussex.

Turrock, I feod. milit. Essex. Ketelberge maner' Radenhall maner. Norfolc'. Nettelstede mauer' Wysset maner'. Suffolk'. Wike subtus Gippewic man.	Suffolc'

Petrus de Sabaudia.

Richemund castr' etc.	Ebor'.	Swapham maner'	Suffolc'
Boghes castr. villa		Cotesey maner' soca	
Katerige maner'.		Wiset maner' soca	
Multon maner.'		Ketilberge man. soca	
Gillinge maner'.		Nettelsted manerium	
Forsett maner'.	Lincoln.	Wykes man. subtus Gippewik. Suffolc'.	
Gayton soca		Bassingburne maner'	Cantabr'
S. Botulfi villa cum soca et nundinis		Hinton maner'	
Frampton maner'		Cestrehunt maner' Herts'	
Dikes maner'			
Wassingburgh man.			

P. 99. Chartæ 53 Henrici III. (1269) Petrus de Sabaudia. Burne manerium juxta castrum de Pevenseye. Sussex.

673. *Excerpta locorum ad historiam Petri de Sabaudia spectantium, e libro Feodorum tempore Henrici III et Edwardi I, adservato in curia Scaccarii, et nuncupato Testa de Nevill. Acta publicata Turris Londinensis.*

P. 15. In Comit. Nottingham et Derby. Isti vero qui habent breve de habendo scutagio non permittunt quod Inquisitio fiat de feodis militum que teneantur de ipsis..... Petrus de Sabaudia habet scutagium suum bhè (?)

P. 71. Hundredum de S'tford. Tylonia fuit escacta Dni Regis post heo venit Rex et tradidit Petro de Geneweye Dylon pro XL. li. per annum Et dictus Petrus tota vita sua tenuit. Et post decessum dicti Petri Matillidis, vxor sua tenuit pro XL. lib.

P. 222. Com. Sussex. Petrus de Sabaudia tenet honorem de Aquila de dno Rege in capite per ij feoda militum et dimidium. Isti tenent de eodem honore scil. *(nominantur octo tenentes triginta quinque feodorum et dimidii unius feodi.)*

P. 302. Comit. Lincoln. Feoda de honore Richemund. Petrus de *Sabadia* tenet dno feoda militaria et duas partes unius feodi tres partes unius feodi et VII partem unius feodi et XI. partem unius feodi in wapentake de Kyrketon de quibus Hugo de Wygetoft tenet duo feoda in villa de Wyberton et alibi.

P. 312. Wapintake de Kyrkcton. Comes Richemundie habet in eodem wapintake duo feoda militum et II partes unius feodi et III partes unius feodi et VII^{m}. partem unius feodi

et XII^{m}. partem unius feodi que sunt de honore Richemund que Petrus de Sabaudia tenet de dno Rege in capite de domo sua.

P. 324. Com. Lincoln. Wapintake de Lovedon. Oliverius de Albinaco tenet in Bructon feodum unius militis et dimid' de Petro de Sabaudia de honore Richemund et idem P. de dno Rege in capite de veteri feoffagio.

Item Cecilia de Ledenham tenet ibidem (in Ledenham) dimid' feodi militis de veteri feoffagio et de predicto honore de Petro de Sabaudia.

Item Galfridus de Bosco tenet de veteri feoff (Ledenham) dimidium feodi militis de predicto honore de Petro de Sabaudia et ipse de Domino Rege.

Simon de Burgo tenet in Fulebec feodum unius militis de veteri feoffamento de honore Riahemnnd et de P. de Sabaudia et ipse de Rege.

Item hospitale Lincoln et Rog Cosin tenent IIII partem unius feodi militis de Rich' de Sutton et idem de P. de *Sabadia,* et idem P. de dno Rege.

P. 329. Wapentake de Ludhesk, Merdenburg et Grimthorp. Ric' filius Johannis et Alanus filius Walteri tenent in eadem villa medietatem feodi unius militis de Petro de Sabaudia. Et idem Petrus de dno Rege in capite do veteri feoffamento.

Welton. Alanus filius Walteri tenet in eadem villa medietatem feodi unius militis de Lamberto de Mulcton et idem Lambertus de Petro de Sabaudia, ut supra.

Alington. Item Petrus de Sabaudia tenet in eadem villa feodum et dimid' nnius militis de focagio de Gayton.

Wapentake de Candeleshou. Humby. Wills de Weggel tenet in eadem Thorp Wynethorp Candel Gunneby dimidium feodi unius militis de domina Beatrice de Mumby et ipsa de P. de Sabaudia et idem P. de domino Rege in capite.

P. 330. Burg. Prior de Bnllington et tenentes sui tenent in eadem VIII partem feodi unius militis de domina Beatrice de Mumby et ipsa de Petro de Sâbaudia, et idem Petrus de domino Rege in capite.

Item Rogerius de Cressi tenet in eadem et Galfridus de Burgo et Johannes filius Alani tenent in eadem villa VIII. partem feodi unius militis de predicta Beatrice et ipsa de Petro de Sabaudia et ipse de dno Rege ut supra.

674. *Elenchus possessionum et feodorum Petri de Sabaudia in Anglia. E Calendario Inquisitionum post mortem. Inter Acta publica Turris Londinensis.*

P. 9. Anno XXXVI° regni Henrici III. (1252.)

N°. 14. Petrus de Sabaudia. Richemond honor, de libertat. Ebor'. (Comit.)

P. 40. Anno LI° regni Henrici III. (1267.)

12 Dom. Petrus de Sabaudia: De terris suis in Homwude. Sussex.

P. 75. Anno X regni Edwardi I. (1282).

28. Petrus de Sabaudia.
Extenta terrarum et feodorum pertinentium ad honorem de Richemund Com.

LINCOLN in Hoyland.
C. CANTABRIGIE.

Oxcrofte	Berkelawe
Burgh	Linton' Magna
Dullingham	Linton Parva
Stenethworth	Pampesworth
Badlingham	Wimpole
Landewade	Makelton
Fordham	Westwike
Wikes	Hokyton
Iselham	Haselingfeld
Saham	Siequy
Burwell	Papworth
Wilburham	Parva
Saham bulbek	Staunton Longa
Saham prior	Tofte
Fulmere	Brune
Hinton	Caldecote
Tiversham	Eversdon
Dokesworth	Hatley
Badburham	Wendeye
Abyton Parva	Waddon
Witham	Basingburne
Horsethe	Badburham
Nostrefeld	sect' cur'.

HERTS'
Chesterhunt manerium extenta cum feodo militari.

LINCOLN.
Wassingburne manerium extenta.
Wekes manerium extenta.
Frampton, manerium extenta.

Feoda:

Gosberkirk	Kirketon
Dodington	Wiverton
Byker	Frampton et
Wyketofte	Skirbek
Sutton	Leke
Algerkirk	Leverton

Donington cum quibusdam escaetis in villa predicta parcella manerii de Frampton.
Boston villa et feria extenta ampla Feoda.

Feoda.

Holbeche	Kirkton
Frampton	Stevening
Skerbeck	Benington
Biker	Wrangleye
Erthby	Tofte
Wigtoft	Gosberkirk
Sutton	Surflete
Algerkerk	Donington

Quadavering
Hiptofte
Sutton

Leverton
Leke.

Alia bona.

Sutton et
Meringe cum
ecclesia
Roleston
Barneby ecclesia
Kineton et ecclesia
Sibthorp et
Skelton
Tert et ecclesia
Ledenham man.
Fulbeck maner.
Braithland
Brocton
Stapelford Parva
Hacche
Gevelston
Colebye
Benington man.
Foston maner'.
Hickham
Stoke
Wisteby
Herierby
Billingburgh
Horbling
Stolbeche
Skirbeck
Frampton
Welton juxta Luderne
Gayton
Welton
Halvingham
Skidbroke

Catchy
Swinhope
Grovesby
Fouleston
Lee
Gateburton
Hexham
Winlingham
Stowe
Spridlington
Helmeswell
Mumby, soca, III feoda
Killingholme
Reggesby
Radinge
Swalue
Alesby
Geyton soca
Kirington
Spridlington ecclesia
Winthorpe ecclesia
Bolington ecclesia
Grimesby ecclesia
Swalue eccles.
Fulston eccles.
Alingham eccl.
Yrdebury eccl.
Germethorp ecclesia
Swafham, man. extent'.

NORFOLC'.

Feoda.

Hetherset
Himingham
Wramplingham
Saxthorp
Fykeham
Foxley
Cley
Junde
Westford
Merfeld
Citesterne
Linge
Fincham
Nerford
Melham
Swafham
Harnestoft
Kipton
Redhale
Thurnemuch
Hikelinge

Redenhall
Audebergh
Sterston
Herlm
Dalinge
Brimingham
Batheley
Sharnton
Hakelinge man.
Rubham
Wisingset
Sidesterne man.
Westfeld
Suffeld
Middelherlinge
Reddlemarsh
Atteltrigge
Costesey man.
Hadeston
Taseburne.

EBORACVM.

Feoda que debent sectam curie.

Gilling, maner' extent'
Forseth, maner. extent'
Multon maner. extent'
Bowes castrum
Butrome maner.
Alkergarth manerium cum nova foresta
Altheburg man.
Gardina in Castro Richemund'

Katoris maner'
Boulton redditus
Anderby viscont
Rokewike
Sutton Rugmode
Sinderby
Warianby
Kertlington
Werdene
Berdeford
Neuton morel
Wandesleghe

Beinbrigg man. cum nonnullis vaccariis pertinentibus

Henhame
Moulton
Hoton
Holtby
Enderby
Jaford
Couton Magna
Brompton
Hotonhangre
South Couton
North Couton
Bregenhall
Kirkeby
Ravenswath
Westwotton
Midelham
Thornton Steward
Tanfeld
Ergone
Colbron
Manefeld
Aske Marige
Burton Constable
Hatford
Estlaton
Gillinge
Kilverdbye
Asketon
Appelby
Feucotes
Enderby
Storneton
Bedale
Malhame
Tonstall
Stapleton
Westwitton
Welle
Crathall
Thoraldby
Middlehame
Snape
Carleton
Coverdale
Hacheford
Hapelton
Burton
Bischopfdale
Badewell
Crofte
Bedale
Akeskoth
Burrel
Frithby Helath
Swaledale
Colborne
Ainderby
Apelby
Wandesley
Coverhame
Berden
Daneby
Thornton Stiwarde
Tunstall
Flecham
Tanefeld
Manfeld
Sutton Hongrave
Ravenswaith
Cotherton
Ergune
Skargell
Brigenhall
Aske Merike
Couton
Berford
Manefeld
Middelton
Kneton
Multon
Gillinge
Hocton Parva
Daneby cum Mountsorel
Egeston
Ainderby viscount'
Sinderby
Stapleton
Tonstalle
Rakewike
Hotonhangre.

NOTTINGHAM.

Feoda.

Rolestone
Cotington
Barneby
Colingham
Kinneton
Sireston
Sibethorp
Tireswell
Ketilthorp
Winelingham
Sutton.

LINCOLN.

Feoda.

Riggesby
Wilton juxta Ludam
Kadney
Kelseye
Kerminton
Aylesby
Kymingsholme
Geitburton
Lee
Fulbeck
Hepham
Hockham
Fulston
Swalve
Cateby
Grimsby
Swinhopp
Spridlinton
Helmeswell
Westlee
Herietsby
Brocton
Coleby.

675. E Calendario Rotulorum Patentum, inter acta publicata Turris Londinensis.

Loca Patentium et Litteræ patentes, ad Petrum aliosque viros stirpis de Sabaudia spectantes.

P. 19. Patentes de Anno XXV° Regis Henr. Tertii (1241).

N⁰. 5. Quod Petrus de Sabaudia Avunculus Regis possit retinere pro servitio Regis Comitem Cab*inonensis* et Willum de Vienna et alios extraneos apud Merlebergh. XXIII⁰ Junii.

P. 20. Patentes de Anno XXVI⁰ Regis Henrici Tertii. (1242.)

12. Bernardus de Sabaudia, Custos Castri et Foreste de Windsor.

P. 21. Pat. de Anno XXX⁰ Regis Henrici Tertii. (1246.)

8. Rex concessit Amadeo Com' Sabaudie et Marchioni in Italia pro homagio suo ac al' mille libras annuas e Scaccario London' apud Westmonasterium XVI⁰ Januarii.

P. 22. Pat. de Anno XXXI⁰ Regis Henrici Tertii. (1247.)

7. Rex concessit Petro de Sabaudia in feodo feodum dimidium militare in Ledenham et Fulbeck ac advocationem Ecclesiæ de Fulbek nec non forestam de Wensledale quæ nuper fuit Ranulphi fil. Rob ut spectan' honori dicti Petri de Richmond.

P. 22. Pat. de Anno XXXII⁰ Regis Henrici Tertii. (1248.)

9. Rex concessit Tho' de Sabaudia Com' mille marcas per annum ac al'.

Pro A. Comite Sabaudia avunculo Regis.

10. Johanna quondam Comitissa Flandriæ ac uxor Tho' de Sabaudia de assensu Margaretæ Dominæ de Domper hæred' ipsius Joh' concessit dicto Thomæ pro vita sex mille libras artesienses.

P. 22. Pat. de Anno XXXIII⁰ Regis Henrici Tertii. (1249.)

2. Rex concessit Petro de Sabaudia castrum et honorem de Hastinges.

P. 25. Pat. de Anno XXXVII Regis Henrici Tertii. (1253.)

2. Quod Petrus de Sabaudia possit dare assignare vel legare custodiam hæredis et terrarum suarum usque ad legitimam ætatem dicti hæredis sui.

9. Rex promittit se dare Thomæ Com' Sabaudiæ quingentas libratas terræ per annum.

12. Rex dat Petro de Sabaudia quinque mille marcas ut una iret cum Rege ad terram Sanctam, apud Westm' XVIII⁰ Aprilis ac ejusdem Petri juramentum. Postea decem millia marcarum A.?

P. 28. Patent. de Anno XL⁰ Regis Henrici Tertii. (1256.)

Sine numero: De inquirendo si judicia de latronibus captis infra maner. de Wrangle pertinent Comitissæ Lincoln' ut Dominæ ejusdem an ad Petrum de Sabaudia ut infra feodum suum.

P. 28. Pat. de Anno XLI° Regis Henrici Tertii. (1257.)

4. Pro Bonifacio Archiepiscopo Avunculo Regis de manerio de Eltham in Rapa de Hastinges in Comitatu Sussex.

9. Regina et P. de Sabaudia dederunt Regi sex mille marcas pro custodia terrarum Roberti de Ferrar' filii et hæredis Willi de Ferrar Comitis Derby usque ad ejus legitimam ætatem, apud Westm' XV Maji.

13. Rogerus de Mullent nepos R^s. Episcopus Coventrensis et Lichf. electus, et B. Cantuariensis Archiepiscopus cui Rex dedit assensum suum ap. Merton XVII° Februarii.

Rex dedit P. de Sabaudia fratri Thom' Comitis de Sabandia Avunculi Regis, (qui seditione captus fuit apud *Taurum*) qnater mille marcas apud Westm' V°. Februarii.

P. 31. Pat. de Anno XLIII° Regis Henrici Tertii. (1259.)

11. Simon de Monteforti Comes Leicestriæ, Ricardus de Clare Comes Gloncestr' et Hertford P. de Sabaudia J. Mannsell Thesaurar' Ebor' Jo de Baillol et Rob' Wallerand Nuntii Regis ad tractandum cum Rege Franciæ de negotiis Regis ap. Windsor X° Marcij. — Aliæ Litteræ Regis cum hac adjectione nt eos vel eorum aliquos admittat tractand' etc. — Item in prima forma scribitur eidem Regi de alijs nominatis sine Johe de Baillol. Item in eadem forma scribitur eidem Regi de P. de Sabaudia Jo Maunsell et Rob. Walerand. Item in eadem forma scribitur eidem Regi de alijs nominatis sine Comite Leicestriæ et Jo Baillol.

P. 35. Pat. de Anno XLVIII° Regis Henrici Tertii. (1264.)

8. *Omnia* hæredit' Petri de Sabaudia in Anglia commissa Gilberto de Clare Comiti Gloucestriæ et Hertford.

10. Salvus conductus pro B. Cantuar' Archiepiscopo ita quod non deferat infra Regnum quod poterit esse dampnosum sive prejudiciale Regi aut magnatibus vel prælatis Regni apud Sanctum Paulum London' XXV° Julii.

Litteræ Regis missæ B. Archiepiscopo Cantuariensi in Francia degenti exprimentes prærogativam Regis ac leges contra usurpationes et abusus tam Papæ quam totius Cleri ac Regis potestas in Clerum. nt supra. (scil. 25 Jnlii).

20. Omnia castra et hæreditas Petri de Sabaudia in Anglia commissa sparsim.

P. 37. Patent. Anno IL° Regis Henrici Tertii. (1265.)

20. Acta sive edicta facta per Regem et consilium suum concern' reditum B. Cantuar' Archiepiscopi infra Regnum ac inter cætera quod nec ipse seu Clerici cum ipso venientes

nihil in literis nuncijs seu mandatis secum deferant vel quicquam aliud in ipso Regno commorantes per se vel per alios procurent de quo Regi aut aliquibus de Regno dampnum seu prejudicium possit provenire.

P. 38. eod. anno. sine N°. Literæ Regis conscriptæ et missæ Regi Franciæ apud Windsor, VXIII Novembris (1264). Literæ Regis missæ Alianoræ consorti suæ Reginæ Angliæ in Francia remanenti de sanitate ipsius et filii ejus primogeniti ac de spe pacis in Regno habendæ ut supra. Literæ ejusdem Regis, missæ Petro Comiti de Sabaudia et Legato Papæ ut supra.

P. 41. Patent. de Anno LI° Regis Henrici III. (1267.)

37. Albertus Dux Bruneswyk consanguineus Regis duxit Alesiam de Monte Ferraco *nepot'* Alienoræ consortis Regis cui Duci Rex dedit annuum feodum.

P. 41. Patent. de Anno LII° Regis Henrici Tertii. (1268.)

3. Pro B. Archiepiscopo Cantuar' proficiscente ad partes transmarinas apud Westmonasterium XX Octobris.

4. Rex concessit Petro de Chaumpnent (Champvent) in feodo maneria de Radbaldeston et Morley, nuper Hugonis de Loges qui obiit sine hærede.

15. Rex concessit filio Thomæ quondam Comitis Sabaudiæ quingentas marcas pro maritagio suo.

P. 44. Patent. de Anno LV° Regis Henrici III. (1271.)

29. Pro Thoma Amadeo et Ludovico de Sabaudia fratribus de honoribus de Aquila et Hastinges per testamentum Petri de Sabaudia.

P. 45. Patent. Claus' etc. de Anno LVII° Regis Henrici Tertii (Oct. et Nov. 1272). XVI° Novembr. Die Mercurii in Festo beati Edwardi Confessoris obijt Dominus Henricus quondam Rex Angliæ sero et mane libravit Johannes de Kirkby sigillum prædicti Domini Regis sub sigillo suo et sigillo P. de Winton' Custodis Garderobæ ejusdem Domini Regis Domino Willo Eborum Archiepiscopo R. *Aquillum* et cæteris conci*li*ariis Regis in præsentia eorundem conci*li*ariorum.

P. 45. Patent. de Anno II° Edwardi Primi (1274).

Rex concessit Philippo nunc Comiti Sabaudiæ in feodo Castrum de Bardolf ac alia maneria et hæredit' in Challey ac ducentas marcas e Scaccario concessa Amadeo Comiti Sabaudiæ per Regem H. III.

P. 58. Patent. de prima parte de Anno XXV° Regis Edwardi Primi. (Nov. 1296. Maii 1297.)

10. De matrimonio inter A. Comitem Sabaudiæ et Johannam Comitissam Gloucestriæ et Hertf' filiam Regis ac de dote ipsius Comitissæ, de decem mille libris per annum apud Shopesse. XVI° Marcij.

P. 202. Patent. Secundæ partis de Anno III° Regis Richardi Secundi (1380).

1. Exemplum cujusdam placiti tempore H. III. inter Petrum de Sabaudia et cives Lincoln' per quod dictus Petrus clamabat quod omnes homines ac tenentes honoris sui de Richemond' essent quieti de theloneo etc. per totum regnum ac nominatim in Lincoln ad quod cives responderunt et in fine concordatum fuit per cives quod dictus Comes ac homines et tenentes sui prædicti in Lincoln essent quieti etc. ad requisicionem civium prædictorum.

P. 250. Prima Patent' de Anno VII° Regis Henrici Quarti (1406).

29. Rex confirmavit hominibus et tenentibus de Wittle certos redditus opera servicia et tallagia super eos imposita per Petrum de Sabaudia dudum dominum honoris de Aquila et eis relaxata per Alienoram quondam uxorem Henrici tertij in anno primo Ed' I.

676. Excerpta e Codice, inter acta publica Archivi Turris Londinensis impresso, et nuncupato: „Rotulorum Originalium in curia Scaccarii Abbreviatio.“

Pag. 12. Anno tricesimo quarto regni Henrici III. Regis.

Hastings et Rye. R. concessit Petro de Sabaudia castrum suum et honorem de Hasting' haben*das* donec de omnibus exitibus ipsius honoris de quibus firmabitur idem castrum faciat illud firmari. Ro. 7.

Rex commisit eidem Petro exitus terrarum que fuerunt Theobaldi le Butiler et Ricardi de Burgo et honoris de Hastings una cum maritagio heredis predicti Theobaldi, ad firmandum inde castra R. de Hastings et de la Rye. Et R. non vult quod idem Petrus teneatur ad aliquem compotum inde reddendum. Ro. 7.

Sussex. Rex commisit Petro de Sabaudia custodiam omnium terrarum que fuerunt D. comitisse Augy et Willi le K'en quamdiu R. placuerit. Ro. 7.

P. 13. De anno XXXVIII° Henrici III. (1254.)

Eborum et Northumbria. Mandatum est Thome de Staunford escaetori R. ultra Trentum quod Agneti que fuit uxor

Willmi de Vescy de maneriis de Meanton et Langeton cum pertinenciis in com. Eborum et de manerio de Tuggehale cum pertin' in com' Northumbr' que ei assign' in dote de terris que fuerunt ejusdem Willmi de Vescy commissa Petro de Sabaudia usque ad legitimam etatem heredum ipsius Willmi exceptis predictis tribus maneriis. R. eciam concessit eidem Petro una cum predictis terris castrum et manerium de Anewyk cum pertinentiis que fuerunt ejusdem Willi usque et cetera. Ro. 4.

Rex commisit Ebuloni de Montibus manerium de Putteneya cum pertin' in com' Summersett' quod fuit Sabine de Urtiaco et quod est in custodia Regis, eo quod eadem Sabina tenuit de R. in capite quod quidem manerium extenditur ad XLVIII li. XVII s. IIII d. per ann. habendum et tenendum eidem Ebuloni usque ad legitimam etatem heredum predicte Sabine. Ro. 8.

P. 5. De anno XXVIII°. Henrici III. (1244.)

Notingham. Eborum. Mandatum est Bern' de Sabaudia quod accepta securitate a Pba de Tywy de X. marc' reddendis in garderobam R. de terris suis que capte erant in manum R. per inquisicionem factam de terris Normannorum in com' Notingham et Eborum seisinam habere faciat. Ro. 5.

Mandatum est J. Extraneo justiciario Cestrie quod terras Johannis de Wanton quas habuit in custodia liberet Stephano de Sabaudia custodienda. Ro. 3.

P. 32. Anno Regis Edwardi filii R. Henrici, VIII°. (1280.)

Sussex. Mandatum est Radulpho de Sandwico quod capiat in manum R. castrum de Arundell et boscum nostrum ibidem ac etiam manerium nostrum de Stok' Curcy cum pertin' et ea salva custodiatis donec etc. Et volentes quod satisfec' Armisio de Sabaudia de eo quod ad ipsum pertinuit in eisdem etc. Ro. 1.

677. *Excerpta ad historiam Petri Comitis Sabaudia spectantia e Rotulis hundredorum, in Turre Londinensi et in Curia Scaccarii adservatis, nec non inter acta publicata dictæ turris impressis.*

De natura istorum rotulorum testatur introitus litterarum patentium Edwardi I, Regis Angliæ, delegatis suis perscriptarum, die XI Octobris, anno regni sui II°. (id est, A. D. 1274), quarum talis est exordium. „Rex dil. et fid. suis Ric. de Fukeram et Osb. de Bereford, sal. Sciatis quod assignavimus vos ad inquirendum per sacramentum proborum et legalium hominum de Comitatibus Salop. Stafford et Cestrie per quos

dtc. de quibusdam juribus libertatibus et rebus aliis nos et statum nostrum nec non et statum communitatis Comitatuum predictorum contingentibus et insuper de factis et gestibus Vicecomitum et Ballivorum qnorumcunque in Comitatibus pred. prout in articulis quos vobis inde tradidimus plenius continetur, etc. etc. Sequitur Series triginta quatuor instructionnm vel præceptorum particularium, de investigationibus in usurpationes et arreptiones, tempore regni præcedentis irreptas.

Rotulorum Hundredorum, T. I.

Pag. 51. Comit. Cantebregg. Inquisitiones facte anno IV Edwardi I. Hundredum de Aringford. Item dicunt quod Joh. de Queye tenet quartam partem feodi unius militaris de feodo de Richemund et debet sectam com*(itatus?)* et turnum et debet de visu per annum XII den. et de auxilio vic*(ecomiti?)* II sol. et solebat esse in manu dni H. Regis patris dni Regis nunc scil. solebat fieri et dare ad com. et idem Rex H. illud dedit. P. de Sabaud. et est de libertate Britann. et idem P. habuit toto tempore suo totum regale servicium de dono dicti Regis et nunc est tota illa libertas in manu dni. R. excepto manerio de Bassingburn sed non est pertinens ad comitatum sicut solebat.

P. 53. Hundr. de Flemedich. Dicunt quod Petrus de Sabaudia tenuit manerium de Hinton de dono H. Reg. patris Dni R. nunc quod est de Honore Richem' et dictus Petrus escambium fecit cum Bertramo de Crioll, reddendo eidem Petro et heredibus suis X libr. p. annum quod manerium Margeria que fuit uxor Nichi de Cryel nunc tenet et solvit dno Regi dictas decem libras.

P. 55. Hundred. de Wttlisford. Item dicunt quod tenet Henr' de Lacy et Radi de Dokesworth debebant sectam' com' et hundredo et modo faciunt illam sectam ad curiam honoris Brit. in Badburham et illa secta fuit extracta de com' per Petrum de Sabaudia cui datus erat dictus honor' et adhuc remanet in manum dni R.

P. 122. Comit. Eborum. Inquis. facte anno IIII regni Edwardi I. Wappentake de Gilling. Item Petrus de Sabaudia tempore suo *habuit excessit* metas et fines nove foreste ut in campis boscis et pasturis de Brigenhale et com' qui nunc est similiter hoc facit. Item comes Richemund habet chaciam etc. in nova foresta nesciunt quo warranto.

P. 157. Comit. Essex. Inquis. facte anno III r. Edwardi I. Hundr. de Dunmawe. Item villa de Williggehale Spayne solebat

venire ad turnum vic*(ecomitis)* bis in anno et dabant de côi fine XII. d. Et ballivi dni R. solebant capere em' de assis' panis et cerevisie in eadem villa et subtrahuntur p. Petr: de Sabaud. XX. annis elapsis.

P. 309. Comit. Lincoln. Inq. de anno III. r. Edw. I. Willata Lincoln. Item dicimus q. ballivi dni Pet. de *Sauney* XVI ann. elapsis sibi ipsis ad opus pred. dni Petri appropriaverunt debitam consuetudinem et s. ballivi qui nuuc sunt sibi ipsis appropriant quod solebat pertinere civibus Linc' et quod cives Lin' capere solebant ad auxilium firme civitatis dni R. de omnibus navibus et mercandisis venientibus de Norwey apud Scm Botulfum prout eis concessum fuit per cartam dni R. de omnibus navibus venientibus de Norwey ad omnes portus in comitatu Linc' que consuetudines subtracte sunt in prejudicium dni R. et dampnum civitatis Linc' LX. s. per annum quo warranto nescimus, etc.

P. 313. Will. de Lincoln. It. dicimus quod cum cives Linc' fuerunt liberi et quieti in nundinis Sci Botulfi ab impetitione alicuius consuetudinis usque ad tempus dni Petri de Sawey cuius ballivi quondam nomine Wychard miles et Robs de Engayne jam XIIII annis elapsis per potestatem pred. Petri dni sui ceperunt mercandisas hominum de Linc' et strinxerunt et attachiaverunt ad eorum magnum dampnum et gravamen. Et dicti cives speraverunt remedium et auxilium de dno Rege H. patre R. E nunc et se de dictis nundinis cum mercandisis suis retraxerunt. Interea Wills filius Egidii tunc major civitatis per incitamentum et consilium Jordani filii Egidii Walteri Brand Th. fil Rob. Th. de Bello fago Alex fil Egidii sine consensu omnium aliorum civium fecerunt quandam composicionem cum dictis ballivis quod darent dco dno Petro quolibet anno X libr. de firma quas dns R. habere deberet de civitate Lincoln ut libere facerent mercandisas suas in dictis nundinis que solute fuerunt p. XI annos per ballivos civitatis Linc' scil. in primo anno p. Rad. de Gayton et Johm le Grey socio suo X li. postea p. Petr Rabut et Hug Fairweder postea p. Adam de Hospit' et Nich Stoule postea etc. De aliis vero non recolimus in magnum dampnum dictorum ballivorum et nichilominus dom. R. habuit firmam suam integram de civitate Linc'.

P. 316. Villata de Linc' de secundariis hominibus. Anno Dni R. E. tercio. It. dicimus quod cives Linc' solebant habere debitam consuetudinem ad firmam dni R. pertin. per cartam tempore dni R. H. patris R. nunc de omnibus navibus de

Norwey cum mercandisis apnd Scm Botulph venientibns qne subtrahuntur tempore dni Pet. de Sannay *(Sauuay?)* per XX annos et plus per potestatem dicti Pet et ballivorum suorum Wichard de Grosse qui tunc fuit custos nundinarum Sci Botulphi. Et post ipsum deforc' dns J. com de Bretann dictam consuetudinem qui nunc tenet sine waranto nt credimus in prejudicium R. et dampnum civitatis XL. sol per annum et nilominus firma dni R. de Linc' est integre soluta.

P. 320. Sub eod. tit. It. dicimus quod cum omnes cives Linc' fuerunt liberi de omnibus consuetudinibus et demandis in omni tempore in nundinis Sci Botulphi quousque dns Petr de Saway tunc dns nundinarum tempore suo dictos cives occupaverit de die in diem et agravavit per potestatem suam et dni Wychard militis et Ric Lwe ballivorum suorum pro pecunia sua habenda et cum dicti cives retraxerint se de dictis nundinis qnousque remedium a domino R. impetraverunt interea venerunt Will filius Egidii tunc major Linc' et Jord frater ejus et Thom fil. Roberti Walters Brand per potestatem suam concesserunt pdco dno Petro de Sawey unam cartam annui redditus X lib. sine assensu et consensu comunitatis Linc' jam XIIII annis elapsis in prejudicium R. et dampnum civitatis C. lib. Et dcs Jord filius Egidii tunc dixit coram communitate Linc' quod daret ex catallis suis propriis pro semet ipso X. lib. antequam perderet nundinas suas de Sco Bolulpho.

P. 323. Vill. Lincolnie de minorib. hominib. anno dni E. Reg. tercio. It. dicunt quod cives Linc' solent habere consuetudines hominum Norwagie venient. cum navibus suis et mercandisis apud Scm Botulph quod sub potestate dni Petri de Sabavia et ballivorum suorum tempore dci dni Petri dè Sabavia subtrahuntur per spacium XX annorum jam elapsorum ad dampnum Reg et civinm XX sol. p. annum et nilominus dci cives satisfaciunt de dictis firmis.

P. 329. Lovedon. Dicunt quod manerium de Benigton fuit eschaeta dni H. R. patris R. nunc post decessum Clemencie com' Cestr fuit illud manerium in manu dni H. R. predicti per XV. dies quousque dna Elienora Regina sponsa H. R. pred. venit et peciit illud manerium a dno suo H. R. pred. qui illud manerium cum pertin' eidem E. Regine contulit que illud manerium tenuit per aliquod tempus et postea illud manerium cum pertin' dedit dno Petro de Sabauvia. Et eidem Petro impetravit quamdam cartam confirmacionis a dno H. R. pdco qui illud manerium cum pertin. tenuit usque ad obitum snum

Et quia dna Elienora sibi illud dedisset dns E. qui nunc Rex est intravit illud manerium quasi proximus heres dci P. et tenuit illud quousque transfretavit ad Terram Sanctam et tradidit illud manerium E. matri sue que nunc tenet quo waranto nesciunt et valet dcm manerium per annum centum libr et amplius..... Dicunt et quod dns Hugo fil. Otonis tenet unam carucatam terre cum pertin' in Ledenham quam habuit de dono dni E. R. nunc qui illud habuit post decessum Petri de Sabauvia et solebat teneri de honore de Richemund quo servicio vel quo Warento nesciunt. Et dns illius honoris tenet illud de R. in capite et valet p. annum cum pertin. centum sol. etc.

P. 332. s. eod. tit. Dicunt quod toto tempore Pet. de Sabauvia et toto tempore Elienore quond. Regine Anglie omnes ballivi qui ibi p. ipsos steterunt ballivos dni R. inpediebant facere id quod ad officium suum pertinebat quo warento nesciunt. Obiit... Quidam Ric Love tunc ballivus dci Pet de Sabauvia inpedivit ballivum dni R. officio suo exercendo.

P. 348. Skirebek Wapentake. Dicunt quod manerium de Sco Botulpho et nundinas tenet dns Joh. de Britannia comes Richemundie una cum soka infra Wapp. de Skirebek fuit quondam in manu dni R. H. patris Regis nunc qui dictum manerium cum soka et nundinis concessit et dedit dno Petro de Sabauvia ad totam vitam suam et post decessum dci Pet. revertit dictum manerium cum soka et nundinis dno R. pdco qui illud concessit et dedit J. de Britannia etc. comiti Richemund qui nunc est tenens..... jam sex annis elapsis et amplius sed quo warranto illud tenet nesciunt.... It. dicunt ecciam quod idem comes tenet in Sco Bot' domos ex dono Regis nunc qui eas habuit in manu sua post decessum suprad. Petri et idem Petrus illas perquisivit de quodam Faukes le Buteller et valent p. ann. LX. sol. et tenentur de dno R. pdco, quo servicio etc. Valetque manerium cum nundinis et soka C. libr. et amplius p. annum et *dicti* domus fuerunt de perquisitis Petri de Sabauvia non pertinentes ad onorem Richem quo modo vel quo waranto dns Joh. de Britannia habuit introitum nesciunt.

P. 386. Comit. Lincolu. Inquis. facte anno regni Edwardi I quarto. Wapentak de Louedon pro Rege in Kesteven. Dicunt quod Rics Loue tempore quo fuit ballivus Petri de Sanueye apud Benington et Joh. de Surreye ballivus Regine inpediverunt ballivos dni Regis quominus poterunt facere officia sua.

P. 397. Civitas Lincoln p. Rege, (A°. IV. r. Edw. I)

Dicunt etiam quod dns Petrus de Sauvey XVI annis elapsis appropriavit sibi quamdam libertatem que solebat pertinere civitati Linc' quod omnes naves cum mercandisis suis venientes de Norwey apud Scm. Botulphum et ad omnes portus de com. Linc' eis faciebant et facere *deberunt* ad dampnum R. et civitatis p. annum LX. s. quo war. nescimus. P. 398. Dicunt qnod Rads de Morewod Walt' de Shelfhanger Jordanus fil. Egidii Wills de Hepham Martinus Allmarius et Simon Unnewyn Wychardus et Robs de Engayne ballivi Pet. de Sauvey et Wills de Noting' per potestatem officiorum suorum plures fecerunt extorsiones.

P. 434–435. Comit. Norfolk. Inquis. facte a. r. Edw. l. tercio. Hundr. de Laundiz. Dicunt quod senescalli de honore de Richemund levaverunt de novo ternum vic' et tenent duos ternos p. annum de tenentibus de feodo de Richemund in hnndr. de Laundiz ubi nullus ternus solet teneri antequam dns Rex Hen. pater dni Reg. qui nunc est dedit dictum houorem dno Petro de Saveya cum pluribus libertatibus et nichilominus dicti tenentes sequuntnr alios per annum videl. vic Norf. pro alio tenemento quod tenent et sic sequuntnr ad duos ternos ubi non consueverunt sequi nisi ad duos..... Brianus de Ringeshale ballivus quondam dni Petri de Savey apud Melham extorsit de dno Rob de Hulm' libertatem panis et cerevisie quam idem Robertus ut predictum est habuit in Bythestorp in parrochia de Melam et appropriavit domino Petro domino suo et habet a tempore XX annor. elapsorum et modo retinet heres Joh. fil. Alani et est in custodia dni Regis.....

P. 436. Hundr. de Suthgrenehowe. It. Leta de Oxeburg est extracta ex hundr. per Joh. de Maunsel ratione libertatis barine de Limesy It. dicunt quod II. *S.* VII *s.* obolus de annuo redditu ad hundr. sunt subtracti p. libertatem dno Petro de Savey concessam de redditibus de Northpikeham. It. II. s. VII d. obol. de annuo redditu ad dictnm hundr' sunt subtracti de redd' de Suthpikeham. It terra Rob le Blunt de Fuldon solet facere unam sectam ad hundr' et reddere annuatim IIII. d. ballivo hundr' et modo subtracti sunt per potestatem feodi de Richemnnd. s. Petri• de Savey. It. Joh. de Aula Will de Titel Alanus Butewey et Joh. de Westgate subtraxerunt quatuor sectas de hundr. p. potestatem quondam Petri de Savey et Willi de Monte Canisio de tempore non recolunt.

P. 443. Hnndred. de Mitford. Dicunt quod dns Johannes le Bretun debet sectam ad hundr' de tribus sepais in tres

sepas (*septimanas?*) et jam retraxit se per potestatem dni Petri de Sauwye et post mortem ejus per ballivos de Costeseya per VIII annos et amplius. (Legitur in Pag. 499, „p. XVI ann' elaps' vel amplius.")

P. 445. Hundred' de Fourhove. D' escaet' manerium de Costeseie solet esse in manu dni Henr. Reg. patris Reg. E. nunc nomine escaete per mortem Galfridi de Bohan qui dedit illud archiepiscopo de *(lacuna)* Et post mortem ejusdem dedit Petro de Sabaudia. Et post mortem Petri dedit Edwar*(lac.)* suo et dns Edwardus dedit Regine matri sue que nunc tenet .... Dicunt qd dom. Perbrun in Kareltun Joh. Cardun Galfr de Gy Dom. Bonde filiūs Ric in Kareltun solent dare VIII den. annui redditus eidem manerio de Hengham et subtraxerunt se per potestatem Briani de Ringeshal quondam ballivi Petri de Sabaudia XX annis elapsis. Nescimus quo waranto... Dicunt omnes ballivi de Costeseie qui fuerunt a tempore Petri de Sabaudia usque ad hoc tempus fecerunt distractiones *ex libertates* et feoda sua et excesserunt metas libertatis sue per tales distracciones per tres leucas.

P. 447. s. eod. tit. It. Hamo ballivus hundr' distrinxit Henr del Busk de Wellebrun per I. bidentes quos voluit subtrahere de hundr. I. sectam et unam gallinam et obol. annui redditus unde Petrus de Sabaudia obiit seysitus.

P. 449. Hundred' de Thaverham. Dicunt quod Nich Bardolf de Taverham solebat facere unam sectam hundredo Rics Herberd' de *eadem* unam sectam similiter Adam Pite de *eadem* similiter Omnes iste secte subtracte sunt in potenciam de Costeseye a tempore dni Petri de Saweye usque nunc.

P. 469. Smesdon. It. Wydo Mercator Ric Bolle Ric Dusing Rob Hervi' de Taseburch solebant dare tollon' dno R. et abstrahuntur per dnm Petrum de Sandweye. It. aula de Dunstede subtraxit XII d. de secta hundredi per dum Petrum de Saveye et hoc per XII annos. Eadem aula subtraxit IIII debita dni R. per dictum P. It. Brianus de Ringeshele quond senescallus de Costeseye in tempore dni Petri de Saweye appropriavit curie de Costeseye XX. d. obol. de villa de Herlham qui pertinebant hundredo de Humylerd et hoc XXIIII annis elapsis et XVII d. ex una parte et III. d. obol. ex alia parte de eadem villa.

P. 484. Hundr' de Northgrenehog'. Omnes tenentes le Myrker solebant venire ad letam hundr'. in Dalling subtrahuntur

per Petrum de Sauveye X ann. elapsis quo waranto nesciunt. Idem tenentes solebant dare ad chirivesehot XVI d. Et ad wodewellehot XVI d. Et ad warpund III d. subtrahuntur per idem tempus quo war' nesciunt. — P. 465. Petrus de Sauveye habet ternum vic' de tenentibus suis de feodo suo in Fildedallingh' et alibi contra comunem justiciam qui idem tenentes venerunt ad turnum vicecomitis Norffolk' et ad turnum suum.

P. 492. Hout. Dicunt quod tenentes de honore de Richemund subtrahunt se de sectis hundredi et aliis serviciis ad valorem XI. sol. et III. d. In Birston Hunewrd Badel' Dalling Brinigham et de turno vicecomitis et quintum hominem coram justiciam per Petrum de Saueuya et hoc per cartam dni Regis defuncti.

P. 495. Hundr' de Northerpingham. Dicunt quod Wills de Valencia XXti annis elapsis et amplius appropriavit etc. It. dicunt quod Petrus de Sauei appropriavit sibi a predicto tempore in villa de Plumstede dictam sectam et *„eos“* den. anni redditus qui vocatur Letefe quos dns R. habere consueverat per annum ad istud hundr' et nesciunt quo waranto. (Ead. inquis. et in pag. 516.)

P. 517. Hundr. de Suthgenehowe. Dicunt quod XVIII s. VIII. d. qui solebant reddi ad idem hundredum et turnum vicecom. de honore Richem' subtrahuntur a tempore quo dns R. H. pater R. nunc concessit illum honorem Petro de Sabaudia Dicunt quod XV secte et leta XXV capitalis pl subtrahuntur de pred. hundredo per pdcm Petrum.

P. 526. Hundr. de Northgrenehow. Item *abb.* de Sauveye tenet unum manerium in villa de Dalling de feodo R. de honore Sci Hillarii nescitur qualiter. Item Petrus de Sauveye subtraxit i. sectam pertinentem ad id hundredum in villa de Dalling et XVI den. de turno vic' et de wardpeny II den. et obol. et *Alb.* de Sauveye subtraxit duas sectas pertinentes ad id hundr' per LX annos (sic) nesciunt quo war.

P. 527. Hundr' de Fourhowe. Dicunt quod tempore Petri de Sabaud qui habuit honorem de Costeseye subtracte sunt secte subscripte videl De Hinnigham Thorp' j secta D'Rico de Brandeston j secta De Herveo Watlows j secta De domo Stiward Walteri Clerici et domo de Brandon dimid sect'. De Thoma Sampson et participibus suis j secta De Edrich et domo Thurbern j. secta De Galfr Thorald et participibus suis dim. secte De hered. Roberti de Leyham j secta De domo Hering j

secta De Thoma de Eston et participibus suis j secta et de heredibus Radi de Wramplingham dim. secte. Dicunt quod Joh le Dene subescator cepit apud Costeseye post mortem Petri de Sabaud de eadem villa dimid. m*(ark?)* ad opus suum.

Dicunt quod omnes ballivi de Costeseya qui fuerunt a tempore Petri de Sabaudia usque nunc fecerunt districciones extra libertates et feoda sua per tres leucas It. Stephs de Walsingham Ric' de Suinterton Humfr de Denarston et Thom de Swanton dum fuerunt ballivi de Hengham male utebantur libertatibus suis graviter *amerċiando* homines in absencia sua pro parvis debitis pro voluntate sua ubi debuissent eos amerciasse per pes *(preces?)* suos in plena curia.

P. 531-532. Hundr' de Himilherd'. Item Rads de Erlham debet unam sectam ad pred. hundredum que subtracta fuit per Petrum de Sabaudia et adhuc subtrahitur. Item feodum Daniel de Thickthorn in Hedersete debuit unam sectam ad prdcm hundr' que subtrahitur per Petrum de Sabaudia XXIIII Annis elapsis.

Rotulorum Hundredorum T. II.

Comitatus Suffolk' Inquisitiones facte anno regni Edwardi I. regis, tercio.

P. 188. Hundredum de Lose. It. bortremigium de Ketilbyr' solet et debet teneri per ballivos de HO (?) et subtracta fuit tempore Petri de Sabaudia et adhuc subtrahitur.

P. 191. Hundr' de Wyleford. Et Brianus de Ringeshal quondam ballivus Pet de Sabaud appropriavit ad opus ejusdem Petri visum franci plegii de quinque hominibus in eadem villa que debent spectare ad eandem libertatem ex concessione predicta.

Comit. Sussex. Inquisitiones facte anno regni Edwardi I. tercio.

P. 204. Burgus de Estgrensted. Dicunt quod Ric de Peveneseia ballivus dicte Regine (matris Regis nunc) capit de hominibus de Estgrensted quolibet anno XX sol. pro communi fine ubi nunquam ante tempus dicte Regine et tempus Petri de Sauveye defuncti solebant capi.

P. 204. Hundr'm de Burne. Dicunt quod manerium de Burne fuit in manu R. H. per escaetam Petri de Crown et valet per annum XL. li. et amplius et dictus H. R. dedit dictum manerium Rado Episcopo Cycestrensi et post obitum dicti Episcopi idem R. dedit dictum manerium Simoni de Munfort

ad firmam dictus Simon dictum manerium Petro de Sabaudia post obitum dicti Petri dna Regina intravit dictum manerium q. nunc tenet quo modo intravit dicunt quod nesciunt.

P. 205. Hundr'm de Thille. Dicunt quod Petrus de Sabaudia XV annis elapsis statuit forum in villa de Heylham in Rap' de Pevenes' die Mercurii et capere fecit *teol*oneum eodem die fori, modo ballivi Regine capiunt injuste ibidem theoloneum quolibet die in septimana ad magnum gravamen patrie nesciunt quo war'.

Ib. Hundr' de Schepelake. It. Imbertus de Sabines tenuit manerium de Burn' de dono dni H. R. ultimi in capite Et dimisit illud P. de Sabaudia et modo tenet illud dna Regina nesciunt quo waranto.... Dicunt quod P. de Sabaudia appropriavit sibi quamdam warennam injuste scil. de ponte de Glinde per regiam viam usque ad metas leucati de Peveneseia et per dictas metas usque ad locum *quod* vocatur Crumble et a Crumble per mare usque ad Seford tam in terris militum et aliorum liberorum tenentium qui non tenent de barouia de Aquila quam in dominicis suis predicte baronie ad maximum gravamen tocius patrie ubi omnes liberi de patria tam milites quam alii solebant currere cum canibus suis sine contradictione ex(*cep*)tis dominicis terre predicte baronie.

P. 207. Hundr' de Willindon. Dicunt quod pred. Regina (*Alienora mater R.*) habet warennas in hundr' de Willindon novo appropriatas tam supra terram militum quam liberorum suorum tenencium quam super suis dominicis quas warennas Petrus de Saweye sibi prius appropriavit nesciunt quo war' et sic habet W. Bardolf junior in domiuicis suis, nesciunt quo war'.

P. 208. Hundr'. de Faxberwe. Dicunt quod tempore Gilbi de le Heyle ad portam castri de Peveneseia nullam habuerunt cur(*iam*) sed postea venerunt Gilbs le Marscale et Pet. Durival et Petrus de Saweye et constituerunt ibidem quamdiu cur'(*iam*) quem tenebant de tribus septimanis in tres septimanas et adhuc durat ad quam districti sunt venire respondere tam homines liberi quam alii tocius patrie et etiam tam extra honorem castri qusm infra quo waranto nesciunt.

Comit. Cantabrigensis. Inquis. facte anno septimo regni Edwardi I.

P. 431. Hundred' de Flemdich. Joh. fil. Joh. habet in eadem villa (Hinton) furcas et tenet visum franci plegii et

capit emendas panis et servisie set dicunt quod Johs fil. Henrici pater pdci Johs nunquam in vita sua tenuit visum franci plegii set post mortem pdci Johs Henricus filius ejus et heres intravit pdcm tenementum qui Henricus invenit quamdam cartam per quam Comes Conanus Richemundie feofavit Walterum filium Akarie antecessorum dicti Henrici de tercia parte Hintonie cum advocacione ecclesie ejusdem cum soc sac tol et tem et infangenetheth *(thef)* et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad illam pertinentibus dictus Henricus ita locutus fuit cum Willo le Bacheler tunc ballivo Petri de Sabaudia qui pdcs Wills promisit dcm Henricum tenere visum franci plegii et capere emendam panis et servisie et sunt quindecim anni jam elapsi et similiter alii ballivi de predicto honore permiserunt predcm. Henricum tenere pdcm visum et capere emendam panis et servisie scil. Joh. de Mere etc.

P. 432. Dicunt quod Petrus de Sabaudia tenuit manerium de Hintone quod est de honore Richemundie de dno Rege in capite qui Petrus tradidit dcm manerium Bertramo de Kyriel in excambium pro quod alio manerio quod vocatur Leytone reddendo inde dco Petro et heredibus suis decem libras per annum qui Bertramus dedit dcm manerium Nicho filio suo, etc.

P. 475-476. Hundredum de Papeworth..... Et isti predicti faciunt sectam curie de Bretannie cum hominibus de Swavesham qui tenent de illo feodo de Nevile et solebant esse geldabiles dno Regi et subtractum est per Britanniam tempore domini Petri de Saweye et solebant facere sectam comitatus Cantebrigie.

678. E Libro dicto „Placita de quo Waranto," inter acta publicata Turris Londinensis, quidquid spectat ad historiam Petri de Sabaudia.

P. 100. Comit. Cantebregg'. Placita Dni Regis coram J. de Berewyk Willo de Ormesby Johe. de Lythogreynes Joh. de Banquell et Lamberto de Trykingham Justiciariis Dni Regis itinerantibus in Comit. Cantebregg' anno Regni Regis Edwardi vicesimo septimo (1299)

Joh. de Britannia summatus fuit ad respondere dno Regi de placito quo waranto clamam habere visum franci plegii emendas assise panis et cerevisie fracte infangenethef utfangenethef furcas et tumberellum in Bassingburn etc. Et Johs per attornatum suum venit Et dicit quod ipse et omnes antecessores sui habuerunt predictas libertates in predicta villa et

eis semper usi sunt a tempore quo non exstat memoria sine interrupcione et de hoc ponit se super priam Idô (?) etc. Et jurant ad hoc electi... quod quidam Comes Britanniæ avus pred. Joh[is] nunc forisfecit pred. manerium cum libertatibus predictis ita quod pred. manerium cum libertatibus pervenit ad manus dni H. R. patris Regis tanquam eschaeta Normannorum qui quidem H. R. dedit pred. manerium cum libertatibus Petro de Sabaudia tenendum ad terminum vite sue. Et post mortem ejusdem Petri pred. H. R. dedit pred. manerium cum libertatibus pred. Joh[i] de Britannia Comiti nunc qui filiam ejusdem H. R. *disponsavit* qui Joh[s]. Comes nunc toto tempore suo pred. libertatibus usus est....... Et compertum est per juramentum quod pred. H. Rex inde seisinam fecit et postea pred. Petrus de Sabaudia easdem libertates habuit cum manerio pred. tota vita sua et sic non sine interrupcione Ideo ad judicium dies datus est coram Justiciario de Banco apud Eborum a die Sci Michaelis in unum mensem de habendo judicio suo.

P. 290. Placita Dni Regis coram Salomone de Roff' et sociis Justiciariis Dni Regis itinerantibus in Comit. Hertford in crastino Ascensionis Domini. Anno Regni Regis E. quinto decimo. (1287 Maji 16.)

Joh. de Britannia summatus fuit ad respondere dno Regi de placito quo waranto clam' habere visum franci plegii emendas assisæ panis et cerevisie fracte furcas et warennam in Cestrehunte que ad coronam et dignitatem dni Regis pertinent, etc. — Et Johs per attornatum suum venit et dicit quod Petrus de Sabaudia aliquando tenuit manerium de Cestrehunte cum libertatibus predictis post cujus decessum manerium pred. cum libertatibus pred. devenit ad manus dni H. Regis patris dni Regis nunc qui quidem dns H. Rex manerium pred. cum libertatibus predictis eidem Johanni dedit et concessit habendum et tenendum adeo libere et quiete sicut idem dns Rex et Petrus de Sabaadia illud tenuerunt cum omnibus libertatibus predictis Ideo inde ad Judicium, etc.

679. **1265. 30. Januarii. Augustæ.**

Aymo et Jacobus de Palatio, fratres, et Willielmus fratruelis Aymonis, vendunt Petro de Sabaudia Comiti, quatuor Cellas in Civitate Augusta, prope Palatium rotundum in manum Richardi Dugut, Ballivi Dom. Comitis in Augusta. Act. Auguste, XXX[o]. Mensis Januarii, Anno Dom. MCCLXIII[o]. *(St. nat.)*

Invent. Bar. Waudi, Fasc. 1. Conv 4. Ch. 8.

680. 1265. Februar 13. ap. S. Mocharium.

Apocha Alienoræ Reginæ Angliæ, majori communi et hominibus prioris S. Georgii de Olerone data, de sex viginti et quatuor libris Pictav. de summa sibi promissa pro succursu faciendo Regi et Edwardo primogenito. Dat. ap. S. Macharium, XIII die Februarii, anno regni H. Regis XLIX.

681. 1265. Februarii 14. ap. S. Macharium.

Litteræ reversales Alienoræ Reginæ Angliæ, Majori, communi et hominibus prioris S. Georgii de Olerone datæ, quod illæ libræ Pictav. CCCXC, quæ sibi, pro succursu Regis et Edwardi primogeniti sui concesserant, non ex debito, sed voluntate spontanea concessæ sint, et eis, vel successoribus suis nunquam ad consequentiam trahentur. Dat. apud S. Macharium, XIV die Februarii, anno regni H. Regis XLIX.

680 et 681, Rymer I. II. 93a. Foedera I. 450.

682. Citatio pro Petro de Sabaudia, Joh. de Warenna et Hugone le Bigod coram parliamento.

1265. Martii 19. ap. Westmonasterium.

Rex vicecomiti Sussex' salutem. Summonito per quatuor legaliores milites de comitatu tuo prædicto, Petrum de Sabaudia apud Pevenseiam, Johannem de Warenna apud Lewes, et Hugonem le Bigod apud Boseham quod sint coram nobis et consilio nostro, in proximo parliamento nostro London' primo die Junii, justiciam facturi et recepturi. Et in pleno comitatu tuo proclamari facias, quod quicunque ad opus prædictorum Petri, Johannis, et Hugonis interim procurare, seu impetrare voluerit, salvum et securum conductum nostrum ad nos veniendi, morandi et standi recto, in curia nostra, si quis versus eos loqui voluerit, secure veniat: et nos conductum huiusmodi ei fieri faciemus. Et habeas ibi nomina quatuor militum, et hoc breve. Teste Rege apud Westmon', XIX. die Martii. (Rege captivo.) Per totum consilium.

Rymer I. II. 93. Foedera I. 449. Utrobique adscripta est hæc charta Anno Domini, 1264, et 49 regni Henrici Regis: sed perperam: Nam mense Martii nondum erat Rex in captivitate, et nondum currebat annus XLIX regni Henrici III.

683. 1265. Aprilis 8. Camberiaci.

Thomas de Sabaudia quitat Dominæ Margarithæ Comitissæ de Quiburg amitæ suæ, amendam debitam per Johannem et Girardum Montheis, fratres, milites, pro forefacto,

quod Guillermum de Columberio servitorem suum occiderunt. Actum Chamberiaci die Mercurii post resurrectionem Anno Dom. M°. CC°. LX°. quinto.

Pingon. Chron. fol. 388.

684. **1265.** Aprilis **9.**

Pacificatio Communis Astensis cum fratribus de Sabaudia et Ludovico Franciæ Rege, per arbitrium Martini, Præceptoris S. Antonii de Ranversis, Abbatis Casænovæ et quatuor arbitrorum assumtorum. Paciscitur, Regem Franciæ ab Argentariis Astensibus exactas summas, triginta millia librarum, tunc in manus Eleonoræ Angliæ Reginæ depositas, restituere debere Astensibus. Relaxandos esse ab Astensibus, obsides, quos tenebant, et restituenda oppida Cariuiani et Villæ franchæ: relaxentur e contra, et obsides et capitivi Astenses. Dabitur salvus conductus liber per totam terram Sabaudiæ, per duos annos Ipsis Astensibus: Et quod attinet ad res Taurinenses, facere debent dicti de Ast omnem diligentiam ad illas recuperandas. Actum, die Jovis, nona die Mensis Aprilis, anno Dom. M°. CC°. LX°. quinto, Indictione Octava.

Ping. Chron. fol. 386.

685. Tractatus Petri comitis Sabaudiæ cum Astensibus.

1265. Maji 23. ap. Rotundum montem.

Anno Domini MCCLXV. indictione VIII. die Sabbati XXIII mensis madii. Cum dominus petrus comes Sabaudie dederit et concesserit stratam et caminum mercatoribus et civibus astensibus per comitatum Sabaudie..... eius..... lugdunum et a petra crispa usque ripolas et a ripolis in antea super strata saluanda et conseruanda et......... pacta et conuenta una cum Sicardo garreto ciue astensi procuratore et sindico comunis astensis................ melani grilli notarii eodem anno et indictione die iouis nono mensis aprilis et sigillo dicti comunis .... one et pactis et per instrumentum publicum factum a me notario infrascripto ipsa eadem die sigillo ipsius .... et conuentis factis a dicto siudico pro comuni astensi dicto domino comiti uoluit idem domnus comes .... noncius procurator et sindicus nomine dicti comunis astensis promixit dicto domino comiti et pactum fecit et firmauit quod si......... quod.... qui offensionem faciat aliquo mercatori uel alii persone in persona uel rebus in strata a ripolis in antea super posse ripolarum uel super posse astensi

uel......... uel illorum de parte astensi tunc comune et homines astenses teneantur et debeant equitare et ire hostiliter cum...... eorum una cum castellanis et hominibus terre ipsius domini comitis quam habet in lombardia in pedemonte contra et supra illum et illos qui offensionem facerent uel cuius terra monisset et ei uel eis facere.... guerram.......... et hominibus et nullam cum eis facere concordiam seu treugham donec de offensa plenam restitutionem et...... faceret..... promixit predictus sindicus nomine predicti comunis se ita facturum et curaturum quod domini de plozasco comuue et homines taurini et de collegio......... seruare et custodire stratas et dare auxilium et succursum totum eorum posse omnibus euntibus et redeuntibus per ipsas stratas et quod attendent et obseruabnut una cum astensibus omnia et singula supradicta. Et promixit idem sindicus uomine supradicto predicta pacta et promissiones attendere et obseruare et firma teuere et non contrauenire et facere et curare ita quod potestas et comune astensis ea omnia et singula ratificabunt et firmabunt quandocumque ab eodem domino comite uel eius nuntio inde fuerint requisiti. et ea firma et incorrupta seruabunt donec predicta pacta contramandata essent et contradicta ex parte ipsius comittis predictis astensibus ut in supradicto instrumento facto de concessione dicte strate continebitur. Inde dictus sindicus a me notario rogauit fieri presens publicum instrumentum unum et plura in eodem tenore. Actum apud rotundum montem in castro quod est in Waudo. presentibus testibus uocatis et rogatis domino uberto de monmeliano. Thoma de rosiglone. Simone de uerterio. et Bernardo rusticu et henrico guerre de florencia. Et ego Jacobus Valbella notarius sacri palacii rogatus a dicto sindico interfui et sic scripsi.

Monum hist. pat. Chart. I. col ***1470***. *Autent. in archivo Camerali Taurini.*

685. a. Clausula confirmatoria Petri Comitis, cum sigillo suo, supradicto pacto adjuncta.

Dantes iter et securitatem per totum comitatum nostrum Sabaudie ipsis de Ast, a ponte Lugduni et a Petra crispa vsque ad Ripolas, et a ripolis per Montem calerium, ita tamen quod dicti Astenses dent nobis succursum contra invadentes terras nostras et nepotum nostrorum. Testes Hubertus de Montemeliano, Thomas de Rossilione, Simon de Verterio. Actum apud Rotundum montem, Anno Domini M°. CC°. LX°. quinto,

Indictione VIII[a] Die Sabbati XXIII mensis Maji. Sig. Petri cum leone erecto et gradiente. *Ping. Chron. fol. 387.*

685. b. Secundæ litteræ Petri Comitis, eodem die e loco datæ Astensibus.

Damus salvum conductum omnibus de Ast per duos annos, *viz* eundi a Ripolis vsque ad Petram crispam, et vsque ad Lugdunum per terram nostram sed sine armis vel saltem cum ense tantum et cultello, nec possint esse amplius quam vigintii. Date ap. Rotundum Montem, Anno Dom. M°. CC°. LX°. quinto, Indict. VIII[a]. Die Sabbati XXIII Mensis Maji. (Sign.) Nicolaus de S[a]. Brigida Turrinus Crottus.

Pingon Chron. fol. 387.

686. Homagium Rodolphi, Comitis Novicastri, Domini de Nidau, Petro Comiti Sabaudiæ factum, de dominiis suis de Cerliaco, de Hyrlant et de Hanes.

1265. Maji 27. Murati.

Henricus Dei gratia Basiliensis Episcopus vniuersis presentes litteras inspecturis rei geste noticiam et salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas uestra quod Rodulphus Comes de Cerlye dilectus nepos noster fecit homagium ligium et fidelitatem Illustri viro domino Petro Comiti Sabaudie eidemque comes fecit feudum de Cerlye cum omnibus suis iuribus et pertinentiis. Item de omnibus que habet seu habere debet in Teyla flumine seu apud Teylam. Item de toto allodio quod habet seu habere debet in hyrlant et in villa de hanes cum suis iuribus et appendiciis vniuersis et hec omnia supradicta et singula prout superius sunt expressa recognouit dictus Rodulphus se tenere in feudum a predicto comite Sabaudie et pro predicto feudo fecit sibi homagium supradictum auctoritate nostra tutoria consilio interuenientibus et mandato. Post decessum uero Rodulphi Comitis supradicti omnia bona prefata et singula ad suos legittimos et veros heredes utriusque sexus eo modo quo ipse eadem habuerat a predicto Comite Sabaudie in feodum tenenda sine difficultate qualibet iuxta consuetudinem comitatus Sabaudie reuertantur. Testes huius rei fuerunt Domnus Vldricus dominus de harberch patruus dicti Rodulphi. domnus Guillielmus de Corberis domnus Guillielmus de Pont domnus Antelmus de billens domnus hugo de Palesuel milites. Magister Guillielmus de Monte Verdunensi clericus et plures alii fide digni. In cuius rei testimonium et

robur presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum et actum Murati in superiori aula domini Comitis Sabaudie die mercurii post pentecostem anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto mense madii indictione octava.

Invent. Bar. Waudi, Fasc. I. Conv. 5 Ch. 67 et Fasc. IX. Tit. Cerlier N⁰. 1. Lib. membran. feudor. Waud Fol. II. recto. Zibaldone, in Excerpto. Cod. Zeerlederian. I. Ch. 470.

Iteratum est hoc homagium, dominis Waudi de stirpe Sabauda, et ipsis Comitibus Sabaudiæ, temporibus infrascriptis:

1297. Martii 22. Recognitio Rodolphi Comitis Novicastri domini de Nydowa, castri de Cerliaco cum dependentiis etc. erga Ludovicum Dominum Waudi. Actum Feria VI ante Annunciationem Dominicam Anno Domini M. CC. XC. sexto. *(St. Incarnat.)* *Inv. Waud. Fasc. IX. tit. Cerlier. N⁰. 2.*

1328. Augusti 11. Recognitio Rodolphi Comitis Novicastri, domini de Nydowa, erga Ludovicum (II) dominum Waudi, Castri et burgi de Cerliaco, et appenditiorum. secundum homagium de eis præstitum. Crastina b. Laurentii, Anno Dom. M. CCC. XX. octavo. *Ibidem, N⁰. 3.*

1348. Decembris 10. Recognitio Verenæ, relictæ Rodolphi Comitis Novicastri, domini de Nydau, erga Ludovicum de Sabaudia dominum Waudi, feodi ejusdem castri Cerliaci, ad formam recognitionis factæ per dictum bonæ memoriæ conjugem suum. *Ibidem, N⁰ 4.*

1405. Septembris 7. Transactio inter Amedeum (VIII) Comitem Sabaudiæ ex vna parte, et Egonem Comitem de Kyburg et Ottonem Comitem de Thierstein ex altera, de litibus exortis circa Castrum, locum et mandamentum de Cerliaco, quod Comes Sabaudiæ dicebat sibi devolvisse iure feodali: Illi autem Comites de Kyburg et de Tierstein renunciant omnibus iuribus suis in dictum castrum et mandamentum contra summam MMM. florenorum, vel assignationem CC. florenorum. *Ibidem, N⁰. 6.*

1407. Januarii 13. Recognitio Johannis de Cabilone domini de Arlay et Principis Arausionis, pro Comite Amedeo (VIII) de Sabaudia, Castri, Castellaniæ et Mandamenti de Cerliaco, jurisdictionis et dependentiarum sibi competentium ratione, recentis infeodationis sibi factæ a dicto Comite secundum sententiam latam a domina Maria principissa Burgundiæ Comitissa Sabaudiæ de die vicesima tertia Augusti, A⁰. Dom. MCCCC. sexto. *Ibidem, N⁰. 7.*

687. Lex municipalis communis Aquianensis, (Evian) in Chablasio. **1265. Mense Maji.**

Nos Petrus Comes Sabaudie Notum facimus vniuersis presentes litteras Inspecturis, quod nos pro nobis et successoribus nostris donamus et concedimus hominibus de Aquiano, qui modo sunt in dicta villa et pro tempore erunt, Libertates et Franchisias infrascriptas Que sunt hec scilicet. Si quis per annum et diem Juratus extiterit sine Calumpnia repetentis, postea est habendus ut burgensis. Et si infra annum et diem repetitus fuerit et probatur foro repetentis, villa non debet eum retinere. probationis enim modus talis est. Primo debet probare hominem suum esse talliabilem, vel in talliam, et ad eum pertinere Jure hereditario, emptionis, dotis vel donationis per Juramentum suum cum tribus ydoneis testibus, vel duobus, Idem Jurantibus et quod Ita viderint et audierint. Homines tamen nostri talliabiles vel liberi non debent recipi ad Juramentum dicte uille sine consensu nostro speciali. Burgensis vero et quicunqne per annum et diem steterit, ut Burgensis, si voluerit redire et alibi se transferre Libere potest. Et dominus et villa debent Ipsum et bona sua conducere per vnum diem et vnam noctem. Burgensis et quicunque per annum et diem In dicta uilla steterit ut Burgensis libere potest in foro emere et uendere et non debet leydam. Potest etiam burgensis burgensi pure et libere uendere, vnus alteri, res suas et omnia bona sua pro censu eis Imposito. Exceptis domibus et casalibus infra villam Aquiani existentibus de quibus dominus habebit a venditore duodecim denarios. Et ab emptore tercium decimum denarium. — Et dominus potest si velit domos et casalia pro eodem precio retinere infra quindecim dies postquam ei uel nuncio suo fuerit nunciatum et non vltra. Dare poterit domum burgensis burgensi dummodo non det in fraude vel simulatam fecerit donationem. Quod si fecerit Dominus debet percipere Ius suum vt dictum est. tanquam esset facta uenditio. Si burgensis insciviter emerit in foro publico rem furtivam de homine non suspecto et dominus requisierit et eam probauerit esse suam. burgensis suum precium non amittat. Item burgenses possunt condere testamenta sua, et quos volent de Jure heredes instituere. Exceptis vsurariis manifestis quorum bona quecunque si decesserint sunt in volontate Domini. nisi habeant filium vel filiam de vxore legittima. Et talis filius vel filia habebit Immobilia. Mobilia erunt in volontate Domini. Si

autem burgensis intestatus decesserit sine liberis nepotibus vel aliis propriuqnis usque ad quartum gradum Dominus ei succedit. et bona Ipsius deffuncti ponat in manu duorum proborum hominum vel poni faciat. qui clamores deffuncti per consilium castellani emendent et sedent usque ad valorem bonorum deffuncti. et si quid residuum fuerit. sumpserit uxor superstes predicti deffuncti. Dotis dotalitiique datur secundum vsum patrie. sit contenta. Et si quis extraneus peregrinus vel viator moritur in uilla. Dominus debet per annum et diem bona Ipsius deffuncti custodire per duos probos homines. et si infra annum et diem venerit aliquis et probauerit bona illius deffuncti ad se pertinere, Restituantur ei bona deffuncti. expensis factis pro exequiis dicti deffuncti deductis. Si uero infra predictum tempus nullus venerit, dominus de dictis bonis sedabit clamores et soluet debita Jamdicti deffuncti. et si quid residuum fuerit. suum erit. In Villa vel infra terminos nemo debet capi nisi fuerit latro vel proditor. vel Uille seu domini malefactor sine Judicio vel cognitione. — Pascua communia non debet dominus accensire. nisi de consensu burgensium. — Omnes burgenses et aduene ac omnes habitatores sunt de jurisdictione domini et debent in sua curia litigare. — Si clamorem burgensis fecerit de aliquo debitore velde lnjuriante ei vsque ad quantitatem. X solidorum et infra. de pleno clamore soluat XII Denarios. A. X solidis superius III solidos. Aduersarius Aduersario suo restituat dictos III solidos. vel XII denarios et debitum soluat et Illatam iniuriam ad dictum curie domini emendabit. — Qui percutit de pugno dabit domino III solidos. et passo XII denarios. Si de palma V Solidos et passo XX denarios. de pede, VII solidos et passo II solidos et IIII denarios. Et si quis aliquem ceperit per capillos cum duobus manibus debet domino X solidos et passo III solidos et IIII denarios. Si cum vna manu V solidos et passo XX denarios. Si sanguinem extraxerit ab aliquo injuriose et sanguis sit sparsum. debet domino sexaginta solidos et passo triginta solidos. — Qui percutit de baculo sine sanguinis effusione vel mortis periculo debet domino XX solidos. — Si sanguis exit dabit domino sexaginta solidos. Si percussus moritur. X frt. Ille qui percussit est in misericordia domini. Qui projicit lapidem contra aliquem uolens eum percutere. si ictus lapidis appareat in terra vel in pariete, vel si percutit sine mortis periculo de lapide, debet domino LX solidos. Si quis extraxerit gladium suum contra aliquem debet LX solidos. Si quis de

lancea vel de aliis gladiis qui non consueuerat defferre stigma fecerit aliquem fraude debet domino LX solidos. Si quis aliquem occiderit bona occidentis et corpus sunt domini. Bona furum qui confessi sunt de furto vel convicti sunt in misericordia domini. Et bona etiam proditorum. Si quis de die domum uicini sui fregerit maliciose in uilla debet domino LX solidos. si de nocte. tanquam latro. est in misericordia domini. In omnibus autem lujuriis supradictis si passus lujuriam clamorem fecerit per uisum curie domini debet ei satisfactio fieri competenter. Deprehensique in adulterio Ambo simul nudi per uillam fustigentur vel dedecus suum rediinant si maluerint LX solidos. — Item de quolibet modio uini uenditi debet habere dominus dimidium octavum uini. de dimidio vnum quartum et inferius prorata. Et dominus habet vnum mensem integrum ad uendendum uinum suum. quod debet esse purum et sine prauo sapore. infra quem mensem nullus debet uendere uinum. videlicet in Mense Maji. Et si quis infra dictum mensem uinum uendiderit. uinum si quod in uase remanserit. est in misericordia domini. et si totum uas uenditum fuerit. uenditor tantundem domino debet dare. Quotiescunque dominus uoluerit potest facere uenire ad se omnes mensuras et Ille penes quem reperta fuerit falsa mensura debet domino III solidos et mensuram perdit. Si quis similiter falsa ulna, vel falsa mensura vel falso pondere vtatur est in misericordia domini. Et si quis haberet duas mensuras vel duo pondera, videlicet parvam et magnam vel parvum pondus et magnum. vt ad magnam vel magnum emat et ad parvam vel paruum uendat. in misericordia domini est. Omnes ementes vel uendentes uenientes ad forum debent esse sub custodia domini et uille. videlicet a flumine Arva vsque ad Sanctum Mauricium et per totum lacum. eundo per vnum diem. morando et residendo per alterum diem. Et si quis frangit forum aliquem Ibidem percutiendo. uulnerando vel trahendo vel utique rebus suis spoliando. debet LX solidos de bampno et injuriam passo amendam facere competentem, Et si percussus vel uulneratus propter hoc moritur. Ille qui uulnerauit est in misericordia domini. — Die uero quo mercatum fuerit. Nemo debet uendere in uilla extra domum mercati seu fori bladum carnes vel alia que debent vendi in domo mercati. Quod si fecerit Illud quod vendit erit in misericordia Domini. Leydam habebit Dominus videlicet de blado secundum quod consuevit dare in foro. De bove et vaca habebit Dominus de leyda vnum denarium. De equo mula et

Jumento quatuor denarios. De Asino et asina duos Denarios. De porco. oue mutoue yrco et capra. obolum. De vitulo capriolo qui uenduntur duos solidos et vltra. similiter obolum. si inferius nichil. De panno tela mercibus et de hiis que in mercato uenduntur ad pondus. nichil quia mercatores stationes fori soluunt. alia leyda non debetur de predictis. — Burgenses cum opus fuerit in caualcatas domini ibunt propriis expensis tantum semel in anno per vnum mensem, videlicet in episcopatibus Gebennensi Lausannensi et Sedunensi. Si uero vltra ducuntur debet eis prouidere dominus in expensis. Si aliquis de periurio conuictus fuerit. ponatur in scala aut soluat LX solidos de bampno. De rixis que fiunt in uilla. debetur credi illis qui interfuerunt Utriciuisque sexus tam paruis quam magnis. Nauigium est illorum de Aquiano et Uille. et dominus debet habere quartum denarium de lucro nullis deductis expensis. Dominum et omnes illos qui secum irent. debent portare per lacum. et dominus tunc debet eis in cibo et potu prouidere vel pro singulo homine pro qualibet commessione duos denarios. Si autem aliquis recedat de foro qui aliquid de quo leydam deberet uendiderit et leydam asportat. debet domino LX solidos de bampno. nisi infra noctem ipsam reddiderit. Dominus capit teysas domorum et casalium in villa pro qualibet quarum debetur ei sex denarios per annum ad festum Sancti Michaelis. Dominus habet molendina et furnos in uilla. et burgenses debent molere in dictis molendinis et furnare in dictis furnis. In supradictis omnibus emendis que fiant passis dampna vel Injurias potest dominus facere taxationem et moderationem si uiderit expedire. In hiis uero omnibus in quibus homines incurrunt bampna mulier si incurrat illa non debet soluere nisi medietatem illius bampni. Concedimus etiam eisdem Nundinas in festo beati Dionysii per tres dies durantes. Retinemus tamen nobis quarantenam in dicta uilla. uidelicet credentiam per quadraginta dies secundum bonam consuetudinem aliarum uillarum francharum de Sabaudia. quam credentiam dicti homines de villa pro se et successoribus suis nobis concedunt. Item qui carnes truycinas uendiderit in macello vel vnam carnem pro alia soluat de bampno X solidos. Qui uero carnes morticinas vel morbosas vel grauatas vel aliter uiciosas in macello uendiderit nisi emptorem de morbo vel uicio certioraverit. soluat pro bampno XX solidos. Et quilibet macellarius teneatur accusare uenditorem huiusmodi. — **Termini uero predicte libertatis. et infra quos predicte**

libertates seruari debent. sunt hii. videlicet ducente teysie circumquaque uillam ex vtraque parte tam per terram quam per aquam. Item concedimus eisdem hominibus. quod nullus in die fori extra portas uille per dimidiam leucam aliquid emat quod ad forum adportatur. et quicunque emerit soluat pro bampno tres solidos et res emptas amittat. Propterea concedimus eis non obstante quod supra diximus. Quod homines nostri liberi recipi possint ad iuramentum dicte uille. ita tamen quod mansum teneant in uilla sicut ante. et quod pretextu libertatis predicte non possint ad alium dominum se transferre. Et vt predicta omnia et singula robur obtineant perpetue firmitatis presentem litteram impressione sigilli nostri fecimus communiri. Actum anno Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, Mense Maji.

Appendere Autentico Sigillum Comitis, testatur Chronicon.

E Chronicis manuscriptis oppidi Aquiani, in museo academico Lausannensi adservato.

688. **1265. Mense Maji Gebennis.**

Stephanus de Rossilione, miles, castellanus Gebennensis pro Domino Petro Comite Sabaudiæ, constitutus in præsentia Dom. Phillppi electi Lugdunensis, promittit ipsi Electo, quod casu quo Petrus comes ei præmoriatur, reddet et tradet castrum Gebennense in manibus dicti Philippi et non alterius. Actum Gebennis, Mense Maji, Anno Dom. M°. CC°. LX°. V°.

Pingonii Chron. fol. 388.

689. Excerpta e Compoto Humberti de Balma castellani Avillianæ de exitu ipsius Castelli, a XX^a die mensis Augusti Anno Dom. M°. CC°. LXIIII°. usque ad eundem diem anni sequentis, videlicet de vno anno integro.

1265. Augusti 20. Avillianæ.

Receptus. De frumento, siligine, avena, gallinis, feno, vino, castaneis, de C ferris equorum cum clavibus de hominibus Furni Limiarum, etc. In denariis, de bannis (XXXI lb. XIII S.) de Wardis (de tribus viris pro custodia IIII lb.). Successiones (de successione femine que condidit testamentum XI sol.) de pluribus aliis successionibus (maxime feminarum, in summa XX lb. denar.) Laudemie et venditiones, in summa XXVI lb. II sol. venditiones reddituum naturalium supradictorum per castellanum $^{XX}_{IIII}$ XIII lib. den. Decima agnorum hyemantium in mandamento de Auilliana dispertitur per medietates inter

Comitem et Ecclesiam. — Recepta forinseca. C. lb. recepte de domino Jacobo Abbate quondam Secusino de mutuo facto domino p. comiti hoc anno. et C. lb recepte de domino humberto de Saysello de mutuo facto domino hoc anno. Summa totius recepti CCC. LXXVI (scil. *libras* quæ vox desideratur) VIII. s. VIII. d.

Expensa. In portis aptandis et esbouandis XXII s. In una porta facta ante magnam portam castri avillanensis, C. x. sol. In vna duodena cargiarum XXX s. et remanent in castro. In scribendis redditibus VI lb. secus. XX. s. In canabo ad filum pro cordis balistarum faciendis. XII sol. In expensa magistri Jacobi fisici veniendo ad Abbatem Secusinum de mandato domini Comitis dum idem Abbas infirmaretur. XLIII sol. In vestibus Magistri robini machinatoris datis ei de mandato Comitis hoc anno. LV. sol. In expensa Croci Notarii de ripulis missi in ast pro recipienda securitate cauinis (?) ab hominibus ast. XXXV s. IIII den. In expensa braye euntis ad dominum comitem soluit ei de mandato domini Comitis LX sol. In acquietacione Johannis de Auilliana mistralis Secusiani pro iure quod habet in mistralia secusina, L. sol. Hoc anno in stipendio ipsius castellani tenentis in castro se duodecimo servientes et quatuor gaytias per convencionem factam cum eo $\frac{XX}{VII}$ lb.

Summa totalis expensorum, stipulata cum supplusagio. CCC. XXXVII lb. VII. s. XI d. Et debet. C. XXXIX lb. IX den. de quibus respondebit in compoto subsequenti.

Arch. Cam. Taur. Invent. Computorum Castellanorum Provinciæ Secusinæ.

690. *Computum Humberti de Balma Castellani Secusiensis de exitibus eiusdem Castellanie, Anno LX°. quarto, a XX die Augusti vsque ad eandem diem anno sequente, vid. de uno anno integro. Epitome.* **1265. Augusti 20.**

Recepta. Frumenti XXX sext. Siliginis XXXII sext. Auene XI sext. vini IIII sext. Denar. IL. sol. de pedagio omnium qui tendunt ad alpes vel redeunt. XXX sol. de assegurancia ovium hyemantium in valle secusiana. Et accipiuntur pro quolibet trezenario VI den. Et solidum De dono facto domino Comiti a quodam homine de bozoleno in suo testamento, etc. Summa denariorum XXXIX lib. XIV s. v. den. — Laudemia XXII lib. II S. Banna: LIII lib. III sol. Vendite: frumenti, p. III sext. LXXV sol. siliginis, pro XXXII sext. L. solid. etc. summa venditarum VII lib. summa receptuum $\frac{XX}{VI}$ lib. VII s. v. d.

Expensa: Stipendia Castellani pro custodia castri tenentis palacium pro V Clientibus et II gaytis. LX. lb. Et sic debet LXII libr. VII s. v. den.

Arch. Camer. Comp. Castellanor. Prov. Secusinæ.

691. **1265. Mense Augusto.**

Concambium inter Præpositum Montis Jovis et Petrum Comitem Sabaudiæ, quo cedit Præpositus Comiti jus patronatus ecclesiæ S. Lupi et quicquid Monasterium possidebat apud Versoyam, et recepit a Petro, jus patronatus Ecclesiæ S. Liberii, cum viginti Solidis redditus annui in mandamento Albonæ, et quidquid possidebat comes a burgo de Noyons usque ad Clusam de Jaiz, et a lacu usque ad Jurim. Actum Anno Dom. MCCLXV. Mense Augusto.

Invent. Bar. Waudi, Fasc. I. Convol. 4. Ch. 3.

692. **1265. Augusti 31.**

Henricus et Johannes, fratres, domini castri Jurensis filii Amaudrici quondam domini dicti castri, iterant et confirmant donationem, a patre suo factam Petro de Sabaudia, villarum Curcellarum, Baves, Balmæ, et Clusæ Jurensis, et recipiunt dictas terras in feudum a Petro Comite, per chartam verbotenus conformem chartæ prioris infeodationis, commemorantem Johannem Comitem Cabilonensem et conjugem ejus, ut viventes. Reservantur, ut in priori homagio, fidelitates domino Archiepiscopo Bisuntino, A. de Montefalcone, et Comiti de Cerlye debitæ. Actum secundo die lune ante festum nativitatis b. Marie virginis, A. D. M. CC. LX. quinto.

Invent. bar. Waudi, Fasc. XII. tit. Corcelles N°. 2.

693. Restitutio bonorum suorum in Anglia, Petro Comiti Sabaudiæ facta. **1265. Septembris 17. Wintoniæ.**

Rex militibus, liberis hominibus et omnibus aliis Tenentibus Petri comitis Sabaudiæ, de honoribus Aquilæ et Hasting. salutem. Cum de consilio magnatum nostrorum, qui sunt de consilio nostro, præfato Petro avunculo nostro omnes terras et tenementa, possessiones et bona sua, occasione turbationis habitæ in Regno nostro a quibuscunque occupata reddidimus: vobis mandamus quod Wichardo de Charrun, cui custodiam eorumdem commisimus, in omnibus, quæ ad terras et tenementa prædicta pertinent, nomine præfati Petri, sitis intendentes et respondentes, sicut prius facere consueuistis. Teste Rege apud Winton'. septimodecimo die Septembris, A°. XLIX°. regni nostri.

Eodem modo mandatum est omnibus tenentibus de honore Richemundiæ.

Rymer I. II. 97. cum nomine «Edwardo de Charrun», cuius nomen fuit revera «Wichardus.» Desideratur hæc charta in foederibus.

694. **1265. Septembris 17. Wintoniæ.**

Henricus Rex abrogat collationem thesaurariæ Eboracensis, tempore custodiæ suæ in potestate Simonis Comitis Leicestriæ, factam Almarico de Monteforti, et confert istam dignitatem Edmundo de Mortuo Mari.

Foedera I. 461. Rymer I. II. 97.

695. **1265. Octobris 9.**

Eubalus, Dominus de Montibus donat Petro Comiti Sabaudiæ, prædium dictum Bona, subtus Genoglier, cum submissione castri sui de Montibus, et obligatione faciendi guerram et pacem pro dicto Comite, a quo reinfeodatur de prædictis bonis cessis.

Invent. bar. Waudi, T. II. p. 170. N⁰ 2.

696. Relatio Wiffredi, Abbatis Habundantini, legationis ad Rodulphum Comitem de Habsburg susceptæ.

1265. Octobris 23.

Anno domini M°. CC°. LX°. quinto die Veneris ante festum Apostolorum Symonis et Jude. Nos Wiffredus dei gracia abbas monasterii de habundantia Gebennensis diocesis Judex seu executor datus a domino papa per quasdam literas hanc formam continentes. Clemens episcopus seruus seruorum, Dei. etc. que plenius in auteutico continentur, volentes exequi mandatum apostolicum ad partes alamanie accedentes per multitudinem populorum intelleximus quod comes Rad. de Habespurch et alsacie Andegrauius nobilem dominam Margar. relictam quondam Hartamanni Comitis senioris de Kiburch de Mesemborc et de ponte de bades castris et rebus aliis ad ipsam spectantibus spoliaret. et hoc esse notorium in illis partibus ita quod aliqua tergiuersatione celari non posset. Quare nos volentes procedere secundum formam dicti mandati accessimus per dimidiam leucam prope Friburgum, vbi erat dictus Comes Radulphus que villa est ad presens sub dicione ipsius Et inde dictum Comitem per quemdam monacum Cistereiensis ordinis ut nobis ad eum prestaret conductum securum interpellauimus

ut sibi loqui possemus qui misit militem quemdam nobis qui ex parte sua promisit quod nos duceret ad eum et reduceret secure et sic cum dicto milite *(lacuna)* arripimus usque prope portam de Friburgo. et ante portam inuenimus Comitem Gotefredum consang *(lacuna)* comitis Rad. Qui ut cognovit qua de causa ueniremus rubore perfusus ira ut videbatur statim in *(lac.)* clamare in suo theutonico et statim miles qui conductum prestare nobis promiserat, nobis dixit ne ultra procederemus. Nam non posset nos ultra conducere, et quod incontinenti reuerteremus, et ex uultu dicti militis apparebat quod nimio terrore esset perterritus et se esse vehementer perterritum dixit, ne sub conductu suo quidquam contra nos attemptaretur. Vnde nos reuertentes ad parlamentum quod erat prope dictam villam in quo erant nuncii et plerique amici dicti Comitis Rad. et ibi cum alibi secure non possemus dictum Comitem Rad. *(lac.)*.. eten. et in scriptis monuimus publice auctor*iate* predicta. quatinus de mesemborc et de ponte de bades castra predicta et res alias spectantes ad dictam nobilem de quibus erat notorium in illis partibus ipsam spoliatam fuisse ut intellexeramus prout supradictum est: relicte restitueret memoriate. infra quindecim dies a tempore monitionis huius-quod si non faceret contra ipsum procederemus quantum de jure possemus juxta traditam nobis formam. Et nos hec in actis reducentes presentem paginam sigillo nostro tradidimus sigillatam in testimonium ueritatis. Datum apud Rotundum montem Anno et die quo supra.

Sigillum deperditum est.

Autent. in Archivo Reg. Taurin. in Invent. chartar. Spectantium ad Matrimon. Margarethæ de Sabaudia cum Hartmanno Com. Kyburg. Fasc. I. N⁰. 25. Cod. Zeerled. I. N⁰. 474.

697. Domini de Estavayaco promittunt Petro, Sabaudiæ Comiti tenere et servare Castrum de Fons tali modo, quod nullum illi damnum e dicto Castro inferri possit in bello suo cum Comite de Habsburg.

1265. Octobris 27.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod nos Raynaudus Johannes et Willermus fratres de Estauayaco, et Petrus Maior de Cugie miles ad sancta Dei euangelia corporali prestito iuramento, sub ypotheca omnium bonorum nostrorum mobilium et immobilium quocumque nomine *senceantur*, promittimus quod Castrum siue domum de fons sic tenebimus

sicque seruabimus quod de castro siue domo eisdem malum dampnum tedium uel grauamen aliquomodo qui excogitari ualeat. Illustri uiro domino Petro Comiti Sabaudie nec suis hominibus coadiutoribus, valitoribus, fautoribus non ueniat nec fient quamdiu erit guerra inter ipsum dominum Comitem Sabaudie et Comitem Rad. de Habespurch. inter ipsum dominum Comitem Sabaudie. et illos de friburgo. ac inter illos de Berno. et Ay. de Montagniaco quamdiu etiam Treuge super huiusmodi guerris erunt. Promittimus et quod si quis de mandamento uel appendiciis de fonz malum dampnum tedium uel grauamen inferret dicto domino Comiti Sabaudie uel suis hominibus coadiutoribus conualitoribus seu fautoribus. Nos eum per *dis*tructionem bonorum suorum compelleremus ad faciendam emendam plenariam super illatis malo dampno tedio uel grauamine supradictis. Promittimus autem quod domum predictam Cononi de fonz cuius esse dignoscitur nec eius fratri suisve aliquatenus non reddemus quousque inter eundem Cononem et dominum Willinum de fonz et Borcardum eius filium plene fuerit concordatum. Si contra ipsum dominum Willinum de fonz et Borcardum predictum quibusque de causis prefatus Cono uel uellet uel intenderet aliquarum querelarum uel discordiarum materiam suscitare occasione captionis domus predicte. In quorum omnium testimonium et munimentum. Ego predictus Raynaudus sigillum meum duxi presentibus apponendum. Nos uero Johannes Will. et Petrus predicti sigilla propria non habentes, et sigillo predicti Raynaudi sumus in hac parte contenti. Et sigillum Jaqueti condomini de Estauayaco presentibus apponi rogauimus. Igitur Ego Jaquetus ad requisitionem dictorum sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum apud fons in uigilia apostolorum Symonis et Jude. Anno domini millesimo. CC°. LX°. quinto.

Cod. membranaceus Chartar. Waudensium Fol. XXII verso.

698. 1265.

Henricus et Johannes fratres, domini castri Jurensis, filii Amaudrici quondam domini dicti castri, promittunt Petro Comiti Sabaudiæ, se, post mortem Comitis Cabilonensis, non recognituros aliumquemque de castro eorum Jurensi, nisi illum, vel de illius consilio et voluntate.

Feuda Waudensia, Vol. III. copiar. Chartar. p. 31. N°. 1.

699. Assise capte Anno XLIX^{no} Henrici III^{ii} Lincoln.

1265.

Dominus Rex mandavit dilectis fidelibus suis Gilberto de Preston et Will. de Engelby quod ex parte communitatis civium Lincoln. fuit ei ostensum quod cum ipsi et antecessores sui temporibus omnium dominorum ville S. Botulphi solvere consueverant ipsis dominis singulis annis dimidiam marcam tantum pro tronagio in nundinis ville predicte. Petrus de Sabandia et Joh. de Vallibus iam septem annis elapsis a civibus predictis pro predicto tronagio decem libras ipsis invitis annuatim extorserunt ad grave dampnum civium ipsorum et iacturam manifestam. Dns Rex igitur super premissis plenius certiorari volens assignavit predictos G. et Willermum ad inquirendum per sacramentum proborum et legalium hominum per quos rei veritas melius sciri poterit utrum predicti cives dimidiam marcam pro tronagio predicto soluere consueuerunt ut predictum est nec ne. Et si predicti Petrus et Johannes dictas decem libras a civibus predictis per vim ut asserunt extorserint et cetera. Et facta est inquisicio per sacramentum Andree Arketel Alexandri Lucas etc. qui dicunt quod cives Lincoln'. soluere solebant Guidoni de Croun domino cuiusdam partis uille. S. Botulphi dimidiam marcam per annum tantum pro predicto tronagio Et dicunt quod tempore cuiusdam Willi de Longo Campo qui desponsaverat quamdam Petronillam filiam predicti Guidonis tantum fecerunt predicti cives erga ipsum Willelmum et predictam Petronillam quod ipsi concesserunt et confirmaverunt predictis civibus per cartam suam quictanciam predicti tronagii per predictam dimidiam marcam tantum per annum singulis annis ipsis et heredibus ipsius Petronille reddendam. Et dicunt quod toto tempore predicti Will^{i}. et eciam toto tempore predicte Petronille que supervixit predictum Willelmum fuerunt predicti cives quieti de predicto tronagio per predictam dimidiam marcam singulis annis quousque iam annis sex elapsis quod ballivi Petri de Sabaudia distrinxerunt ipsos ad dandas eis decem Marcas pro predicto tronagio et altero anno ad dandas eis decem libras. Et dicunt quod postquam ipsi per duos annos extiterint in seisina de predicto tronagio sicut predictum est reddiderunt predictis Petro de Sabaudia et Johanni de Vallibus quem predicta Petronil'a feoffaverat de parte sua predicte ville S. Botulphi XXX sol. per annum de predicto tronagio Et bene dicunt qui nichilominus ipsi semper

postea reddiderunt predicto P. de Sabaudia et Johanni de Vallibus predictam dimidiam marcam sicut prius reddiderant predicte Petronelle matri ipsius Johannis. Et quesiti qua racione ballivi predicti Petri distrinxerint predictos cives pro predictis decem libris Et utrum predicti cives reddiderunt predictas decem libras spontanea voluntate sua aut per vim et compulsionem ballivorum predicti Petri dicunt precise quod per vim et compulsionem ballivorum predicti Petri set revera dicunt quod nesciunt qua ratione predicti ballivi ipsos pro predicto tronagio distrinxerunt Dicunt eciam quod quidam Joceus filius Petri civis Londoniensis principalis tronator tocius Anglie implacitavit predictos cives de tronagio suo Et dicunt quod idem Joceus pro viginti et duabus marcis quas predicti cives ei dederunt remisit et quietos clamavit de se et heredibus suis predictis civibus et heredibus suis totum ius quod habuit in predicto tronagio et cartam suam de quieta clamancia eis inde fecit. Rot. 17 in dorso.

Abbreviat. Placitorum, Pag. 155. inter «Public records of the Tower.»

699. a. Fragmentum chartæ sine dato, de petitionibus Margarithæ de Sabaudia relictæ Hartmanni Senioris Comitis de Kyburg. **1265. ex conjectura.**

Hec sunt res de quibus illustris domina Margarita comitissa de Kiburc habebat possessionem. Castra baden Windegge, Sorspera *(Morsperc?)* cum suis appendiciis aduocacia et predium in Shennis Wizenant Kihemnaten hetilingin predia in utroque Sehein molendinum majus in Wintertur Nuperhton cum redditibus lacticiniorum Ciuitas Wuil, item Velthein, Richenbach, Mosenburc cum suis attinenciis et quibusdam aliis possessionibus circumiacentibus. Item Kiburc quod tenebat tempore mariti qui in ipsam transtulerat possessionem de omnibus supradictis. Comes Rodolphus spoliavit supradictam comitissam. Vnde petit, sibi restitui supradictas possessiones quas possidet cum fructibus inde perceptis et qui ex eis percipi potuerint, etc.

Invent. Matrim. Princ. Sab. Mat. Margar cum Hartmanno Com. de Kyburg.

700. Testimonium Chronici vetusti de bello inter Rudolphum Comitem Habsburgensem et Petrum Comitem Sabaudiæ.
1265.

Er (Rudolphus) gesiget ouch an grove Peter von Savoy, der gar rich vnn mechtig was, vnn gewann ime an sine

vestenen Baden vnn Morsberg, vnn Kiburg die burge vnn Wintertur daz Stetelin, vnn zoch die groveschaft von Kiburg an sich, vn treib den groven von Savoy widervmbe in sin lant, vnn zoget im noch mit funfzehen hundert ritteren, vnn mit helfe der Stat zu Stroszeburg, vnn besas Berne vnn twang die, daz sie im zu dienste muestend sitzen. Er gesiget ouch gegen dem groven von Tockenburg vnn verderbt in gar ze mole, vnn die herren von Regensburg, vnn von Giresberg, vnn von Clingen, die twang er ouch. Dise ding tet er alle noch sins vater tode e daz er Kunig wart, vnn do von sprach man gemeinlich von ime, daz kein herre were dann er.

Fritschi Closener, Strasburger Chronik. Inter publicata societatis litterariæ Stutgartensis I. 28.

700. a. Epitome Computi Salterii (cujusdam, non accuratius designati) de veteri blado apportato de Villa nova, de recepto domini Hugonis de Grandimonte Castellani de Chillon. (Sine temporis indicatione.)

Anno 1265, e conjectura.

Frumentum. Idem recipit computum de LXII. mod. II. fyschetis frumenti rec. de domino Hugone de Grandimonte tunc castellano Chillon. X. $^{XX}_{VI}$ IIII. mod. IX cup. ad mensuram de S. Mauricio. rec. de eodem domino Hugone per manus diversorum portatorum qui valent ad predictam mensuram de Seduno. CXIIII modios et V fyscheta. Omn. $^{XX}_{VIII}$ XVI mod. VII ficsheta ad predictam mensuram de Seduno. — De quibus in expensam vnius caualcate in Valesio domino Aymone de sella noua existente capitaneo in anno domini M°. CC°. LX°. quarto. mense Augusti testimonium Guichardi clerici dicti domini Hugonis XVIII mod. XI fysch. ad predictam mensuram de Seduno. Item in expensam unius municionis apud Saillon in yeme sequente quando Episcopus Sedunensis combuxit terram. per testimonium predicti Guichardi. XV mod. IIII fysch. In pane forneaceo contra aduentum domini quando admouit obsidionem de brignon, et in expensam ejusdem domini tam apud Saillon quam apud Contesium a dominica de passione vsque ad vigiliam pasche per manus plurimorum panateriorum Domini. Item in expensam ejusdem domini in diuersis aduentibus suis et gentis sue post pascha in terra illa, vt in particulari per testimonium dicti Guichardi XXII mod. et V. fysch. facte in pane furnaceo contra aduentum domini et caualcate siue apud

contesium quando devicit episcopum Sedun. per visum predicti Guichardi XIII mod. VII fysch. Item in acquietancia plurimorum seruientum et balistariorum existencium in municione tam apud contesium et sallionem quam apud crestium de mandato dicti domini Hugonis qui non habebat denarios ad dicta dispendia soluenda. prout in particulari LX. mod. IX. fyschedi. et dimidia. Item Idem librauit Will^{o}. de cossonay. Will^{mo}. de ceseler et leueto carpentariis in allocatiodem stipendiorum suorum de Maconibus quam ingeniorum apud Sallion IX mod. VI fysch. Item libravit petro de Sassons castellano contesii qui computauit in compoto suo anni precedentis XI mod. Item librauit eidem petro castellano contesii hoc anno ..... tendere XI mod. in vend. ut infra XIIII mod. — Summa exponsa $^{XX}_{VIII}$ XVI mod. VII fesch. — Eque respondet.

Auena. Idem rec. de compoto de $^{XX}_{VI}$ X, mod. X. fesch. auene ad predictam mensuram Sedun. red. de partibus domino Hugone per manum Nicholai conuersi et petri conuersi. de XI mod. rec. de Willmo de Iucingis marescallo domini et XVIII mod. X fesch. receptis de predicto domino Hugone de grandimonte per manum martini ramusii. Summa aveue recepte $^{XX}_{VIII}$ mod. VIII fesch. de quibus in missione facta domino apud martigniacum ad expensam equorum suorum in septiman^{a} pasche anno LX°. V^{o}. per manum Willi de Iuciugis tunc marescalli. XXX. mod. III. fesch. In expensa equorum domini in diversis adventibus suis et plurimorum nunciorum suorum in Valesio per supradictum tempus vt in particul $^{XX}_{VI}$ mod. I. fesch. in consumptione. VI. fesch. di *(dimidia)*. Omn. $^{XX}_{VII}$ X. mod. X. fesch. di. Et restant IX. mod. IX. fesch. di quos habuit predictus dom. Hugo in diuersis aduentibus suis in Valesio, quos petit dictus Salterius sibi allocari vel facere sibi reddi.

Bacones. Idem recipit compotum de XXII baconibus receptis a supradicto domino Hugone Castellano Chillonensi per manum Jacobi de leddes castellani Sallionensis. de X. bacon. rec. de Renaudo de Contesio castellano cresti, quando castrum ejusdem loci dirripiebatur. Omn. XXXII bacones. In expensam domini apud Sallion. quando fecit ibi inquisitionem contra ballivos et castellanos in Valesio. V. bacones. di. In vend. vt infra XXVI. bacon. di Omn. expensa. XXXII. bacon. Eque respondet.

Denarii. Idem reddit. compotum de XIII lb. VI. sol. ret. de XIIII. mod. frumenti venditi ut supra. altero plus et altero

minus quum maior pars peiorabatur pro nimia vetustate et quia non poterat vendi alcius. de IX lb. IX. s. ret. de XXVI. bacon. et dimid. que similiter peiorabantur pro nimia vetustate. Omn. XXII lb. XV s. maur. de quibus allocantur ei in acquietanciam supplusagii supradicti compoti sui de receveria de Saillon superius immediate vt patet ibidem XXII lb. VI s. v. den. ob. et sic...... de claro VIII s. VI den. obulum, maurisienses.

Autent. in Archivo Camerali Taurini.

701. **1266. Januarii 26.**

Hugonetus de Morestello vendit Petro comiti Sabaudiæ quidquid possederat in Castro et Mandamento de Euraisson. Anno Dom. MCCLXV. die XVI Januarii, *(St. incarnat. vel paschalis.)*

Invent. bar. Waudi, Fasc. I. Convol 4. N⁰. 17.

702. **1266. Februarii 1. Lausannæ.**

Bertoldus dictus Beivros recognoscit in feodum a Petro Comite Sabaudiæ grangiam quandam prope Lausannam, Chablo nuncupatam. Kalend. Februarii, A. D. MCCLXV. *(St. Incarnat.)*

Invent. bar. Waudi, Fasc. I. Convol. N⁰. 5 Ch. 90.

703. **1266. Februarii 2. Loucens.**

Ratihabitio et confirmatio permutationis castri de Communy, et locorum S. Lupi et Versoyæ, factæ inter Petrum de Sabaudia et Monasterium S. Mauritii Agaunensis, per Episcopum Gebennensem, Aymonem: Anno Dom. M⁰. CC⁰. LX⁰. V⁰. in festo beate Marie candelarum. *(St. Incarnat.)*

Invent. Bar. Waudi, Fasc. I. Convol. 1 Ch. 18.

Magnopere suspecta est ista charta, saltem, quoad tempus et nomen Episcopi, cum insedisset Cathedram Gebennensem ab anno 1260 usque ad finem anni 1267, Episcopus Henricus, cui successit Aymo III de Menthonnay, electus in fine anni 1267, vel in anno 1268 In huius chartæ Apographo, existente in dicto convoluto, legitur plane: M⁰. CC⁰. LX⁰. V⁰, et Aymo Episcopus.

704. **1266. Februarii 2. Melduni.**

Ludovicus Major et Henricus filius eius, domicelli de Lausanna *faciunt fidelitatem* ligiam *Dom. Petro Comiti Sabaudiæ,* ea fidelitate, quam debent Episcopo Lausannensi reservata. Actum Melduni, IV Nonas Februarii anno M⁰. CC⁰. LX⁰. quinto. *(St. Incarnat.)* Appendent Sigilla Comitis et Majoris.

Pingon. Chron. fol. 386-387.

705. **1266. Februarii 27. Sine loco.**

Compromissum et Induciæ unius anni inter Petrum Comitem Sabaudiæ et Henricum Episcopum Sedunensem. Designantur Arbitri qui, convenientes, component, usque ad festum Paschæ anni sequentis, bellum inter prædictos Comitem et Episcopum exortum, et discordias, quæ exoriri adhuc poterint. Arbitri ex parte Episcopi, domini Jocelinus Vicedominus Sedunensis et Amedeus de Raronia milites: ex parte vero Petri Comitis, Simon dominus de Genuille *(Joinville)* dominus de Jaiz et dominus Hugo de Palesuel, milites, quibus adsciscendi sibi superarbitrum concessa est potestas. Dantur fidejussores: ab Episcopo, ambo arbitri sui, Giraldus de Turre, cum Aymone, Jacobus dom. de Car, dom. P. de Hayent, Sinfredus de Bay: Ex parte Comitis, dom. Wil. de Greysiaco, miles, Petrus de Martiniaco, P. de Mar, P. de Sasson, Raimundus de Conteis, P. Carter de S. Mauro, Wil. de Langin et Warnerius de Quena, domicelli. Actum III Kalend. Martii Anno Dom. M°. CC°. LX°. quinto. *(Styli incarnat. Appendet Sig. Petri, Leo erectus et progrediens pedibus posticis.)*

Invent. Tract. cum Vallesia, Fasc. II N°. 8.

706. **1266. Aprilis 10. Viennæ.**

Pax, per sententiam arbitrorum, Guigonis Parans, militis, Humberti, dom. Montis Rupelli et Magistrorum Will. de Varey et Joh. de Goncelins mediata, inter Philippum Electum Lugdunensem et Guigonem Dalphinum Comitem Viennensem et Albonensem, in præsentia Petri Comitis Sabaudiæ, quâ sententiâ compescitur lis exorta super Castris et locis de Septimo, de Villanova, S. Georgii de Sperenchia, Vetroney et Argentans. Adjudicantur Philippo Speranchia et Septimum, ei a Guigone cedenda: retineat vero ipse Guigo, Vetroniacum et Argentans. Protestatio Petri Comitis contra arbitrium istud, vindicans sibi Castrum de Septimo, ut de feudo suo. Actum Viennæ, in domo Archiepiscopali, IIII Idus Aprilis A. D. MCCLXVI.

Invent. bar. Waud. Fasc. I. Convol. 4. Ch. 33. Pingon. f. 392. Zibaldone.

707. **1266. Aprilis 13. Gebennis.**

Conventio inter Petrum Comitem Sabaudiæ et Willielmum de Arlod, ratione fidelitatis ligiæ, a dicto Willielmo præstatæ præfato Comiti pro omnibus bonis et redditibus a se possessis iuxta Michalliam prope Rhodanum, excepto castro

de Arlod, quod reddiderat Comes prædicto Willielmo, conditione quod ipse Comes, tempore guerræ, possit occupare illud cum præsidio: Salvo homagio ligio, debito Aymoni Comiti Gebennensi.

Invent. Genevois, Fasc. II. Tit. Arlod. N⁰. 2

708. *De Ablatione Comitatùs Richemundiæ a Petro Comite Sabaudiæ, et de collatione ejusdem comitatùs Duci Britanniæ.* **1266. Maii 6. Northampton.**

Rex dil. et fid. suo Gwichardo de Charron, sal. Cum quasdam terras, tenementa et maneria nostra dederimus et concesserimus dil. et fid. nostro, Petro comiti de Sabaudia, domino uestro, in escambium comitatus et honoris Richemondiæ, de quibus quidem terris tenementis et maneriis iidem comes et amici sui esse debent merito contenti. ac nos comitatum et honorem prædictum cum pertinentiis, dil. et fid. nostro Johanni duci Britanniæ reddidimus, per quod Radulphum de Mortein, militem ipsius ducis ad vos transmittimus, pro comitatu et honore prædictis nomine domini sui prædicti, a vobis recipiendis: Vobis mandamus, firmiter iniungentes, quatenus prædictos comitatum et honorem cum omnibus pertinentiis suis præfato militi liberetis in forma prædicta. et hoc, sicut vos et honorem vestrum nec non et omnia bona vestra, quæ in regno tenetis, diligitis, et sicut indignationem nostram vitare volueritis, nullo modo omittatis: scituri quod, nisi feceritis, periculum exheredationis terræ vestræ Chavens vobis exhoc poterit iminere. Nos enim erga dominum vestrum comitem Sabaudiæ prædictum, et quoscumque alios vos inde conservabimus indempnes. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso, apud Northampton, VI die Maji, Anno regni nostri L°.

Et mandatum est militibus, liberis hominibus, et omnibus aliis tenentibus de castro, comitatu et honore prædictis, quod eidem *(Duci)* tanquam domino suo sint intendentes.

Rymer I. II. 104. Foedera I. 468.

709. **1266. Maji 20. Monte Meliano.**

Petrus Comes Sabaudiæ, super controversia sua cum Antelmo dom. de Miolans facit inquisitionem de finibus jurisdictionis Mandamenti Montis Meliani. Testantur Humbertus de Seyssello, Willielmus Marescallus, Joh. de Chanas, P. de Bonitis, P. Malasinaus, P. Sylvestri, Rondusus de Planassa, et alii, quod Anselmus de Miolans injuste accepit banna et cor–

vatas a Ponte Berneri usque ad Venagetam, quia a Croseto et porta de Plannos superius omnia sunt Comitis Sabaudiæ, et quod fines Montis Meliani extenduntur a Serrata do Montemajori usquo ad Pusetam, excepta Parrochia S. Petri de Sociaco et excepta villa de Castronovo: et specialiter extenduntur usque ad Ribaud et Freyderiam. Et ex alia parte sunt de pertinentiis castri Montismeliani, usque ad Francerium et Asprum Montem, Vimmenas, Lessum, Chassey, S. Albanum, Bassius, Maprenes, Clarafons, licet Amedeus Comes dederat bampua Joanni de..... Act. apud Montem Melianum in castro, XIII Kalend. Junii, Anno Dom. M°. CC°. LX°. sexto, Indict. IX. presentibus Willielmo Malamand, Ricardo de Planasio, de Bernardo de Socesia.

Invent. Ducat. Sabaud. Fasc. XV. Tit. Montmelian N⁰. 3. Ping. fol. 393.

710. **1266. Maji 31. Chillon.**

Cessio, guerpitio et remissio Ebali domini de Montibus, Petro Comiti Sabaudiæ facta, omnis juris quod habebat dictus Ebalus, in magna decima loci dicti Berri (*Bieri*). De qua decima dictus Comes Petrus investit Johannem, filium prædicti Ebali, qui illi fecit homagium ligium de dicto feodo. Actum apud Chillon, pridie Kalend. Junii, Anno Dom. M°. CC°. LX°. sexto.

Invent. Bar. Waudi, Fasc. I. Conv. 4. Ch. N⁰. 27. Invent. feod. Waud. Cod. membr. apogr. fol. 37. N⁰. 1. Inv. pag. 171.

711. *Epitome Computi Humberti de Balma castellani Avilliane, de exitibus ejusdem Castellanie a XX° die mensis Augusti Anno LX° quinto vsque ad eandem diem anni sequentis, vid. de vno integro (scil. Anno).*

1266. Augusti 20.

Rec: frumentum, siligo, avena, fenum, galline, vinum, castanee, ferra equorum cum clavillis (C. do hominibus ville limiarum, pro antiqua garda) Banna (reddentes LXVIII lb. II. sol.) Donum (C. solidi recepti de hominibus de Valle Judea, donum factum domino quando redimebantur a Guillielmo de parvis). Venditiones: XXIII lb. XVII s. I. den. de CC et XXVI sext. frumenti: XIII lb. II. s. IX den. de $^{XX}_{IX}$ VI. sext. I. Emina siliginis: XVII sol. IIII den. de XXVI sext. avene. VII lb. IX s. de XIIII carratis feni. XI sol. de XXII gallinis. XLVIII sol. de XVI sext. vini, etc. Summa receptuum cum arreragiis

(debitis a castellano de anno præcedente, scil. CXXXIX lb. LX den.) $\overset{C}{V}$XXX lb. VI s. IIII den. Expensa. In restitutionem cuiusdam summe pecunie factam cuidam mercatori desrobato in itinere domini comitis ultra illud quod ville persolvit. XI sol. etc. In vestibus datis richardo grassi pro eo quod diu laboravit in operibus et negotiis domini. LX sol. In usuris datis pro pecunia mutuo accepta a Cahorsinis pro operibus castri avilliane IIII lib. — In stipendio vnius nuncii missi ad dom. Comitem apud Viennam. XII sol. VIIII den. In usuris datis pro operibus castrorum auilliane et secusie LXI sol. In vno roncino empto ad opus humberti marescalli pro quo dom. Comes mandauerat castellano, vt prouideret eidem in roncino et expen. IIII lib... In stipendium ipsius castellani tenentis castrum auilliane cum duodecim seruientibus et quatuor gaytis, per conventionem factam cum eo $\overset{XX}{VII}$ libras. Totale expensarum CCCLXXIIII lib. XIII sol. IIII den. et debet $\overset{XX}{VII}$ XV lib. XIII sol.

Eque respondet Arch. Camer. Taur. Comp. Castell. Prov. Susinæ.

712. Foedus Petri Comitis Sabaudiæ cum Domino de Bremgarten. **1266. Septembris 29. Murati.**

Noverint vniuersi presentes inspecturi, quod ego Vldricus dominus de Bremgartin promitto super sancta Dei evangelia corporali iuramento illustri viro domino Petro Comiti Sabaudie quod ipsum dominum Comitem cum rebus, persona nostra, hominibus meis vniuersis et specialiter cum castro Bremgartin contra quascumque personas seculares vel ecclesiasticas et specialiter contra comites de habspurch iuuabo semper bona fide sub vinculoque iuramenti quamdiu Bernenses cum dicto domino Comite tenebuntur. Si vero quod absit, non exequerer ut teneor prout superius exprimitur ipso facto confiteor me esse periurum. promitto eciam eidem domino comiti speciali conventione habita si in predictis deficerem solvere centum marchas argenti nomine pene. Que pena commissa pro ipsa solvenda eidem domino petro Comiti pro se et suis recipienti omnes conuentiones predictas ut specialis debitor et fideiussor obligo omnia bona mea mobilia et immobilia. in cuius rei testimonium eidem domino Comiti presentes tradidi litteras sigilli mei munimine sigillatas. Datas Anno Dom. millesimo ducentesimo sexagesimo sexto in festo b. Michaelis apud Muratum.

Invent. Bar. Waudi, Fasc. I. Convol. 4. Charta N^{0}. 10. Cod. Zeerled. I. N^{0}. 482.

713. *Excerptum Computi Humberti de Balma Castellani ripollarum a festo b. Michaelis A. D. M°. CC°. LX°. quinto vsque ad idem festum anno sequente. vid. de uno (anno) integro.* **1266. Septembris 29.**

Redditus, in frumento, siligine, caponibus, Castaneis, Vino, Denariis (XVII sol.) de bannis (LXII lb. XVI s. III den. Ob.) de pedagio omnium victualium et mercantiarum (XLIX lb. XIX s. VII d.)

Venditiones: (pretia: Frumenti, modius XVI sol. siliginis XI s. III. d. ob. et alias XVII s. Capones XII den. quilib. Castanearum, II s. IIII d. pro III sext. et dimidia. Vinum, V sext. pro I lb. vel IIII sol. pro sext. et aliud vinum pro VIII sol. quemlibet sext.

Summa reddituum, CCCIII lb. XIX s. v. d. Vienn.

Librate Dno. abbati Secusiensi quondam de trescentis libris quas dicebat dnm. comitem sibi debere et de quibus noluit caveri prius redderet castrum. L. lb. — libravit *(Castellanus)* sibi ipsi pro custodia castri ripollarum vbi debet tenere XV Clientes et IIII servientes, per conventionem factam cum eo $\overset{XX}{VIII}$ libras.

Consimillimi rubricarum tenoris est comp. anni 1267.

Arch. Camer. Taur. Invent. Comp. Cast. provinciæ Secusinæ.

714. **1266. Octobris 22.**

Inquisitio de quibusdam usurpationibus Petri, domini de Camera, Vicecomitis terræ Maurianensis, qui aliquot Clientelas sibi tribuebat, quæ erant de dominio Comitis Sabaudiæ, maxime, illam Bosonis de Cuinnes et Petri, filii illius. Dominus de Camera, per Cartam obsignatam, permittit Bosoni de Cuinnes, homini ligio suo, ut Petrus, filius dicti Bosonis sese faciat hominem ligium domini Comitis Sabaudiæ pro feodo quod ipse Petrus tenebat a dicto Comite, absolvens illum a homagio sibi, Domino de Camera, debito. Actum die Veneris post festum S. Lucæ Evangelistæ, A. D. M. CC. LX. sexto.

Inv. Provinc. Tarantasiæ et Maurianæ Fasc. II. Tit. la Chambre N°. 2. Pingon. f. 393.

714. *a.* **1266. Octobris 30. Yennæ.**

Petrus Comes Sabaudiæ concedit Willelmo Sarriod, in augmentum sui feudi, alpes de Duan, et quod in plano de Ninolay *(in valle Augustana)* liceat ei prata facere, si noverit

expedire. Datum Yenne, die Sabbathi ante festum Omnium Sanctorum, Anno Dom. M°. CC°. LX°. sexto.

Ex Archiv. Ill. familiæ Sarriod de Introd., transscripta charta per Dom. Al. Cibrarium

715. *De nuptiis Ducis Brunswicensis cum Alaisia de Monteferrato.* **1266. Novembris 4. Kenilworth.**

Henricus Angliæ Rex: „Cum ill. vir Albertus dux Brunes-wyk, consanguineus noster dil. Alaisiam de Monteferrato, neptem A. consortis nostre de consilio nostro duxit in uxorem" — promittit solvere dicto duci, annuatim, summam pecuniæ, secundum quod status suus et regni sui, requiret, etc. Teste Rege apud Kenilworth IV die Novembr'. anno regni nostri LI°.

Rymer I. II. 105. Foed. I. 470.

716. **1266. Mense Novembris.**

Albertus Dux Brunswyk consanguineus Regis *ducit Alesiam de Monteferrato* neptem Alienore consortis Regis, cui Duci Rex dedit annuum feodum. Anno Regni Henrici III, LI°. Mense Novembr'.

Calendar. Rotul. patent. 41.

717. *Assignatio regia M. marcarum Duci Brunswicensi.* **1266. Novembris 7. Kenilworth.**

Henricus Rex, mandat Willielmo Ricardi filio, et sociis suis collectoribus finis London', quod: „Cum ill. vir A. dux Bruneswyk, consanguineus noster, Alesiam neptem A. Reginæ consortis nostre duxerit in uxorem, per quod dux in veniendo ad nos, et ibidem morando multas fecit expensas, etc." — faciat dictus Willielmus, de fine prælocuta, habere eidem duci, Mille marcas, — sub comminatione indignationis regiæ, si ullo modo omitteret id facere. Tette Rege, apud Kenilworth, VII[a] die Novembr'. anno regni nostri LI°.

Rymer I. II. 105. Foedera I. 470.

718. **1266. Novembris 25. Bernæ.**

Rodolphus dominus de Stretilingen, ante Ecclesiam de Berno, astante omni Populo, promittit et iurat, quod iuvabit Petrum Comitem Sabaudiæ et suos successores in propria persona, cum hominibus, villis, castris, munitionibus contra omnes, quamdiu ipse Comes Sabaudiæ et sui successores Bernam tenerent, et eam habuerint sub eorum protectione.

Et plures alii idem promiserunt. Sigillo communitatis Berne roborata fuit *(hæc charta)*. Datum apud Bernam die festo beate Katherine, Anno Domini M°. CC°. LX°. sexto.

Pingonii Chron. ms. fol. 394. v. Zibaldone. Autent. deperditum, nullo Apographo exarato existente.

719. **1266. Novembris 29.**

Concambium Priorum de Tonon et de Bellevaux ex unâ parte, et Petri Comitis de Sabaudia ex alterâ. Cedunt Priores vineam subtus Tonon cum leidis Salis ibidem, et illis, debitis prioratui S. Hipoliti in diebus Mercati de Tonon: item, cedunt servitia ipsis debita de bonis et domibus de Tonon cum hominibus talliabilibus in dicto oppido et locis circumiacentibus. Cedit e contra prædictus Comes dictis Prioribus homines suos talliabiles in ponte Dranciæ, et capellam silingiarum et alias possessiones suas. Actum, die lune, in vigilia b. Andree Apostoli, Anno Dom. M°. CC°. LX°. sexto.

Invent. Ducat. Chablasii Fasc. I. Tit. Tonon N°. 1. Inv. Sabaud. Fasc I. Convol. Cop. N°. 5. Ch. 39.

720. **1266.**

Sententia lata in gratiam abbatis S. Mauricii Agaunensis de successione Vldrici Rufi de Sancto Tryphone, coram Uiro prouido Petro de Solerio, successive judice pro Illustri Uiro domino Petro comite Sabaudiæ, in terra Gebennensi et in Chablasio. Actum Anno MCCLXVI°.

Haller coll. diplom. ms. in Bibl. Bern. T. 2. 596.

721. **1267. Januarii 11. Bellici.**

Amedeus et Roletus de Scalis, filii quond. Willielmi de Scalis, faciunt fidelitatem Petro Comiti Sabaudiæ, et faciunt sibi redditum viginti librarum ceræ, nomine guardiæ perpetuæ et pro rebus quas tenent a Gerbasio usque ad Villetam. Tractante Guillielmo de Chenino priore Bellicino. Actum Bellici die Martis post Epiphaniam Domini, A. D. M. CC. LX. septimo.

Inv. Duc. Sabaud. Fasc. I. Conv. 4. Ch. 56 Ping. f. 397.

721. a. **1267. Februarii 5. Agauni.**

Petrus Comes Sabaudiæ confirmat venditionem castri de Introd, quâ vendiderat Petrus de Introd Willielmo Domino de Sarriod *(in Valle Augustana)* prædictum castrum de Introd,

cum bannis, justiciis, feneratoribus et nothis. Actum Idibus Februarii, Anno Domini MCCLX° sexto, Agauni. *(Styl. pasch.)*

Ex Arch. Nobilis familiæ Sarriod de Introd: communicata charta per Dom. Aloysium Cibrarium.

722. *Epitome computi Jacobi de leddes, castellani de Sallion, et Custodis terrarum de Chamossun, a festo purificationis b. Marie virg. Anno M°. CC°. LX°. sexto, vsque ad idem festum anno sequente, videl. de vno anno integro.* **1267. Februarii 2. Sallion.**

Siligo omn. VII mod. V. fesch. III. quart. Ordeum. omn. V fesch. Auene. omn. XX. fesch. Grumallia, nulla accepta. Nuces II fesch. Foenum I Carrata. Vinum omn. X sextarios. Galline. XV galline. ret. Caponeria in hominibus de Chamosson ad Carnispriuium liberabantur in coquinam domini post pascha dicti anni. Piper. III libre ad paruam libram. Denarii *(in toto)* XVIII lb. XVIII sol. I den. Maur. Arr. et recepta forinseca *(lac.)* exto de VII lb. XIII sol. IIII den. rec. de mazone custode terrarum domini apud Sassons hoc anno ut in compoto ejusdem.... De LI. sol..... bray tempore quo pons de ridda et pons ejusdem loci destructi erant deductis stipendiis custodum dicte na...ės. etc.

Expensa. Idem computat in stipendium suis pro custodia castri in quo debet *detenere* secum VIII servientes et III gaitas, per conuentionem factam cum eo per annum, XXXVI lb. idem in massimio..... ad fontem de brachio qui omnino destruebatur reficiendo empto cum carragio eiusdem massimi vsque ad locum et carr..... mallei et curvi de braida vsque ad locum pontis cum stipendio plurimorum carpentariorum ipsum perficientium vt in particula IV lb. XII sol. XI den. in residuo de cuius factura anno preterito recooperiendo, vt in particula III sol. III den. pro quibus carrellis de castro de bayard travandis et trabibus factis ad lvedum et certandis. IIII sol. in triginta tribus cesis rapinalibus muri ad alto et longo in castro et domo Wonterii de Montuguion vsque ad aulam de Bajiz .... duorum pedum faciendis qualibet tesa pro XII sol. *(Sequitur magna macula nigerrima, post illam vero initia octodecim linearum penitus deletarum ac illegibilium.)*

Ex autentico in Archiv. Cameral. Taurin. deprompta.

722. a. *Epitome Computi Aymonis de Herdes perceptoris exituum de Contesio, a festo purificationis b. Marie virg. Anno Dom. M. CC. LX. V. usque ad idem festum anni sequentis videl. de uno anno integro. (Anno sumto a festo Paschæ ad festum Paschæ.)*

1267. Februarii 1. Contesii.

Redditus. *Vini,* ex vinea de Chenaz: de omnibus pro expensa domini apud contesium in duobus aduentibus suis die Jovis post octavam purificationis b. Marie *(Febr. 10)* et in septimana post pentecoste. *(int. 5 et 12 Jun.)* per litteras vincentii et Ay. de Salanche Castell. Chillon II modios, et remisi XI modios VI sext. et III quartantes. *Piper et Cuminum.* II lb. piperis et I lb. Cumini. diversis viris de Contesio, de Vettri, de Chena. Denarii. VIII lb. de tallia hominum de Nenda. XX sol. de hominibus de brignion. et de cloyerbis. XX sol. de quodam homine de brignon mortuo sine heredibus.

Omnes redditus cum app. XXII lb. XII sol. II den. et ob. Maur. Item computat in expenso $^{XX}_{VI}$ hominum de Chamos quasi per vnam diem qui homines debent operari in supradicta vinea XX s. Insuper CVII hominum operancium, quorum quilibet cepit IIII den. et ob. per diem. XL sol. et III ob. In torculare reficiendo etc. etc. In stipendio LX hominum de chamosun qui debent vindemiare pro solo cibo V sol. In expensa custodum custodiencium vindemiam, vino polando et torculando et cappando inconando XXII sol. X den. Omnia expensa IIII lb. XVII sol. XI d. et ob.

Item p. de Sassons castellano Contesii Omnia liber*ate* XVII lb. XIII sol. XI den. et ob. Maur.

Arch. Camer. Taur. Castellan. in Vallesia.

723. **1267. Februarii 23.**

Homagium ligium Petri de Cruce, factum Petro Comiti Sabaudiæ de omnibus quæ possidebat in loco et mandamento de St. Genesio. Actum in vigilia b. Matthiæ Apost. Anno Dom. M°. CC°. LX°. septimo.

Invent. Ducat. Sab. Fasc. XVII. Tit. St. Genis, N°. 3.

724. *Permutationes bonorum inter Petrum Comitem Sabaudiæ et Aimonem dominum de Blonay.*

1267. Martii 28. Sine loco.

Nos Petrus comes Sabaudie et marchio in Italia notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis. quod nos de

consensu ex expressa nolnntate domine *Agnes*, domine Fuciniaci, pro nobis et heredibus nostris siue assignatis, nobili niro Aimoni domino de Blonai et heredibus suis in perpetuum. concedimns et donamus avoeriam de uiuesio et quicquid iuris ac rationis habemus in vniuersis ac singulis pertinenciis ipsius avoerie et in homagio uel homagiis debito uel debitis pro avoeria ac nice comitatn de uiuesio et pro turre que est liberorum quondam Rodulphi de oruns. Item damus et concedimus libere et absolute eisdem nobili et heredibus suis Borcardum de la Charmotaz. Petrum Babouz. Joannetam de crosetta. feudum de Nerniez. feudum Joannis de Lugrins. que fuerunt quondam dom. Vulielmi de Bacio militis et quicquid habemus et habere debemus intra dranciam et brestum in hominibus. feudis. terris. iuribus. actionibus et rebus aliis quibuscumque quocumque nomine censeantur. et in auoeria St. Sulpicii. lausannensis diocesis. racione seu occasione quondam dom. Vulielmi de Bacio militis. Preterea damus et concedimus eidem nobili et heredibus suis quidquid iuris habere debemus in Petro de Mascilier filio quondam domine Ermine et in albergamento eiusdem dom. Ermine in Joaune dicto clerico de St. Paulo. et in Berthodo de eodem loco ac albergamentis ipsorum. et in albergamento quondam cononis de mustinie. quod pro parte tenet Petrus dictus marchiant eiusdem loci et in furno quem habemns apud St^m. Paulum. et in Girardo dicto Pougni dum morabitur apud St^m. Paulum. omnem preterea actionem contra dictum dom. de Blonay nobis occasione predicti domini Vnlielmi de Bacio modo quoquolibet compectentem nos ipsi dom. de Blonai remittimus et quictamus sane prefatam auoeriam de niuesio ac ius homagii uel homagiorum debiti uel debitorum pro auoeria et uicecomitatu ac turre predictis. concedimus in feudum sub hac forma quod quamdiu in manu nostra fuerit gageria comitis gebennensis pro huiusmodi feudo et pro alio fendo antiquito quod tenet a nobis tantum vnnm homaginm dictus dominus facere teneatur et si dicta gageria reuerteretur ad comitem gebennensem ipsi comiti vsaginm faciat debitum pro auoeria memorata et nobis pro turre predicta et pro dicto feudo antiquito homagium debitum facere teneatur. Hec annotata concedimns et donamus sicut superius declaratur predicto dom. de Blonai. donanti nobis et concedenti in perpetuum pro predictis omne ius quod habet. tenet. possidet uel quasi. in mercato de St^o. Paulo. ita quod ibi dem mercatum publicum de cetero non debeat teneri nec possit,

retento sibi portu in lacu ubique prope terram suam ad transiendum gentes et res ubique uoluerit. cuiusque generis uel loci fuerint dicte gentes vel res. Item dat nobis Ius et actionem quod uel quam habet possidet uel quasi in castro de Font et mandamento eiusdem ratione feudi. quod tenet de eo Reinaldus dominus de Estauaye. Dat eciam nobis prelibatis mille libras viennen. quas ab eodem recepimus in bona pecunia numerata. Promittimus quidem ipsi domino de Blonai et eius heredibus imperpetuum garentire predictam auoeriam de uiueslo. Nos uero dicta Agnes scienter et prudenter cum aliqua de predictis ad nos iure hereditario pertineant. dictas donationes et concessiones et omnia supradicta laudamus et concedimus pro nobis et heredibus nostris dicto domino de Blonai et heredibus suis. Testes qui interfuerunt uocati et rogati dominus Aymo de Veviers milles. Vulielmus dominus de Langins domicellus. frater Vrbanus canonicus de lacu et Joannes de munibus clericus et plures alii. In quorum omuium testimonium. nos dominus comes et dicta Agnes, domina Fauciniaci presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum quinto callendas aprilis anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo.

E vol. ms. in Biblioth. dominorum Comit. de Mülinen. Bernæ, inscripto: Actes de Blonay. Invenitur etiam in Mon. hist. pat. Ch. I. col. 1475 (aliquid mendose). Feuda Waudensia, T. II. Pag. 31. N⁰. 2. sub dato 25 Maii.

725. **1267. Martii 29.**

Aymo dominus de Blonay cedit Petro Comiti Sabaudiæ, quidquid iuris competebat sibi in mercato Sancti Pauli, et in castro de Fonz, et mille libras, quas dictus Aymo mutuo dederat Comiti: et recipit in concambium a predicto Comite, advocatiam de Viveys, et quidquid competebat Comiti inter Dranciam et Brest, cum rebus aliis in Instrumento designatis. Act. IV Kal. Aprilis, Anno Dom. M°. CC°. LX°. septimo.

Inv. Chablarii, Fasc. V. Tit. Massillier et S. Paul. N⁰. 1. Inv. Ducat. Sabaud. Fasc. I. Convol. copiarum Ch. N⁰. 45. Inv. Baron. Waudi, Feuda T. II. p. 32. N⁰. 8.

726. **1267. Aprilis 8.**

Litteræ prioris Romani Monasterii pro se et conuentu suo ex una parte, et Girardum filium quondam domini Nicholai de Montibus ex altera, super quibusdam petitionibus et controversiis exortis inter ipsos hinc et inde, ad homines

de Mollens spectantibus, qui ab utraque parte sub iudicium suum petebantur. Assignatæ sunt partes coram dom. Johanne de Castellar, Judice domini Comitis Petri de Sabaudia in Gebennesio, apud Albonam, Anno dom. M°. CC°. LX°. VIII°. die Veneris aute Ramos palmarum. Sigillum apposuit prædictus Judex Gebennesii, domini sui, scilicet istud Petri Comitis Sabaudiæ: sigillum autem et suum appendet Henricus de laus. *(Lausanna?)* miles, castellanus de Albona.

Ind. Waudt, Cod. membran. fol. 65ro. Fasc. I.

727. *Homagium ligium Willielmi domini Montaniaci, factum Petro Comiti Sabaudiæ de Castro Montaniaci et de dependentiis illius.* **1267. Aprilis 11. ap. Turrim Vivisci.**

Nos Johannes diuina miseratione Lausann. Episcopus notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod Guillermus dominus Montaniaci in presentia nostra et infrascriptorum testium, non deceptus nec coactus nec in aliquo circumuentus, sed sua propria et spontanea uoluntate et e..am auctoritate et consensu nostro et aliorum amicorum suorum ibidem presentium maior quatuordecim annis (prout nos dictus Episcopus et Guillermus confitemur esse uerum) pro sua euidenti vtilitate accepit et recepit in feudum et nomine feudi Castrum Montaniaci cum toto eius mandamento et districtu, iurisdictione et territorio ab Illustri Uiro Domino Petro Comite Sabaudie, ita quod a modo in antea dictus Guillermus pro se et heredibus suis perpetuo dicto Domino et ipsius successoribus homagium ligium prestare. teneatur pro dicto feudo, et facere quidquid homo ligius suo Domino ligio facere tenetur, excepto Belfo, quod nisi intra biennium vendiderit dictus Guillermus, sit et remaneat de dicto feudo et sub vsagio nominato hoc addito inter ipsos Dominum Comitem et dictum Guillermum, quod si aliquis conueniret dictum Guillermum de dicto Castro Montaniaci, teneatur idem Guillermus iusticiam exhibere et recipere in Curia predicti Domini Comitis cuilibet conquerenti de predicto Castro, et si de dicto Castro uel eius parte euinceretur in curia predicta, quod totum mandamentum, districtus et iurisdictio dicti castri, non obstante euictione predicta, semper et perpetuo remaneat et sit, vt predictum est, de feudo predicti domini Comitis et successorum suorum, et de predicto feudo ipse Guillermus et successores eiusdem faciant et facere teneantur homagium ligium et consuetudinem et seruicium hominis ligii dicto domino Comiti et successoribus suis, —

quod quidem homagium, vt supra nominatum est, dictus Guillermus incontinenti, et sua propria et spontanea uoluntate, et consensu et auctoritate nostra predicto domino Comiti fecit et prestitit. Que vniuersa et singula supradicta dictus Guillermus pro se et successoribus snis sub obligatione omnium bonorum suorum promisit per solempnem stipulacionem predicto domino Comiti, recipienti nomine suo et successorum suorum, tactis sacrosanctis Euangeliis iuramento prestito, obseruare et inuiolabiliter custodire, nec in aliquo de predictis per se uel per alium contrauenire, et se facturum et acturum, quod omnes homines dicti Castri et eius Mandamenti iurabunt et promittent dicto Domino Comiti uel eius nuncio, quod si dictus Guillermus deficeret in aliquo de predictis quod ipsi eidom Domino Comiti et suis successoribus contra quascunque personas auxilium et consilium prestabunt et omnia predicta domino suo facient inviolabiliter obseruari. Et hoc promisit et iurauit dictus Guillermus, vt supra dictum est, renunciando beneficio minoris etatis, auctoritate et consensu nostris et exceptioni doli, metus in factum. Si uero in aliquibus de predictis deficeret dictus Guillermus-Girardus Gumens, Stephanus filius domini Girardi Motet, et Hugo de Pellye iurauerunt omnia supradicta pro dicto Guillermo bona fide perpetuo obseruare. Ob quam causam, videlicet receptionis et acceptionis feudi supradicti, dictus dominus Comes quitavit et absolvit dictum Guillermum de omni excessn illato ab Aymone quondam patre ipsius Guillermi, contra personam dicti domini Comitis: salvo iure in omnibus hominum supradicti Domini Comitis, si quod habent vel habere possunt contra predictum Guillermum. Actum iuxta turrim de Vivesio, presentibus et uocatis testibus. Domino Hugone de Palasuel, Domino Guillielmo de Villarsel, Petro dorons clerico, et Girardo fratre suo, domino Petro de Chesaz, domino Michaele de Monteferrans, Aymone de Sallenche, dom. Guillermo Seneschallo Lausannensi et pluribus aliis. Quibus omnibus supradictis Nos predictus Episcopus auctoritatem nostram interponimus vt decretum, et in testimonium predictornm tam nos quam Guillermus supradictus sigilla nostra apposuimus huic scripto. Datum in crastino Ramorum Palmarum anno Domini M°. CC°. LX°. sexto.

Aliud testimonium ejusdem Johannis Episcopi Lausann. quod G. filius quondam Aymonis domini Montaniaci, annis quatuordecim maior, spotaneus et voluntarius suscepit in feudum a Petro Comite Sabaudiæ, Castrum et Mandamentum de Monta-

niaco, ut satisfaciat dicto Comiti de injuriis et damnis, quas et quæ confitetur patrem suum Aymonem dicto Comiti indebite intulisse et irrogasse, et quas et quæ dictus Comes, in gratiam facti homagii remittit Willermo filio, cum omni rancore et odio, et illum de dictis damnis et injuriis absolvit. Donat Guillermus Petro Comiti, et recipit ab illo in feudum, Castrum Montagniaci cum omni suo mandamento, exceptis his nominatis, quæ tenet in feudo a domino de *Alberto,* videl. Dongno diderio, Domperii, Russie, et his que dominus Montagniaci possidet apud Corcelles. Excepto pedagio et exceptis hiis quæ tenet a nobis (Episcopo Lausann.) scil. cursu Broye a ponte de Granges usque ad lacum de Murat, decima de Belfo et de Lochie. Et de Groller, et pedagio, quod recipit apud Corcellis. Dicta autem donatio et concessio facta est, excepto Belfo, quod nisi vendatur infra biennium, remaneat de donatione et feodo supradictis. Renunciat Guillermus de Montaniaco omnibus exceptionibus iuris cuiusvis generis et consentit omnibus cautelis a Comite Petro requisitis, cum iuramentis suis corporalibus et illis fidejussorum suorum (iisdem qui in charta superiori designantur). Testes, iidem domini H. de Palesuel, G. de Vilarsel, P. et Gir. de Orons, P. de Cheuaz, et coeteri in prædicta Charta scripti. Actum iuxta turrim de Viveys, in crastino Ramorum palmarum, Anno Domini M°. CC°. LX°. sexto. Sigilla apposuerunt Episcopus Lausannensis et Guillermus de Montagniaco.

Tertia ejusdem Johannis Episcopi Lausann. declaratio istius facti, accuratior prioribus, cum eadem exceptione loci de Belfo a homagio præstito. Maiores vero cautelas prioribus duabus, continet hæc Charta, amplissimasque exceptionis cujusvis generis renuntiationis, ex parte Guillermi. Data ut Chartæ ambæ priores, juxta turrim de Viveys, in crastino Ramorum palmarum, Anno Dom. M°. CC°. LX°. sexto.

Computetur datum commune istarum trium chartarum, secundum stylum paschalem, stylo natali tunc inusitato in Diocesi lausannensi.

Invent. feud Waud. Cod. Membran. apogr. Fol. 15–16. Halleri Coll. dipl. in Biblioth. Bern. T. XXXVIII. p. 131. Solothurner-Wochenblatt, Anno 1828. pag. 368.

728. **1267. Maji 1. Montaniaci.**

Octoginta et septem homines ligii Willielmi domini Montagniaci, inter quos tres milites, laudant et concedunt homagium ligium et promissiones domini sui, prædicti

Willelmi, Petro Comiti Sabaudiæ factas, per iuramentum corporale, et promittunt observare dictas stipulationes, et iuuare præfatum Comitem contra omnes, et contra ipsum dominum Montaniaci, si contraveniret dictis stipulationibus. Sigilla appenderunt, ipse Willelmus dominus Montaniaci, Josselinus, condominus de Ponte (primus illorum octoginta trium), et Jaquetus de Estavayel. Actum apud Montaniacum in festo Philippi et Jacobi, Anno Dom. M°. CC°. LX°. septimo.

Invent. Waud. Fasc. I. N°. 3, Cod. Membr. fol. 17. r.

729. **1267. Maji 7. Belsici.**

Humbertus et Guilielmus de Bellacomba, fratres, domicelli, faciunt homagium ligium Petro Comiti Sabaudiæ salva debita fidelitate Bonifacio Archiepiscopo Cantuariensi, ut domino Rossillionis, et recognoscunt omnia que habent in villa de Corcellis et appenditiis ejus, in parrocchia de Bons, in Comba de Escharabota, et castrum de Longa comba, de quo facient guerram et placitum contra omnes pro domino Comite. Præsente Johanne de Paciencia Episcopo Bellici, qui sigillum apposuit huic Instrumento. Actum Bellici, Nonis Maji, Anno Dom. M°. CC°. LX°. VII°.

Ping. Chron. fol. 397.

730. Compotum Andree de Gresiaco, Mistralis Mauriane a Verna superius, a die Martis post festum b. Martini anno M°. CC°. LX°. VI°. usque ad diem dominicam post festum Apostolorum Philippi et Jacobi, anno dni M°. CC°. LX°. VII°. Excerptum. **1267. Maji 8.**

Recipit: Siligo, census, frumentum, avena, molendina, Denarii, gallinæ, Legata, Banna, Clame: de quodam mercatore cuius armiger percussit alium hominem de cutello ita ut inde exivit sanguis (XIII sol. IIII den.), Vendite. Summa redditus, $\frac{XX}{VII}$ V lb. XVII sol. IIII d.

Expensa. *(defect. membr.)*.... melirio facti apud burgetum IIII sol. VIII. den. In expensis dni Gaucherii de Saysello et Aymonis de Salanche castellani de Chillon et petri clerici dom. Comitis facientium inquisicionem super incursiones terre in persona dicti Andree per homines de termonnio. LXXIV. sol. VII. d. fortes. obol. vienn.

In expensis domini Anrici filii regis Alamanie circa termonium. XXII lb. XIII. sol. X. den. fort. Vienn. ut in litteris

dom. Michaelis de Monteferrando. sl. in expensis filii Will. arnol et illorum qui ipsum Anricum custodiebant......

Arch. Camer. Invent. Computorum Castellan. etc.

731. 1267. Junii 24.

Extractum e Computo P. de Gerbays mistralis Novalicie a festo b. Johannis Bapt. Anni M. CC. LX. VI. usque ad id festum anni sequentis: scil. pro uno anno. Recip. Et cet: de banno de hominibus S. Johannis de tellena VI lb. eo quod inter se diviserunt quendam aprum quem venabantur venatores dni. Comitis, etc. Summa totius recepti $\overset{XX}{IIII}$ XVIII lb. XVI s. II d. ob. de quibus libravit vincentio clerico dni. Comitis ad expensam dom. Comitis. LII. lb. XIII s. IIII d.

Arch. Camer. Invent. Comput Castellan. et mistral.

732. Fragmenta testamenti Guigonis Dalphini, Comitis Viennensis. 1267. Junii 27.

In Nomine etc. Anno MCCLXVII. quinto calend. julii, Ego Guigo Dalphinus, Vienn. et Albonis Comes.... sanus mente et corpore, etc..... Ego dictus Guigo Dalphinus....... dispono. Imprimis Joannem filium meum heredem mihi instituo in omnibus bonis meis, exceptis hiis que in hoc meo testamento iure institutionis, vel iure legati seu relicti, vel alio quolibet modo aliis relinquero. Item Annam et Catharinam filias meas quamlibet in V millibus marchis argenti mihi heredes instituo, de quibus maritentur et dotentur. Item filie mee Anne lego ultra pro melioramento M. marchas argenti. Item si alie filie mihi nascentur, ipsas in MMM. marchis. argenti heredes mihi instituo. Item si plures filii mihi nascentur excepto primogenito, quem heredem institui, volo quod fiant Clerici, et quemlibet instituo mihi heredem in uno de castris meis, cum redditibus valentibus C. Marchas ad vitam ipsorum tantummodo, etc...... Si vero predictum heredem meum universalem ante mortem meam, vel post mortem meam decedere contingeret, liberis non extantibus, alterum filium qui esset maior etate, si quem filium haberem, et si non haberem, filiam meam Annam primogenitam, si viveret, vel si non viveret, reliquam filiam meam que esset maior etate sibi substituo, et mihi heredem instituo in omnibus bonis meis, excepto quod Catharine filie mee, et aliis filiabus, quas me habere contingeret, iure institutionis reliqui. quam Annam filiabus meis

predictis substituo. Si vero contingeret, quod Deus avertat, predictam Annam heredem meam, aute mortem meam decedere, vel post obitum meum liberis non extantibus, substituo eidem Catharinam filiam meam si viveret post mortem meam, etc..... Si vero contingeret, q. D. av. me sine liberis decedere, vel si post mortem meam omnes predicti decederent, liberis non extantibus, Ill. Virum Hugonem ducem Burgundie, si ipsum post mortem meam vivere contingeret, sin autem maiorem filium suum, quicumque tunc major etatis fuerit, mihi heredem instituo, et illum substituo predictis filiis et filiabus meis, si ipsos omnes mori contingeret liberis non extantibus, etc. (Sequuntur multa legata ad causas pias: tunc prosequitur:) Item volo et precipio, quod Beatrix uxor mea sit Tutrix filii mei Johannis et aliorum liberorum meorum, et regat eum et etiam terram meam et Comitatum meum, cum consilio tamen et consensu ac voluntate Dom. Hugonis ducis Burgundie, vel filii sui primi maioris etate, si predictus Hugo non superviveret. Et debita...... pacificet: et testamentum patris mei et matris mee, et mee amite quondam comitisse Sabaudie plenarie compleat et attendat, infra V annos post obitum meum proxime numerandos. Predictam vero tutelam et administrationem rerum mearum dicta vxor mea habeat quandiu sine marito erit et religionem non intraverit. Si autem contingeret ipsam nubere vel religionem intrare, concedo et do tutelam filii mei Johannis et aliorum liberorum meorum et administrationem bonorum meorum, predicto Hugoni duci Burgundie, vel filio suo primogenito, si ipse non superviveret.... Item volo et precipio, quod si predicta Beatrix uxor mea nupserit, predictus Hugo Dux Burgundie, vel filius suus primogenitus assignet sibi in terra mea M. lib. census ad vitam suam percipiendas, et castra sibi assignet, in quibus predictas M. lib. percipiet, que tamen castra non sint in esponderiis terre mee. Volo autem quod predicte M. libre, et castra post obitum predicte Beatricis uxoris ad heredem meum integre revertantur.... Super predictis universis et singulis observandis et adimplendis infra tempore quinquennii onero pred. uxorem meam et heredem meum vel heredes meos, et illum qui tutelam et administrationem bonorum meorum haberet. Item volo et precipio, quod Castrum Asperi montis restituatur heredibus illorum, qui fuerunt eiecti de dicto Castro, etc. (Sequuntur præcepta de aliis restitutionibus et emendis pro damnis, conscientiam testatoris gravantibus).... constituo Executores meos et Commissarios

Ven. P. Episcopum Gratianopolitanum, et Rel. DD. Domus Ulciensis et S. Andree prepositos, etc. etc. etc.

Valbonnois hist. de Dauphiné, T. II. p. 3

733. **1267. Augusti 4.**

Contractus, quo Ebalus et Henricus, fratres, domini de Bioley, impignorant, titulo hypothecario, Richardo et Vldrico fratribus, dominis S. Martini, locum ipsum de Bioley, cum villis de Corevont, Opens et Orsens, pro libris DXLV. sol. X Lausann. quam pecuniam domini S. Martini solverant creditoribus illorum de Bioley. Consentit et laudat hanc pactionem Petrus Comes Sabaudiæ.

Invent. Waudi, Fasc. VIII. Tit. Bioley, N⁰. 1.

734. *Breve pontificale, de restitutionibus Ecclesiæ Taurinensi faciendis.* **1267. Augusti 6. Viterbii.**

Clemens episcopus seruus seruorum DEI. dil. filiis nobilibus uiris Petro comiti Sabaudie. Thome. Amedeo. Ludouico. Elienori natis. ac dil. in Christo filie nobili mulieri Beatrici uidue relicte quondam Thome de Sabaudia comitis. Salutem et apostolicam benedictionem. Ad ea que digna sunt fieri et con*forma* equitati uos promptos oportuno tempore inuenire credimus. Si uobis paterna monita dirigamus, saue uen. frater noster taurinensis episcopus in nostra proposuit presencia constitutus quod uos castrum ripolarum cum iuribus et pertinenciis suis taurinensis diocesis ad sedem taurinensem pertinens detinetis contra iustitiam occupatum. Verum et quondam Thomas de Sabaudia comes seu tu fili Petre aut alius tuo et ipsius thome nomine caburri de plano et castri ueteris castra ad dictam sedem pertinencia comuni astensi et nicholao prouane laico predicte diocesis de facto pro non modica summa pecunie obligastis. Sicque dicti comune ac laicus ea detinent in ipsius episcopi preiudicium et dicte sedis quam maximum detrimentum. Licet ergo dictus episcopus humiliter a nobis petierit ut sibi super hoc faceremus apud sedem apostolicam iustitie plenitudinem exhiberi. Sinceritatem tamen uestre deuotionis in hoc prius experiri uolentes nobilitatem uestram attente rogandam duximus et monendam per apostolica uobis scripta mandantes ac salutaribus consiliis suadentes quatenus considerantes prouide quod de tali premissorum castrorum detentione uestre potest saluti detrahi. ac anime dicti thome non modicum

derogari predicta castra eisdem sedi et episcopo pro diuinà et nostra reuerencia infra duos menses a receptione presentium restituatis liberaliter seu restitui faciatis. Preces nostras et mandatum in hac parte taliter implendo ut eodem episcopo de hiis optatum comodum gaudente consequi uobis exinde laudis humane preconium et fauoris apostolici perueniat incrementum. Datum uiterbii VIII idus augusti pontificatus nostri anno III.

Mon hist pat. Chart. I. col. 1479. a copia Autent. Seculi XIII. in Archivo Archiepiscop. Taurin. adservata, sub Categ. I. Fasc. I. N°. 35.

735. 1267. Augusti 18.

Mandatum Aymonis domini de Blonay, Rainaldo de Estavayel, ut recognoscat jura Petri Comitis Sabaudiæ in castrum et locum de Fons, sicut recognoverat hucusque ipsum dominum de Blonay pro dicto feodo. Actum die Jovis post assumtionem b. Mariæ Virg. Anno Dom. MCCLXVII.

Invent. feud. Waud. Vol. III. Cop. Chartar. Fol 91.

735. a. 1267. Augusti 18.

Johannes Episcopus Lausann. testatur, Aymonem dominum de Bloniaco transtulisse in Petrum Comitem Sabaudiæ, quicquid juris habebat in castro et mandamento de Fons, que hucusque tenebat titulo feudi, Raynaldus dominus de Stavajaco a dicto Aymone. Act. A°. Dom. M°. CC°. LX°. septimo, die Jovis post assumtionem beate Marie.

Invent. feud. Waud. Cod. membr. cop. fol. 9 verso.

736. 1267. Augusti 20.

Excerpta e Computo Humberti de Balma, Castellani Avilliane, Ripularum et Secusiæ, de exitibus Castellaniæ Secusinæ a die XXª Mensis Augusti anni M. CC. LX. sexti, ad eandem diem anni sequentis, videl. de uno anno integro.

.... Summa recept. denar. $\overset{XX}{IX}$ VIII lb. XVII. S. IX den. et arrer. CII lb. IIII sol. VIII d. Summa Summarum CCIXC lb. II sol. V. d.

Expense..... In expensis Thome de Rossillion et Aymonis recipientium computa in valle Secusia et Mauriana. X lb. etc. etc.

Expense. Omn. $\overset{XX}{XII}$ VIII lb. XII sol. debet pro anno sequente XLII lb. X sol. V. D.

Aut. in Arch. Camer. Taurin.

736. a. **1267. Augusti 20.**

Excerpta e computo Humberti de Balma, Castellani Avilliane de exitibus ejusdem castri a XX die Augusti anno LX°. sexto ad eandem diem anno sequente, vid. de uno anno integro. Redditus: frumentum, siligo, avena, fenum, galline, vinum, castanee, ferra equorum cum clavellis, denarii, banna (LXVII lb. XIX 5.). Successiones (X lb. de vxore vellmerii caligarii, et XIIII sol. de successione unius hominis de valle Judea. — Summa receptorum CCCLXXIIII lb. XI sol. VIII den.

Expensa. In expensa domini Henrici de Alamannia euntis ad curiam Rom. circa epiphaniam domini apud secusiam, auillianam et ripolas, vt per literas domini comitis mandatum est, LXVIII libras, XVI den. In expensis domini Michaelis de Monteferrato, qui venerat cum domino Henrico, redeuntis ad dominum XX sol. In stipendiis missis apud Ast et pauiam XXX sol. In nouem miliaribus flechunorum enptis IIII libr. etc.

Summa expensarum CCXXXVI libr. IIII sol. den.

Arch. Camerale Taurin. Inv. Comp. Castell. Prov. Secusianæ.

737. Concordia Petri Comitis et Agnetis Comitissæ Sabaudiæ cum Henrico Episcopo Gebennensi de controversiis inter illos exortis.

1267. Augusti 23. Sine loci indicatione.

Nos P. Comes Sabaudie notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod cum discordia verteretur inter nos et dominam Agnetem, vxorem nostram ex vna parte, et ven. patrem H. Dei gracia Episcopum Gebenn. ex altera, super hiis que ab eo nomine ecclesie Gebenn. petebamus, videl. forragium in terra ejusdem Episcopi de Salaz, videl. paleam et fenum, carragium et gyatum et merum et mixtum imperium in dicta terra et bannum quod capiebatur a cindentibus nemus de Vanz et venationem in eodem nemore. item petebamus piscariam quam Episcopus Gebenn. consuetus erat facere in Arva a ruina de Champeiz inferius usque ad Rodanum. item petebamus ius quod habebamus in piscaria venne Rodani quod amisimus nos et predecessores nostri pro ingeniis factis ad piscandum circa Insulam. Item petebamus decimam in vinea dicti Episcopi sita iuxta Rodanum. que ad nos et Dnam Agnetem uxorem nostram dicebamus pertinere ratione dominii Fucigniaci. Item petebamus ab eodem Episcopo merum imperium in civitate Gebenn. quod vulgo iusticia sanguinis ap-

pellatur. Item acquisitiones quas fecerat dictus Episcopus a dno de Jaiz quas dicebamus esse de feudo comitatus Gebenn. Item quoddam molendinum situm in Rodano quod dicitur esse de predicto feudo. que omnia ad nos pertinere dicebamus ratione gagerie quam habemus a Comite Gebenn. Ex adverso vero dicebat idem Episcopus predicta omnia ad ius et proprietatem predicte Gebenn. ecclesie pertinere et negabat dictus Episcopus nos et uxorem nostram aliquod ius habere in predictis. Tandem super predictis omnibus tractantibus et mediantibus discretis viris Religiosis, D. Willelmo Priore Lustriaci, fratre Aymone de Crusillia de ordine fratrum predicatorum, et Willelmo de Chanvenz Decano Seysiriaci, cum predicto Episcopo convenimus in hunc modum amicabiliter componendo. quod nos et predicta Dna Agnes predicta que ad nos et eandem dominam Agnetem uxorem nostram pertinere dicebamus ratione dominii Fucigniaci, et in quantum ad nos dictum Comitem ratione Comittatus Sabaudie pertinebant, eidem Episcopo Gebenn. et ecclesie remittimus et quittamus. De supradictis vero que ad nos pertinere dicebamus ratione gagerie comitatus gebenn. a petitione ipsorum supersedemus et pactum facimus de non petendo in perpetuum dicto Episcopo et ecclesie Gebenn. quamdiu nos vel heredes nostri seu assignati dictam gageriam tenebimus quoquomodo. Ita tamen quod propter hoc *Comitti* Gebenn. qui nunc est vel pro tempore fuerit, vel cuilibet alii, in predictis in possessione vel proprietate preiudicium aliquod nullatenus generetur. quam possessionem et proprietatem idem Episcopus ad Comitem Gebenn. denegat pertinere. Confitemur propter ea forum seu mercatum Gebenn. esse dicti Episcopi, et illud potest transferre ubi vult. Item pro bono pacis et concordia, gardam de Gebenn. quam receperamus ab hominibus Gebenn. quittamus et totaliter demandamus. et promittimus nos et dicta domina Agnes uxor nostra, ad requisitionem Domini Episcopi presentis, quod nos communitatem de Gebennis in gardam non recipiemus. et si contingeret nos aliquem singularem de Gebenn. recipere, reciperemus eum salvo Episcopo et ecclesia Gebenn. contra quos ipsos nullatenus defendemus. Item promittimus eidem Episcopo, quod nos homines dicti Episcopi non recipiemus ad iuramenta villarum nostrarum, nisi in eis domicilium suum transferrent: et tunc de possessionibus et rebus existentibus in iurisdictione dicti Episcopi remaneat dicto Episcopo plena iuridictio. Item si contingeret nos recipere vel recepisse in hominem seu in homines aliquem de hominibus

dicti Episcopi quos de iure recipere possemus in possessionibus et rebus existentibus in iuridictione dicti Episcopi contra ipsum et ecclesiam Gebenn. eos nullatenus deffendemus. Pro hiis autem quittationibus et remissionibus recepimus nos dictus Comes et dicta domina duo milia et ducentas et quinquaginta libras gebenn. Predicta autem omnia nos et dicta domina Agnes uxor nostra, rata et firma habere in perpetuum per stipulationem promittimus Episcopo et ecclesie Gebenn. bona fide. In cuius rei testimonium nos dictus Comes sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Nos vero dicta domina Agnes confitemur omnia predicta vera esse, et acta esse ut superius continentur, de consensu predicti Domini Petri Comitis Sabaudie viri nostri, predicta omnia laudamus, concedimus et approbamus, et promittimus dicto Episcopo per stipulationem et iuramentum prestitum in animam nostram per Radulphum capellanum nostrum, Rectorem ecclesie Cirici, de mandato nostro, rata habere in perpetuum nec contra venire ullo modo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum X Kalend. Septembris Anno Dom. M°. CC°. sexagesimo septimo. Testes autem hiis omnibus vocati et rogati fuerunt Aymo Sacrista, Aymo Decanus, Anassiaci, Petrus de Sancto Jorio, Girardus de Chanvent, Humbertus Officialis, magister Matheus, canon. Gebenn. Johannes Decanus Salanchie, Radulphus de Montibus canonicus Lausannensis, et Magister Petrus Decanus Rumilliaci.

Nec extat sigillum, nec olim sigillata fuisse hæc charta, videtur.

Invent. Tractatuum cum Gebennis, Catheg. I. Fasc. IV. N°. 1. Ab apographo transmisso a domino Mallet, Judice Gebenn. depromta. Charta.

737. a. *Approbatio Henrici Episcopi Gebennensis, transactionum Petri Comitis Sabaudiæ cum Abbate et conventu S. Mauritii Agaun. et Capitulo Montis Jovis, circa ecclesias S. Liberii, Cumminiaci et S. Lupi.*

1267. Augusti 23. Versoye.

Nos Henricus Dei Gracia Episcopus Gebennensis, Notum facimus universis, quod nos permutationes factas inter Ill. virum Petrum Comitem Sabaudie ex vna parte, et Abbatem et conuentum Agaunensis ecclesie, et Prepositum ac Capitulum Montisiouis ex altera, de ecclesiis S. Liberii et Cugminie et de S. Luppo, ratas et firmas habemus, auctoritatem nostram et

decretum interponentes, et easdem, salvo iure nostro episcopali, presentium patrocinio confirmamus. In cuius rei robur et perpetuam firmitatem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Versoye, X Kalend. Septembris Anno Domini M°. CC°. sexagesimo septimo.

Index Tractatuum cum Archiepiscopis, Episcopis, etc. Fasc. III.

738. **1267. Mense Augusti.**

Agatha, Relicta Ottonis Aragon, de Paterniaco, vendit Petro Comiti Sabaudiæ quoddam casale, situm in Villa Paterniaco.

Invent. feod. Waudensium, Fasc. I. Conv N°. 5. Ch. 81. Feuda Waudensia, T. II. fol. 801.

739. *Pacificatio inter Rodolfum comitem de Habsburg et Margaretham de Sabaudia, relictam Hartmanni Senioris Comitis de Kyburg.* **1267. Sept. 8. Loeaberg.**

Nouerint vninersi quod cum discordia esset inter illnstrem virum R. comitem de Habisburc Lantgrauium Alsacie Et illnstrem dominam Margaretam Comitissam de Kiburc, super eis que iure propter nuptialis donacionis, et iure proprietatnm ad se dicta domina dicebat pertinere Tandem mediantibus viris honorabilibus. videl. domino Fr. filio Comitis de phirreto. Wal. de Clingin. Nobili viro. H. de Clinginberc preposito Sancti Stephani in Constantia. C. de Tufin. domino Hugone de Palasuel. et Magistro Wer. Canonico Beronensi. dicta discordia totaliter est sopita quod dictus Comes R. promittit per iuramentnm assignare. dicte Comitisse ducentas et quinqnaginta marcas argenti annuatim percipiendas ab eodem. et reditus omnes feodorum que dicta domina tenet in feodum. a reuerendis dominis Dei gracia. E. Constantiensi Episcopo. et B. Abbate Sancti Galli. que integraliter dicta Comitissa habeat et percipiat toto tempore uite sue. Pro illis autem ducentis et quinquaginta marcis annuatim percipiendis ut supradictum est, supradictus Comes R. supradicte Comitisse concedit et assignat. Castra Baden. Morsperc et Moseburc. cum iurisdictione, hominibus, redditibus, cursibus aquarum, nemoribus, pascuis, terris cultis et incnltis, et omnibus inribns et pertinentiis dictorum castrorum. Ita quod dicta castra cum suis pertinentiis, de quibus proxime facta est mentio habeat pro valore legitimo quem hodie valent. residuum vero dictarum ducentarum et quinquaginta marcarum. quod in predictis castris et pertinentiis

percipi non posset, concedit idem Comes percipiendum in rebus Comitatus de Kiburc proximioribus dictis castris et circa Wintertur. Concedit insuper dictus Comes. R. dicte Comitisse quod de rebus ad dictam Comitissam pertinentibus ratione proprietatis vbicunque sint possit testari et transmittere ad heredes suos etiam sine testamento. Reliqua vero supradicta post decessum dicte Comitisse ad dictum Comitem. R. et suos heredes reuertantur. Item actum est quod quantum de proprietatibus dicte Comitisse situm est uel continetur infra castra supradicta uel mandamenta eorumdem, uel alibi, deducere possit dicta Comitissa, et saluum sit ei et precipuum, ultra ea que sunt uel erunt sibi assignata ratione compositionis huiusmodi. qua deductione facta quidquid deerit de dictis ducentis et quinquaginta marcis, debet ad dictum et arbitrium virorum venerabilium, domini. E. Constantiensis Episcopi et Ber. Abbatis Sancti Galli. H. prepositi Sancti Stephani in Constantia. W. de Clingin. et C. de Tufen nobilium. ordinari. propter hec autem, dictus Comes per iuramentum promittit dicte Comitisse. quod eam defensabit, custodiet et manutenebit, tam in persona quam in rebus et possessionibus, et contra omnem adversantem dicte Comitisse se opponet totis uiribus. promittit. Insuper eidem Comitisse, quod eandem pacietur utifrui dictis rebus pacifice et quiete, et de suis proprietatibus testari et ordinare pro sue arbitrio voluntatis. promittunt nichilominus venerabiles domini. E. Dei gracia Constantiensis Episcopus. et Ber. Abbas Sancti Galli eidem Comitisse fide data ad requisitionem dicti Comitis. R. eandem Comitissam custodire et conseruare et defensare contra omnes tam in persona quam in rebus et possessionibus. propter que dicta Comitissa quitat dictum Comitem de omnibus querelis et calumpniis quas habebat seu habere poterat contra Comitem. R. supradictum. Et promittit eidem Comiti quod eidem uel suis de dictis castris rebus et proprietatibus. nullum dampnum procurabit fieri aut consentiet facere cupienti. Renuntiant autem dicte partes per iuramentum *in hoc facto* ex certa scientia, actioni et exceptioni doli metus et in factum. et omni auxilio et beneficio tam *iuri Canonicis* quam Ciuilis. et consuetudini quod sibi ad ueniendum contra predicta uel aliquod predictorum posset competere modo aliquo uel prodesse. Nos uero predicti Comes. R. et Margareta Comitissa. E. Episcopus Constantiensis. Ber. Abbas Sancti Galli. confitentes premissa omnia et singula esse vera. Nec non nos Comes. P. Sabaudie. qui omnibus predictis interfuimus sigilla nostra pre-

sentibus litteris apposuimus in testimonium veritatis. Nos vero. Ph. Comes Burgundie, qui similiter cum predictis interfuimus. quia proprium sigillum non habemus, sigillo dicto domini. p. Comitis Sabaudie fratris *nostro* Karissimi usi sumus. Testes dominus Fr. de Phirreto. Comes Hugo Montisfortis dominus Hugo de palasuel. Magister W. de Burgo Canonicus Lausannensis et alii quam plures. Actum et datum prope Muratum in loco qui dicitur Loenber. In festo nativitatis beate virginis Marie. Anno Dom. M. CC. LX. VII.

Lichnowsky, Gesch. des Hauses Habsburg. I. p. CLIX. N°. III. Autogr. in Arch. Aul. Imper. Austriaco Viennæ.

740. 1267. Septembris 16.

Aymo, filius Willielmi domini de Prangins (de sobole dominorum de Cossonay) facit donationem Petro Comiti Sabaudiæ, spontanea voluntate, non dolo, non vi coactus, feodi, quod hucusque recognoverat ab ipso Aymone, Johannes de Greilli; consensu matris suæ dominæ Alisæ, quæ, et tutrix sua, sibi ad hoc negotium specialem potestatem concesserat: renunciat Aymo omni exceptioni minoris ætatis, et generaliter omni exceptioni ex iure seculari vel civili depromendæ, iurans super S. Dei Evangelia, observationem dictæ cessionis.

Invent. feud. Waud. Cod. cop. membr. fol. 40.

740. a. 1267. Septembris 29. Ripolis.

Excerpta Computi Humberti de Balma Castellani Ripollarum de exitibus huius Castellanie a festo S. Michaelis Anno Dom. M°. CC°. LX°. sexto usque ad idem festum anno sequente, vid. de vno anno integro.

Reditus: in frumento, Siligine, avena, caponibus, Castaneis, Vino, vid. CCCCCXXIX sextarios quorum CCCVI ex uvis dictis Nibbioli. Denarii: — bannorum redditus, LXXIIII lb. et XII den. sc: de mulctis et feudis. Pedagia de omnibus victualibus et mercantiis, etc. Summa Summarum receptarum CCCCLIIII lb. II sol. IX den. *Ex archivo Camerali Taur.*

741. Litteræ procuratoriæ Gaufredi Episcopi et Capituli Taurinensis pro prosequendis actionibus suis in curia Romana contra Petrum comitem Sabaudiæ et liberos quondam Thomæ fratris eius.

1267. Decembris 18. Taurini.

Anno dominice natiuitatis Millesimo CCLXVII. indictione decima in taurino uidelicet in palatio domini episcopi die

dominico XVIII mensis decembris presentibus testibus inferius nominatis. frater gaufredus diuina et apostolica gratia episcopus taurinensis de uoluntate et consensu capituli maioris ecclesie taurini et canonicorum eiusdem ecclesie in ipso capitulo per sonum campane ut moris est coadunato existentium. quorum nomina inferius describuntur. et ipsi canonici auctoritate ipsius domini episcopi fecerunt creauerunt et ordinauerunt dominos cattaneum dicte ecclesie canonicum petrum de annania clericum et liuorontium clericum uercellensem licet absentes quemlibet eorum in solidum ita quod occupantis uel primo conuenientis uel respondentis non sit melior conditio ipsorum dom. episcopi et capituli et ecclesie certos nuncios procuratores sindicos et actores ad omnes causas et lites quas prenominatus episcopus nomine sui episcopatus et prefate ecclesie uel predictum capitulum nomine isto siue ipsi canonici habent uel habere sperant in curia romana uel coram quocumque iudice aliqua occasione uel modo cum dom. comite Petro Sabaudie et cum Thoma Amedeo Loysio et Alienor filiis et heredibus quondam dom. Thome de Sabaudia comitis uel cum domina beatrice quondam eius uxore occasione castri burgi et uille caburri de plano et castri ueteris siti prope montem calerium siue testonam et occasione iurisdictionis dictorum castrorum et locorum uel aliqua alia de causa uel cum aliquibus aliis personis talimodo et forma quod predicti tres et eorum quilibet ut supra possint agere petere et cauere excipere replicare respondere et defendere sacramentum deferre et subire sententiam audire appellare et appellationem prosequi et in integrum restitutionis beneficium postulare et generaliter omnia alia facere que merita requirunt litium et causarum. Qui episcopus et canonici promiserunt stipulatione solempniter sub obligatione omnium bonorum predictorum episcopatus et capituli et ecclesie mihi notario subscripto recipienti et stipulanti uice et nomine predictorum comitum et dominorum de Sabaudia et omnium aliorum quorum interest uel posset interesse habere ratum et firmum quicquid factum fuerit et procuratum seu actum per predictos uel aliquem ipsorum in predictis et circa predicta. Voluerunt insuper dicti episcopus et canonici predictos procuratores et sindicos seu actores et quemlibet eorumdem releuare ab omni onere satisdandi precipue ad satisdationem iudicatum solui et ab omnibus eius clausulis pro eis et quolibet eorum nomine quo supra fideiussores stetterint promittentes michi notario infrascripto et

supra sub ypotheca premissa soluere id in quo suprascripti sindici uel procuratores seu actores uel aliquis ipsorum fuerint condempnati. si forent in aliquo reconuenti siue affuerint sententie siue non nisi ab ipsa sententia fuerit appellatum et inde plura instrumenta fieri iussum est ad consilium peritorum. Nomina autem canonicorum sunt hec qui dicto capitulo affuerunt in primis dominus Gotteffredus prepositus. dom. Vbertus silus archidiaconus. dom. Jacobus primicerius. dom. Villelmus archipresbiter. dom. Enricus mica. dom. Johannes fulcus. dom. Villelmus guala. dom. Villelmus becutus. dom. Jacobus hiria. et dom. Otto de clara.

Interfuerunt testes rogati dom. Martinus cappellanus domini episcopi. Johannes riba et Vuillelmetus de Salabrano. Ego bertonus de tondonico notarius dicti domini episcopi interfui et ipsius et dictorum canonicorum mandato hanc cartam sic scripsi.

Mon. hist. pat. Chart. I. col. 1476-77. Ex Archivo Archiep. Taurin. deprompta.

741. a. 1267.

Escacta terrarum Petri de Sabaudia apud Homward in Essex'.

Calendarium Inquisitionum Escaetarum. 30.

742. 1267.

Petrus, Comes Sabaudiæ, Friburgenses agressurus proficiscens, dehortatur Rodulphum Archiepiscopum Tarantasiensem ab omnibus inquietationibus et hostilibus aggressionibus contra Petrum de Aquablanca, qui ipsum Comitem in istam guerram sequi accinctus erat.

Charta alleg. in Cibrarii «Economia politica del medio Evo I. 309. E Computis ballivorum de Sabaudia.

742. a. Fragmentum manuscripti intitulati: Catalogus Dominorum Episcoporum Sedunensium, continens notitias circa Henricum de Raronia Episcopum Sedunensem, et bella ejus cum Petro Comite Sabaudiæ gesta.

Vacat (defuncto Bosone de Gradetsch Episcopo Sedunensi) sedes episcopalis. (test. Instrum. Valleriæ) Anno Domini M. CC. XLIII. Mense Januarii. Heinricus de Rarognia. Nobili prosapia ortus. (fratrem habuit Amedeum de Rarognia. magni nominis virum. vt Instrumenta citant) successor Bosonis XXVIII

annis gubernauit Episcopatum. quod dilucide ex Instrumentis Valleriæ innotescit. Quibus ita constat. Actum Valleriæ Anno Domini M. CC. XL. tertio. X Kalend. Septembris. Heinrico de Barognia Episcopo Electo existente Friderico imperante. et sic subsequenter testantur instrumenta eum præfuisse continuis annis vsqve actum apud S. Germanum Anno Dom. M. CC. LXX. primo XIII Kalend. Maji Imperio vacante Heinrico de Rarognia feliciter Episcopante. — Hic cum Petro Comite Sabaudiæ decennio bellum intestinum sustinuit. Nam Comes (testantur liber obituum Valleriæ) Castra de Monte ordeo, Arduno et Martigniaco, ac coeteras Sedunensis Ecclesiæ terras, a Morgia inferius violenter occupauit. Castrum autem de Brignion ad sui tuitionem ædificavit, sed castra Martigniaci et Ardoîn diruit. Verum paulo post Episcopus resumptis viribus, primo castrum montis ordei recuperavit. Castrum autem de Brignion a Comite præfato constructum destruxit. Tandem pace comperta castrum Martigniaci a Comite destructum sumptuoso opere reædificare coepit, omni terra et iurisdictione Ecclesiæ suæ restituta migravit.

E Tomo XLIII. p. 691–720 Collectionis dipl. Hallerianæ in Museo bernensi. Est vero titulus dicti Ms. talis: Catalogus Dominorum Episcoporum Sedunensium quorum nomina tam historiographi, quam tabula Valeriæ ex libro obituum contexta recensuerunt, tum vero maxime eorum quorum peruetusta instrumenta Valleriæ, ac etiam coenobii Sancti Mauritii mentionem faciunt. In hunc subsequentem ordinem redactus per me Petrum Branschen, Can. Sed. et pastorem Leucæ scriptus et Hildebrando Episcopo Sedun. traditus est hic Catalogus, die 19 Januarii Anno 1376.

743. *Statuta Petri Comitis Sabaudiæ, de administratione juris publici, de causidicis et de Notariis in terris dominii sui.* **Sine ullo dato: inter 1265 et 1267 inclus.**

In dorso codicis: „Sunt Statuta. Petrus Comes.“

Nos Petrus Comes Sabaudie et in italia marchio. Vniuersis presentes litteras inspecturis, rei geste noticiam et salutem. notum cupimus fieri vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos volentes prouidere vtilitati, nec non expensis atque laboribus hominum omnium tam nobilium quam innobilium atque clericorum seu religiosorum, burgensium, rusticorum seu agricolarum et omnium aliorum tocius Comitatus Sabaudie, in iudiciis causis et litibus, rancunis et queremoniis, que fiunt uel in futurum fieri possent seu moueri intenduntur inter ipsos.

dicta iudicia causas et lites, rancunas et queremonias quomodocunque predicta fierent et mouerentur inter ipsos, agendo, accusando, in requirendo et denunciando, excipiendo vel in aliquo quocumque modo. de uoluntate et consensu nobilium et innobilium Comitatus Sabaudie et burgundie sic statuimus et ordinamus:

De causis rusticorum et miserabilium personarum.

In primis statuimus enim quod cause rusticorum, uiduarum et orphanorum, peregrinorum, transientium et mercatorum, extraneorum et miserabilium personarum, sine scriptis et libelli oblatione, absque dilatione decidantur et terminentur per iudicem nostrum, habita tamen a iudice ratione personarum et cause, et saluo quod iudex noster Comitatus Sabaudie ex officio suo peticiones predictorum redigat in scriptis in libro curie nostre et responsiones eciam et sententias et conscriptum ipsorum in scriptis tradat si petatur ab eis sine mora et dilatione, processuris in predictis causis. nisi fuerit causa minor XXX sol. que uolumus terminari et decidi per dictum iudicem sine aliquibus scriptis.

De causis impotentium terminandis.

Item: statuimus quod si aliquis pauper homo comitatus propter potentiam aduersarii sui uel propter paupertatem suam non possit tenere uel contrectare causam suam. quod iudex noster ex officio suo inquirat de iure ipsius pauperis uel impotentis, uocato reo et inquisita ueritate ab eo, ius suum pauperis hominis uel impotentis integriter reddat et restituat, seu reddi et restitui faciat, pauperem et impotentem intelligimus arbitrio iudicis.

De causis in quibus libellus non offertur.

Item: statuimus quod omnes alie cause que movebuntur et fient de cetero in comitatu Sabaudie inter predictos homines comitatus que non ascendunt summam C. solidorum fortium, cuiusque condicionis fuerint, decidantur et terminentur sine libelli oblatione et salvo semper quod iudex peticiones actoris in scriptis redigat in libro suo, uel in actis curie, et responsiones et eciam sententiam nisi causa illa esset minor XXX sol. et causa illa decidatur sine aliquibus scriptis per dictum iudicem.

De causis in quibus offertur libellus.

Item: statuimus quod in omnibus causis litibus et controuersiis que mouebuntur et fient inter predictos homines ad-

scendentibus summam C. sol. fortium offeratur libellus sive peticio in scriptis, si petatur a reo.

De exceptionibus dilatoriis non admittendis.

Item: statuimus et ordinamus quod postquam partes ydonee et legitime fuerint coram iudice quod nulla exceptio dilatoria vel cauillatio proponatur que possit litis contestationem seu contestationes impedire.

De injuriis dictis coram iudice.

Item: statuimus quod si aliquis dixerit iniuriam seu uerba contumeliosa uel iniuriosa coram curia uel iudice nostro, incontinenti soluat pro bampno XL. sol. vienn. uel statim satisdet ydonee de ipsis soluendis infra decem dies. et si satisdare non potuerit, fustigetur per uillam uel ponatur *ou pilorit*, uel interdicatur sibi terra secundum offensam, uel incarceretur, secundum qualitatem preterea et nichilominus emendetur iniuriam passo.

De litis contestatione.

Item: statuimus quod si petitio de cetero fiat coram iudice ab aliquo alicui reo et responsio subsequatur, licet predicta non fuerint in scriptis curie, ualeant perinde ac si predicta scripta essent in libro curie si predicta possint probari per duos testes.

De officio aduocatorum.

Item: statuimus quod post sacramentum calumpnie nullus advocatus det consilium parti sue in responsionibus faciendis posicionibus alicujus partis. et si quis fecerit. pro qualibet vice soluat pro bampno XX sol. nisi posiciones essent duplices ambigue uel obscure uel impertinentes. in quo casu possit aduocatus petere declarari posiciones parti sue de licentia iudicis tamen. hanc autem penam non incurrant auocati extranei nisi prius certificati fuerint de statuto. Ita statuimus quod. si aliquis auocatus clericus in dictam penam inciderit. ab aduocatione in dicta curia nostra uel coram iudice nostro repellatur donec predictam soluerit penam.

De pignorationibus.

Item: statuimus quod nullus dicti comitatus gagiet uel pignoret pro aliquo debito sua auctoritate. nisi in causis concessis a iure, uel pro censu, uel pro seruicio annuali confessato uel pignoretur aliquis inuentus in fondo alieno dando dampnum. et si quis fecerit soluat LX sol. pro bampno. et

incontinenti dictum pignus reddat et restituat gagiato seu pignorato, probata pignoratione uel gagiatione, et omne dampnum quod inde habuerit uel receperit sacramento pignorationis, facta prius cassatione iudicis.

De spoliationibus et iniuriis.

Item: statuimus quod nullus dicti comitatus spoliet uel deuestiat alium sua autoritate alicuius rei possessione mobili uel immobili. quod si quis quidem fecerit, soluat pro bampno LX. sol. et incontinenti possessio restituatur spoliato. probata spoliatione ab eo. et omne dampnum quod inde fecerit uel sustinuerit spoliatus, facta prius cassatione iudicis.

De iniuriis.

Item: statuimus, quod in causa uiolencie, injurie, a quocunque facte procedatur simpliciter et de plano sine strepitu iudicii et libelli oblatione, et inquisita ueritate ipsam iudex faciat emendari et puniat uiolenciam iniuriantis secundum qualitatem personarum, denunciacione tantum alicuius vel fama publica procedente iniuriantis vel iniuriati, et secundum qualitatem iniurie uel uiolencie.

De notariis.

Item: statuimus quod omnes notarii siue tabelliones qui fecerint vel facere uoluerint instrumenta uel cartas. examinentur per iudicem nostrum. et inquiratur si intelligunt grammaticam et latinum et ea que pertinent ad officium notarie uel tabellionatus. et si qui reperiantur qui predicta sciant admittantur ad instrumenta vel cartas conficiendas. alioquin repellantur a dicto officio exercendo donec docti et instructi in dicto officio fuerint et experti. Item, statuimus quod nullus tabellio fiat a nobis uel successoribus nostris. donec examinetur uel inquiratur per aliquem iurisperitum. si est ydoneus uel erit ad dictum officium exercendum. Item. statuimus quod omnes notarii seu tabelliones qui sunt uel erunt in comitatu Sabaudie qui uoluerint facere cartas uel instrumenta. ea primo inbrevient in cartulariis suis et omnia ponant in breviatura que postea erunt in cartis uel instrumentis. et hec faciant dicti tabelliones antequam recitent uel narrent partibus ea de quibus erunt facturi instrumenta vel cartas. coram testibus uocatis et rogatis et coram partibus et post abreviaturam lectam coram testibus et partibus et approbatam. nichil addatur uel minuatur postea per tabelliones, de consilio iurisperiti uel sine eius consilio. de sustancia tamen contractus perficiatur.

Item: statuimus quod omnes tabelliones sive notarii habeant breviaria sua seu libros in quibus ponant inbreviaturas suas quas facient. ut diximus superius et ea dilligenter custodiant. ut. si opus esset. possit fieri collatio de instrumentis ad inbreviaturas, vel de inbreviaturis ad instrumenta. Item. statuimus quod omnes tabelliones qui erunt in Comitatu Sabaudie. postquam instrumenta uel carte fuerint abreuiate. teneantur facere cartas seu instrumenta infra mensem quo per ipsos fuerunt abreviata. alioquin soluent pro banno V sol. singulis mensibus donec instrumentum siue carta fuerit confecta.

De redditione cartarum et instrumentorum.

Item: statuimus quod omnes illi qui facient fieri instrumenta siue cartas alicui tabellioni teneantur ipsas redimere infra XV dies postquam requisiti fuerint a tabellione. qui si hoc non fecerint. soluant pro banno V. sol. et hoc singulis mensibus postquam fuerint requisiti. Item: statuimus quod quicumque de Comitatu Sabaudie habuerit litteras uel instrumenta sigillata sigillo nostro uel iudicis nostri. super aliquo debito uel contractu. incontinenti. ipso ostenso iudici nostro. teneatur iudex noster compellere reum ad solutionem faciendam uel rem tradendam que continebitur in dicta carta uel in litera. nisi reus posset probare solucionem uel aliam satisfactionem factam fuisse. uel dictam cartam seu instrumentum uel litteram de iure non valere. Item: statuimus quod in omni Instrumento seu carta quod uel que fient de cetero ab aliquo tabellione in Comitatu Sabaudie apponantur tres testes ad minus. fideles et qui agnoscant contrahentes si reperiri potuerunt. alioquin quod ponat duos quos reperire potuerit meliores et digniores.

De Periurio.

Item: statuimus quod omnes illi qui probati fuerunt uel conuicti de periurio in Comitatu Sabaudie. excepto sacramento calumpnie. soluant pro bampno LX. sol. nisi possent probare se iusta uel honesta causa deierasse *(pejerasse)*. Item: statutum est quod nulla carta fiat. seu instrumentum in nostro Comitatu Sabaudie de cetero rasa in aliqua parte.

De Notariis. quantum debent recuperare pro scriptura.

Item: statuimus quod pro cartis uel instrumentis que fient de cetero in Comitatu Sabaudie ab aliquibus tabellionibus seu notariis non recipiant tabelliones seu notarii ab illo qui fecerit fieri nisi duos denarios pro libra. eo saluo quod si carta facta

fuerit vsque ad LX. sol. uel infra. recipiat notarius pro carta et inbreuiatura VI. den. et si vltra processerit. vsque ad XII libras. recipiat pro qualibet libra II den. et si vltra XII. dictas libras vsque ad centum libras processerit. soluat pro qualibet libra I. den. et hoc intelligimus de quantitatibus que sunt a XII. libris vsque ad centum libras. et si vltra, soluat pro carta seu littera X. sol. monete in dicto instrumento con*tempte* nisi sint res immobiles. que habeant necesse terminari et pecuficari *(specificari?)* per duos testes vicinos *fondos*, et tunc habeat et percipiat notarius ad arbitrium iudicis et nichil vltra. et si vltra receperit. puniatur vt latro. Uerumtamen. si contrahentes uolunt tabellionem ducere extra uillam in qua moratur. recipiat pro labore suo pro qualibet leuga. XII denarios. Item. additum est emendando. declarando proximis statutis notariorum quod omnia instrumenta tabelliones in Comitatu Sabaudie debeant sigillo curie sigillare facta prius collatione coram iudice de inbreuiatura ad instrumenta et antequam sigillentur non adhibeatur fides predictis instrumentis. postquam vero sigillata fuerint habeant uim rei indicate et iudex teneatur ea executioni mandare. sine aliqua prestacione data. nisi reus probat solucionem uel opponat exceptionem perhentoriam. que post diffinitivam sententiam de iure posset opponi. aliter non admitatur. et si contigerit exceptionem perhentoriam opponi. que admitenda sit de iure. quelibet pars deponat tantam pecunie quantitatem quantam solueret pro datis de causis ordinariis. sententia autem lata super exceptione opposita *vicenti* suum depositum libere restituatur et ad dominum Comitem veniant. Item additum est quod quicunque est uel esse voluerit tabellio in Comitatu Sabaudie quod ipse iuret publice incontinenti se obseruaturum statuta supradicta ad litteram prout iacent. videl. illa statuta que facta sunt super tabellionatu, et quod ipse dicta statuta habeat secum. ut ea possit melius obseruare. que omnia et singula, nisi fecerit et obseruare noluerit. ab inde in anthea. non detur fides scripturis suis quas postea confecerit, et eciam contra eum procedatur. si hoc iudici uidebitur expedire de iure, et sicut ei uidebitur. — Item. additum est quod notarius siue tabellio vsque ad quantitatem XII. librarum habeat pro scriptura sua et pro inbreuiatura instrumenti VI denarios monete contente in dicto instrumento. et a XII libris supra vsque ad quantitatem LX. librarum XII. den. eiusdem monete. a LX. libris supra. quantumque quantitas adscendit. III sol. tamen

ejusdem monete in instrumento contente. — Item. ordinamus quod abinde in anthea quicunque uoluerit esse tabellio in Comitatu Sabaudie quociens inbreviabit instrumentum super rebus inmobilibus. uel fructibus uel redditibus ipsarum. quocumque contractu videl. quod ipse inquirat per iuramentum ab alienante seu alienantibus. conueniente seu conuenientibus iuratis dicere ueritatem. si dicte res quas alienare intendit uel intendunt sunt de dominio domini comitis Sabaudie uel feudo, uel albergamento uel *emphetiosi*. et si dictus comes debet ibi percipere *laudomina,* uel terragium. uel si sunt de dominio alicuius subditi ipsius, vel feudo et quidquid super hoc innenerit. scribat in registro suo alibi quam in breviatura. et postea dicat alicui de officiariis domini comitis per iuramentum videl. iudici vel ballivo vel castellano illius terre. Et illud idem dicat aliis dominis si requisitus fuerit super hoc ab eisdem. Ita quod nos et alii domini. per tales occultas alienationes. iure proprio non fraudemur. et etiam iuret quod posse suo non faciet aliquas occultas de cetero inbreviaturas nec instrumenta. super simulatis contractibus a partibus sine licencia iudicis. et hoc inquirat a partibus per iuramentum prestitum ab eisdem. qui autem predicta statuta facta circa tabelliones de servatura iurare noluerit. uel si iurauerit et ipsa noluerit obseruare penis subiaceat supradictis. Item. additum est quod quicunque sciens quod tabellio non uelit iurare. et abinde in anthea sibi fecerit fieri instrumenta. pro quolibet instrumento facto. soluat pro bampno LX. sol. et instrumento non detur fides.

De expensis datarum.

Item statutum est quod super qualibet causa que vertebitur coram iudice nostro leuentur expense de qualibet parte. pro qualibet libra VI. den. videl. in litis contestatione. medietas. scil. tres den. pro singula libra. pro qualibet parte. in fine litis coram iudice nostro uel per ipsum terminetur, alii tres den. siue alia medietas. et hoc intelligendum est si pecunia petatur. siue res alie que extimabuntur per sententiam vel preceptum iudicis.

De redemptione instrumentorum.

Item: statutum est quod quicunque uel quecunque instrumentum siue cartam. de quo uel de qua sibi plene satisfactum fuerit per octo dies postquam requisitus fuerit uel requisiti. retinuerint uel non reddiderint. a dictis octo diebus ulterius

soluat pro bampno V. solidos pro qualibet die qua reddere cessauerit. nisi se excusare possit aliqua necessitate. uel quia amisit instrumentum uel alia iusta de causa quacunque instrumentum siue cartam se amisisse dicat. necesse habeat amissionem vel necessitatem asserere iuramento. et iuret se amisisse. teneatur suis propriis sumptibus facere instrumentum contestationis et pacis et finis et ipsum instrumentum debiti quotiencunque inueniri potuerit restituere debitori.

De redditione pignorum.

Item: additum est quod creditores uel creditrices, pignora que sibi redduntur a suis debitoribus uel fideiussoribus seruare teneantur et custodire antequam ipsa uendant. octo dierum spacio a tempore redditionis numerandorum et illi quorum pignora sunt uel pignora reddiderunt ipsa recuperare possint semper infra VIII dies. sine aliquo lucro uel gratia hoc saluo. quod si pignus tale est quod comedat uel expendat. comestiones possit recuperare dictus creditor cum suo debito. quo octo dierum spacio transacto, dicti creditores pignora uendere possunt legaliter. omni frande exclusa. publice in mercato. facta preconisatione per totum mercatum. et non alia die quam die fori. — Item: additum est quod quicunque uel quecunque pignus emerit per octo dies post a tempore emptionis numerandos ipsum pignus emptum penes se seruare seu custodire teneatur et ille qui pignus reddiderit, uel cuius est. ipsum ab emptore recuperare possit. precio quo is dedit emptor. semper infra octo dies sine aliquo lucro et sine gratia. hoc idem si pignus tale fuerit quod comedat. expensas et comestiones recuperare possit dictus emptor cum precio supradicto.

(Manus, indicem protendens:)

Autenticum deperditum. In Archivo Camerali Taur. Invent. Contractuum cum principibus forensibus, fragmentum mutilum. Copia integra sed mendosa in «Mem. et Doc. de la Société hist. de la Suisse Romande, T. I. **213-227.**» *deprompta e Mscpto membranaceo, nec sigillato, neque vidimato, et sine ullo dato.*

744. 1264-65-66- vel 1267. Maji 24 vel 29.

Majus. VIIII Kal. (Junii) O. Rwodolfus Comes Gebenn.

Obituar. Monaster. St. Mariæ Habundantiæ in Arch. aul. Taurin.

Maii.

IIII Kal. (Junii) Obiit Rodolphus Comes Gebenn. pro cujus anniversario XXX sol.

Obit. S. Petri Gebenn. Coll. dipl. Mallet.

745. De donationibus Amedei Comitis, Cæciliæ comitissæ factis. **1268. Januarii 19.**

Auditio aliquorum testium, ex parte Petri Comitis Sabaudiæ, in probationem aut reprobationem quorumdam contractuum illic designatorum, et productorum ex parte Cæciliæ Comitissæ, relictæ Amedei quondam Comitis Sabaudiæ, in argumentum legati seu donationis facti vel factæ in favorem ipsius in testamento defuncti conjugis ejus, Amedei Comitis, quo legato donantur dictæ Cæciliæ castra Montis Meliani, et Rupeculæ, et Terra Tarentasiæ.

Archiv. Camerale, Tom. CVII. Computi Castell. Montis Meliani. Pingon, fol. 402.

746. Excerpta e Computo Petri de Sassons castellani de Contesio, a festo purificationis b. Marie Virginis, anno domini M°. CC°. LX°. VI°., usque ad idem festum anno sequente, videl. de vno anno integro.

1268. Februarii 2. Contesii.

Idem libravit in expensam domini apud Contesium in anno predicto (vid. MCCLXVII. St. vulgaris) per litteras Domini Hugonis de Grandimonte, tunc castellani Chillon. III mod. (frumenti) qui non allocabantur eidem in predicto anno etc. — Facte librat. in expens. ejusdem domini hoc anno die Sabbathi post festum b. luce euangeliste p. litteram Vincencii IIII mod. IX. fesch. etc.

Siligo. Menede: de Mauricio de Surnil. etc. apud Ardon, etc. V menede. Item computat.... in stipendium suis pro custodia castri tenentis *(lacuna)* duodecim tam seruientes quam gaitas. per convencionem factam cum eo per annum XXXVI lib. s. I. calumpniatur sibi debere allocari pro hoc anno et anno decedente. quasi *(lac.)* et stipendia suis quinquaginta libr. *(lac.)* in puteo de castro auriendo. curando et vno ingenio ad extrahendam aquam *(lac.)* vt in particulari LXXIX. s. VII den. et ob. in uno muro cum archeriis longitudinis XII tesarum pissitudinis vnius pedis *(lac.)* preter calcem et altitudinem duarum tesarum et residuum videl. septem tese a parte inferiori versus portam burgi *(lac.)* Munitionem istarum executor nominatur Magr. Will de deseler, et summa expense in fine exponitur LXII lb. VII s. IIII den. Maur......... Item petit (Castellanus) sibi alloeari VIII lb. V. s. quos soluit apud Sedunum p. expensis Aymonis de turre. Dni P. de Haent.

Willmi de Ventona. Radli de Contesio et petri de Chamosun pro ostagiis que convenerunt ibidem quando episcopus Sedun. dixit treugam sibi fractam fuisse per captionem trium hominum ducenium bladum apud sedunum qui capiebantur apud S. Mauricium. — Que allocaciones sibi allocande XXXII lb. XV s. et X den. — Quos si Dns velit sibi allocare — debebit Dns eidem XXV *(defectus.)*

Idem reddit computum de III balistis ad T. II m. de XXVIII balistis ad duos pedes. — Et I balista ad I pedem. Et de XIII paribus cr...*(delet.)* ad balist. et *(lac.)* turris ad balist. ret. de rem. comp. sui anni precedentis. ret. de predicto rem.

Item redd. comp. de CCL. carrellis ad turrim de predicto rem.

Idem redd. comp. de VII grumisell. filiis ad fac. cordas balistarias rec. de predicto rem. Expendebatur ad *(deleta vox)* cordas *(lacuna deleta)*.

Item reddit comp. de $\overset{C}{VIII}$ VIII Carell ad turrim siue flechonibus De $\overset{XX}{VIII}$ IIII flechonibus ad eosdem. ret. de predicto rem.

Idem redd. comp. de $\overset{M}{II}\ \overset{C}{VI}$ XX. carrell. ad duos pedes inferratis et non inferratis. redd. de eodem rem. qui impennabantur.... in idem *(longa lacuna)*. Et inferratis et inpennatis. ret. de eodem rem. — de $\overset{M}{XXXI}\ \overset{C}{V}$ XLII carrellis ad duos pedes sive flechonibus. et de $\overset{M}{XVIII}\ \overset{C}{V}$ flechonibus ad e *(margo avulsus)* rem.

De clauibus carrell. siue flechonibus, et flechonibus siue carellis preparabantur et inflechiebantur $\overset{C}{VII}$ VI. et sic ef *(margo avulsus)* rellorum paratorum et inflechiatorum $\overset{M}{VII}\ \overset{IX}{C}$ LIII carella. — de quibus expendebatur per tres dies quando episcopus Sedun fuit e *(margo avulsus)* rem. MM. $\overset{C}{II}$ LIII carrell. inflech. et parati. Et remisit $\overset{M}{XXXI}$ XXXVI. carrella sive flechones. Et $\overset{M}{XVI}\ \overset{VIII}{C}\ \overset{XX}{IIII}$ XIIII *(def. marg.)*

Idem redd. computum de I lorica I ebioto. IX. taratiis. de I parva et pua (?) culcitra. II doliis ad vinum. de IIII Arch. cum armigeris bonis. *(def. marg.)* I. parva caldera. de I. cathena putei et I. cathena ad pontem levandum. de II. barrillis pro gotuflo et V. fiolis vitreis in quarum *(def. marg.)* XXI. mantellis ad deffendendum. de I. ponzone. de I. brochia ferrea. de IIII carrellis de acero. de I. incude ad inferranda carrella. de VII ter. *(def. marg.)* de II. fundis de corio siue cordis. de II. fusatis fili ad cordas ingeniorum. de I. nilia. et I. ferro

ad molendum. de I. serrura sine clave *(def. marg.)* rem. — Et rem. Idem reddit comp. de duobus scutis quorum *vnus* erat ad arma comitis leicestre. *qui* dabatur per dominum. dno Hugoni de palasuel et *alius* Desterraniac.

Idem redd. comp. de vno sacco de plumis ad impenandas flechas. Expendebatur ad impenand. supra dictorum carrell.

Idem redd. comput. de uno bisacuto. ret. de predicto. rem. de quo ferrabantur due sicule ad extrahendam aquam de puteo. — Idem redd. de I. grossa corda de sex tesis et de I. alia grossa de XIII tesis. ret. de predicto rem. — Et rem. Idem redd. comp. de X. tesis corde subtilioris. ret. de eod. rem. ponebantur ad extrahendam aquam de puteo. — Idem redd. comp. de III. cor. aptatis. de. CI. pellibus albis de sue. de. XXIX. tam cauillis quam anulis ferreis ad leodegaire ad ejus interior *(def. chartæ)* ad perticas vigeriarum — de boeciis ferreis ad ingenia de X. cunillis ferreis ad rucias. ret. de pdco. rem. Idem redd. comp. de I. destendiour ingenii. ret. eod. remisit. frangebatur et ponebatur ad fossandum supradictas duas siculas.

Idem reddit comp. de VI. plattis et II laudis ferreis de. I. pala ferrea. ret. de eod. rem. — Et rem. Idem redd. comp. de. V. palis ferreis. I. malleo ferreo. II. pressis. II. fossoribus. I. pichia. III. martellis. VIII. crucibus ferreis. que omnia servabantur. *(def. marg.)* trenchiatam apud contesium et injunctum est castellano quod hec omnia recuperet de predicto p. nuccone.

Idem redd. comp. de III. clatis guruteis et. II. fundis de corio. ret. de predicto rem. — Et rem.

(Charta chartacea, laceratissima, margine posteriori avulso, in Archivo Camerali Taurin Anno a festo S. Paschæ computato.)

746. a. *Excerpta e Computo Aymonis de Herdes de exitibus Contesii, a festo purificationis b. Marie virg. Anno M°. CC°. LX°. sexto usque ad idem festum anno sequente, videl. de vno anno integro (annis sumtis sec. Stylum paschalem).*

Frumentum:.... omn. Expensa: VIII mod. IX fesch. siligo .... omn. II modios. Ordeum.... omn. I fesch. de red. Amedei de Civitate. Vinum: Aymoni de Salenche, castellano Chillonis, V mod. XIIII. sext. In hospicio domini apud Contesium in festo Apostolorum SS. Simonis et Jude, per litteram Vincencii

XVIII sext. Omnib. exp. XVIII mod. VI sext. et III quartos. — Cere. I lb. Piperi II lb. Cumini I lb.

Denarii. Tallia de Nenda, de brignon et de Cloybi, etc.

Expense. pro Viudemiis ut anno superiori, $\overset{XX}{VI}$ homines per quasi I diem quorum quilibet debet habere cibum valentem II den. et ob.... Omnes expense, XXI lb. VI den. maur. scil. expense: petro de Sasson castellano Contesii IIII lb. Aymoni de Salanche Castellano Chillionis IIII lb. XVI s. VI d. et ob. Omnes librate VIII lib. XVI s. VI den. et ob. Omn. expense et librate XII lb. et X den. et ob. Et omnia XXI lb. VI den. et ob. *Arch. Camer. Taur.*

746. b. **1268. Februarii 2.**

Aymo Episcopus Gebennensis ratam habet permutationem Castri de Commugny per Abbatem et conventum S. Mauritii Agaunensis factam Petro Comiti Sabaudiæ. Actum Gebennis, Anno Domini M°. CC°. LXV°. In festo b. Mariæ candelarum.

(Fallit notarius in anno: scribitur in indice Archivi annus 1267, et recte, secundum stylum paschalem. Ascendit enim Cathedram Episcopalem, Aymo Episcopus in dimidia posteriori anni 1267, et obiit Petrus Comes Mense Maji anni 1268. Nullum ergo festum candelarum coincidit cum regnis amborum principum, nisi illud anni vulgaris 1268, quod vero, secundum stylum paschalem, adscribebatur millesimo 1267.)

Index feud. Waudens. Fasc. 1. Convol. 2. N°. 18.

747. **1268. Mense Februarii.**

Johannes Episcopus Lausann. concedit Julianæ de Villars, ut fundat coenobium sanctimonialium religionis St. Bernhardi prope Rotundum montem, cui imposuit nomen coenobii filiarum Dei. *Ex archiviis reip. Friburgensis.*

748. *Placita coram Rege apud Westmonasterium, a die Pasche in quindecim dies, anno quinquagesimo secundo (regni Henrici III).* **1268. Aprilis 22. Westmonasterium.**

Essex. Petrus de Sabaudia optulit se versus Will. le Porter et multos alios de placito quare ipsi simul cum aliis boscum ipsius Petri de Cesterhunte in turbacione habita in regno succiderunt et vendiderunt. Ideo preceptum fuit vice comiti quod distringat eos, et cetera, et quod haberet corpora et cetera. Rot. 14.

Abbreviatio Placitorum, p. 177b. Inter «Records of the Tower.»

749. *Testamentum Petri Comitis Sabaudiæ.*

1268. Maii 7. Sine loco.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, in crastino B. Joannis Evangeliste ante Portam Latinam, Nos Petrus Comes Sabaudie, sani mente, licet egri corpore, preuidere mortis casus uolentes, nolentes decedere intestati de bonis et rebus nostris, ordinamus et disponimus in hunc modum. In primis uolumus et precipimus debita nostra integraliter persolui et clamores sedari, et emendari per Executores nostros infrascriptos et ad ipsa debita solvenda, et clamores emendandos et pacificandos ad arbitrium dictorum Executorum oneramus heredes nostros infrascriptos modo et forma infrascriptis: sepulturam nostram eligimus apud Altam combam. Beatricem Karissimam Filiam nostram, vxorem ill. uiri Dalphini Viennensis et Albon. heredem nostram instituimus in tota terra nostra, quam habemus in Gebennesio et in Uuaudo, usque ad Mosternensem et in Alemania, quocunque titulo in predictis terris aliquid possideamus, uel quasi, excepto iure quod habemus apud Seyssellum et Montemfalconem. Item damus et legamus eidem Beatrici filie nostre homagium quo tenetur nobis Albertus Dominus de Turre, cum feudis que a nobis tenet. Item feudum quod a nobis tenet Comes Forensis. Item castra S. Ragimberti et de Lompnes cum mandamentis et pertinenciis vniuersis, et feuda que a nobis tenentur apud Royomont et ipsam heredem instituimus in omnibus et singulis predictis. Item damus et legamus dilectis nepotibus nostris, filiis Dom. Thome de Sabaudia, Karissimi fratris nostri, Uillam francham in terra Pedemontis, et ius quod habemus in ipso castro et pertinenciis eiusdem, et terram quam habemus in Essex et in honore Aquile in Anglia. Item Kar^{me} Domine nostre Alienore Regine Anglie damus et legamus Comitatum Richemundensem, ita tamen quod ipsa soluat et satisfaciat integraliter de omnibus debitis quibus tenemur Mameto Spine et eius sociis civibus et mercatoribus florentinis. In Comitatu autem Sabaudie et in aliis bonis nostris, tam vltra Montes quam citra, vbicumque existentibus heredem nostrum facimus et instituimus Karissimum fratrem nostrum Philippum de Sabaudia Comitem Burgundie, exceptis legatis et eleemosinis que inferius continentur. et si ipsum Comitem decedere contingeret sine liberis masculis. quandocumque substituimus eidem in predicto Comitatu et omnibus aliis predictos

Nepotes nostros, vel ipsorum alii superstiti predicta omnia devoluantur et restituantur, sine restitutione uel diminutione quarte Trebellianice, uel alterius cuiuscumque. Item domino de Turre remittimus et quittamus gageriam quam ab ipso habemus apud Burgundum, et eciam debitum quo nobis pro dicta gageria tenebatur. Item remittimus et quittamus filiis Rodulphi de Gebennis, dil. consanguineis nostris, MM. marcarum, de debito quo nobis tenentur, pro gageria quam habemus ab ipsis. Item turrim de Uiuesio cum omnibus suis pertinenciis damus et legamus dil. et fid. nostro Domiuo Hugoni de Paleysiux. Item dilecte vxori nostre Agneti Domine Fucigniaci damus et legamus ad uitam suam Castra de Versoya, de Alingio, de Fisterna, de Charossa, de Albona, cum eorum pertinenciis vniuersis. Item Domine Margarete Comitisse de Quiburgo Kar^me^ Sorori notre damus et legamus D libras Vienn. annuas, ad uitam suam percipiendas in pedagio Uille noue pro MM. marchis argenti quas habuimus ab eadem. Item B. filiam Amedei Comitis Kar^mi^ fratris nostri quondam uolumus et precipimus dotari et maritari decenter vsque ad summam VII millium librarum Vienn. per Comitem Burgundie supradictum. Bremueriam uero fructuariam et paleam, quam consueuimus tam nos quam predecessores nostri percipere in Comitatu Sabaudie, totaliter quittamus et remittimus pro nobis et heredibus nostris. Domui quoque Altecombe pro remedio auime nostre damus et legamus CC. libras Vienn. pro emendis decem libratis terre pro Aniversario ibidem annuo faciendo. Item Ecclesie B. Joannis Baptiste Bellicensis damus et legamus CC. libras Vienn. pro eodem et ad supplendum illud quod per nos iamdiu extitit assignatum ad sustentationem vnius lampadis ante Altare B. Joannis. ibidem damus XV libras Vienn. Item Abbatie S. Sulpicii damus et legamus L libras Vienn. Domui Carthusie LX libras, Domui Arverie XXX lib. Abbatie monialium de Bons L lib. Abbatie Bituminis L lib. Operi pontis Petre Castri XL lib. Hospitali Montis Cenisii XXX lib. hospitali Montis Bernardi Domum nostram de Londonia cum eius pertinenciis. hospitali columne Jouis XX lib. Abbatie S. Mauricii Agaunensis C. lib. hospitali Uille noue XX lib. Item Ecclesie B. Petri de Gebennis XX lib. fratribus predicatoribus ibidem XX lib. fratribus Minoribus ibidem XX lib. Ecclesie b. Marie Lausann. XXX lib. fratribus predicatoribus ibidem XX lib. fratribus Minoribus ibidem XX lib. Fratribus minoribus de Chamberiaco XX lib. Item Dom°. Sofredo de Amaisino CCC lib. Dom°. Guigoni de

Garnerens C. lib. Dom°. Petro de Chassiz C. lib. Dom°. Humberto de Montreal L lib. et precipimus sibi solui XXX marchas arg. quas dicit sibi deberi pro quibusdam expensis per eum factis in municione de Peuensey. Dom°. Petro Capellano nostro LX lib. Vincencio. de Petra Castri LX lib. Hugoni de S. Mauricio L lib. Petro de Secusia XL lib. Roberto de Salins LX lib. et precipimus sibi solui illud quod sibi debemus. Theobaldo de Rotomago soluantur LX lib. quas ei debemus. Roleto de Billens damus et legamus X lib. Lausann. annuas in furnis nostris de Meuduno. Jaqueto de Bussy damus L. lib. barberio nostro XXX lib. Stephano Cotto XXX lib. et precipimus ei solui XLV lib. Lausann. quas sibi debemus. Jaqueto de S. Jorio XXX lib. Petro de Prissio XXX lib. Willermo de Prissio XXX lib. Roleto de Mussie XXX lib. Petro de Meuduno XXX lib. Gerardo de valle Transuersi XL lib. Aymoni de Boza XXX lib. Antelmo de Amaisino XL lib. et emendetur sibi vnus equus quem amisit hoc anno in nostro seruitio. Aymonem de Fucigniaco committimus Sorori sue Domine Fucigniaci quod eidem prouideat competenter. Petro de Frigie XX libras. Jaqueto de Sergie XX lib. Putondo XX lib. Gualtero Cotto XL lib. Joanni de S. Eugendo X lib. Sobine scissori X lib. Vernisto XX lib. Stephano Forratori XV. Willermo de Lucingia X lib. Petro de Valen: X lib. Petro Grossi C. florenos. Joanni de Garderoba XX lib. Galtero Alamanno XXX lib. Omnia autem onera, legata et debita superius contenta, et omnia debita nostra ubique ea debeamus citra mare Anglicum, volumus quod predicti heredes nostri filia et frater, soluant medietatem omnium quilibet, et pro media parte quilibet ipsorum satisfaciat vniuersis et si quis heredum predictorum partem suam debitorum et clamorum non soluerit, vel de ea satisfacere noluerit, ad arbitrium Executorum infrascriptorum partem non obtemperantis uoluntati et ordinationi nostre huiusmodi ex nunc adimimus, attribuentes eam totaliter alii uolenti et complenti voluntatem et ordinationem nostram supradictam. De dominio autem, quod petebat a nobis Ven. pater Dominus Aymo Episcopus Gebennensis pro feudo, quod dicit, quod ab ipso tenere debemus, uolumus, quod heredes nostri predicti sibi faciant quod debebunt. Item dom°. Petro de Aquablanca remittimus sex viginti libras Vienn. per Executores nostros. Executores autem huius vltime uoluntatis facimus et constituimus Ven. P. in Christo Dom. Tarentasien. Archiepiscopum, Dom. Episcopum Gebennarum, Abbatem Altecombe, Priorem Lustriaci, Dom. Hugonem

de Paleysuel, ballivum nostrum in Vuaudo. Dom. Sofredum de Amaysino ballivum nostrum in Sabaudia, Berlionem de Amaysino et Thomam de Rossillione clientes nostros, et precipimus omnibus nostris fidelibus nobilibus et ignobilibus, sub fide qua nobis tenentur, quod predictis Executoribus nostris ad complendam hanc nostram vltimam uoluntatem prestent consilium quandocumque poterunt et iuvamen. Hanc autem nostram vltimam uoluntatem ualere uolumus iure testamenti in scriptis, vel nuncupatiui, vel iure cuiuslibet vltime uoluntatis, et iure Codicillorum, et eo melius quo ualere poterit, secundum iura ciuilia, vel canonicas sanctiones, et huic cum subscripcione nostra et testium subscriptorum, sigillum nostrum apponimus in testimonium ueritatis. In Anglia uero facimus Executores nostros, Karissimam Dominam nostram, ill. Reginam Anglie, et Dom. Guichardum de Charron militem per ordinationem huiusmodi nostram exequendam ibidem, et si qua alia testamenta reperiantur a nobis prius facta, reuocamus ea, et istud testamentum solum valere uolumus vt supra est expressum. Item uigesimam que leuabatur in mandamento de Moutemeliano, ad firmandum castrum ejusdem loci remittimus et quittamus, et precipimus quod ea que iam levata erant, restituantur. Item Abbatie Stamedei damus et legamus pro remedio anime nostre, L. lib. Item domui Aillonis XXX libras. Item domui de Pomiers XX lib. Item domui Repositorii XX lib. Item domui de Aujone XX lib. Item domui Mairiaci XX lib. Item domui Portarum XX lib. Abbatie de Cheystri XXX lib. Abbatie Bonimontis XXX lib. Abbatie de Altacrista XXX lib. Domui de Valon XX lib. Item Hugoni Dorchi damus et legamus XX lib. H. Cassino XX libras. Item predicte B. filie nostre damus et legamus cum suprascriptis quidquid habemus apud Dorchiam et in Micalia, tam in dominicaturis quam feudis, homagiis et aliis vniuersis. Item damus et legamus Abbatie S. Michaelis Clusiaci, pro vno anniversario acquirendo C. libras Vienn. Item domui Vallis S. Benedicti XXX lib. Abbatie S. Iusti Secusie XL. lib. Ecclesie B. Joannis Maurianen. XL. lib. Item Ecclesie S. Petri Tarantasiensis et canonicis et Ecclesie secularibus ibidem L lib. Ecclesie et Capitulo Augustensi L lib. et precipimus quod querelas quas faciebat de nobis Episcopus Augustensis sedare debeat et pacificare Comes Burgundie heres noster, ita quod de eis sine peccato remaneamus. Item Abbatie Alpensi damus et legamus XL lib. Abbatie Abundantie XL. lib. Abbatie Filiaci XXX lib. Sanctimonialibus de Bellaripa

XXX lib. Abbatie de Siz XXX lib. Item ubi supra diximus quod soror nostra Comitissa de Kiburgo habeat ad uitam suam D. libras Vienn. in pedagio nostro Villenoue intendimus et uolumus, quod illi quibus tenemur et quibus suam solutionem assignauimus supra pedagium supradictum prius soluantur integraliter de debito supradicto. Item castra nostra de Falaverio et de Dentesiaco damus et legamus predicte filie nostre cum eorum mandamentis et pertinenciis vniuersis. Quod autem superius diximus quod heredes nostri predicti, legata debita et clamores· debeant soluere quilibet pro dimidia parte. Intelligimus de omnibus debitis et clamoribus, excepto quod Comes Burgundie solus soluere debeat dotem predicte B. filie Comitis Amedei usque ad summam superius dictam et residuum debebit assignare, si tamen dictus Comes obseruare uoluerit conuentionem seu composicionem factam inter nos et filiam predicti Comitis Amedei. Si vero dictus Comes predicta obseruare noluerit, predicte filie in Comitatu Sabaudie ius suum saluum sibi remaneat, sicut ante cessionem, quam nobis dicta filia fecerat de predicto Comitatu. et iuramentum remittimus eidem. Item Ecclesie Paterniaci damus et legamus pro remedio anime nostre L. libras Viennenses.

Nos girardus officialis gebenn. huic testamento tempore aperture et publicationis ipsius sigillum curie nostre apposuimus rogati subscripsimus et signum fecimus *(Monogramma, deperditum vero sigillum).*

Nos Gy. decanus alingii, huic testamento etc. *(ut supra, Monogramma: deest sigillum).*

Ego Donatus clauelli curatus sci ypoliti. huic. etc. *(ut supra; extat Monogramma, deest sigillum).*

Nos Guillielmus de prillie, huic etc. *(ut supra, deest sig:)*

Ego Bèneventura de compexio, iuris ciuilis professor. huic testamento etc. *(extant. Monagramma et sigillum).*

Nos petrus Com. Sabaud huic testamento nostro sigillum nostrum apposuimus et subscr. nostrum signum fecimus + *(Sigillum penitus elapsum.)*

Nos Johes Eps bellicensis huic testamento sigillum nostrum apposuimus et rogati subscripsimus et signum nostrum fecimus. *(Monogramma sed deest sigillum.)*

Nos p. abbas alpium huic etc. *(ut supra: deest sig.)*

Nos Will^s. prior bellicen. huic etc .*(ut supra: deest sig.)*

(Sequitur testimonium, cuius pars a membrana avulsa

est, cum nomine et Monogrammate: Extat pars sigilli cum Prælato stante, circumscriptione vero elapsa.)

...... frater Martinus yspanus de ordine fratrum predicatorum, huic testamento tempore aperture etc. *(ut priores testes. Maximum Monogrammatum, caret sigillo).*

Ego Martinus capellanus dne B. comitisse huic etc. *(ut superiores testes. pendet sigillum bene servatum).*

Nos Guill[s]. pposit. sci andree gronopol. huic testamento etc. *(ut priores, deest sigillum).*

Ego laurentius briost *(s. Buan)* de papia *(d'ppia)* Juris civilis professor huic testamento etc. *(ut supra. deest sig.).*

Nos Will[s]. prior paterniacensis huic testamento sigillum nostrum apposuimus et rogati subscripsimus et signum nostrum fecimus. *(Monogramma, sed nullum sigillum.)*

Nos Will[s]. Archidiaconus bellicensis huic etc. *(ut antecedens.)*

Nos petrus Sacrista bell. huic etc. *(ut superiores: deest sigillum).*

Ego p. capellanus domini Comitis Sabaudie huic testamento sigillum meum apposui et rogatus subscripsi et signum feci.

(Omnia hæc octodecim testimonia et Monogrammata extant in dorso testamenti, in tres partes segregata, et partim ordine solito, partim ordine transverso inscripta, ita, ut ordo dignitatum parum observari potest.)

Testamenta Comitem et Principum Sabaud. Fasc. 1. N^{0}. 16. Guichenon, Prob. pag. 75-77. aliquid defectuose.

750. De dote filiæ Thomæ de Sabaudia Comitis.

1268. Maji 10. Westmonasterium.

Rex omnibus etc. Salutem. Sciatis quod magr. Gifferus camerarius ven. Patris O. S[ti]. Adriani diaconi Cardinalis, apost. sedis legati, per preceptum nostrum recepit D. Marcas ad opus dil. nobis filie Thome, quondam comitis Sabaudie, quas sibi concessimus ad se maritandam, de dono nostro, de decima nobis in regno nostro concessa, videl. *(sequitur assignatio dictarum D. marcarum in quinque decimas ecclesiasticas.)* De quibus quidem D. marcis predictos cancellarium, decanum Robertum, priorem et abbatem penitus quietamus, et eas in predictis decimis volumus et faciemus allocari. In cujus, etc. Teste Rege, apud Westmonasterium, decimo die Maji, Anno regni nostri LII. ***Rymer 1. II. 208. Foed. 1. 475.***

751. *Codicilla Testamenti ultimi Petri Comitis.*

Codicillum primum.

1268. Maji 11. Petræcastelli.

Legamus vltra legata per nos in primo testamento nepotibus nostris Thome, Amedeo et Ludovico, filiis fratris nostri quondam Thome de Sabaudia Comitis, facta quidquid habemus et tenemus vel habere etc. in Anglia in terra Sussessia cum toto honore Aquile, preter comitatum seu honorem de Richemund, et domum nostram in Londra, que aliis duximus assignandos. Mandatur omnibus suis balliuis, castellanis, senescalcis etc. ut agnoscant dictos nepotes ut heredes sui. „Rogamus autem Regem et Reginam Anglie et Dominos Edwardum et Eadmundum filios Regis, ut amoris sui intuitu et ipsorum, dictos nepotes nostros benigne recipiant, ad predicta, et seisinam eorum eis tradi faciant liberam pacificam et quietam. Testibus, Aymone Episcopo Gebennensi. Berlione de Amasino. Thoma de Rossilione, etc. Actum apud Petracastellum, die Veneris post festum beati Johannis ante portam latinam, Anno Domini M°. CC°. LX°. octauo.

Invent. inscriptum; «Principi di Sangue.» Fasc. I. N°. 9. Ping. Chr. f. 403.

Codicillum secundum.

751. *a.* **1268. Maji 14. Petræcastelli.**

Nos Petrus Comes Sabaudie notum facimus vniuersis quod nos ad pacem tranquillitatem et concordiam successorum nostrorum et tocius Sabaudie Comitatus pretendentes. uolentes Karissimo fratri nostro ph. de Sabaudia Comiti Burgond. zelum nostrum federis in fine ostendere quod cum ipso habuimus et in uita certi et indubitantes de extrema dispositione nostra in qua Karissimam filiam nostram B. Dalphinam de Vienneisio et ipsum fratrem nostrum heredes instituimus in quibusdam bonis nostris in hac scriptura uel uoluntate nostra alia, sic duximus ordinandum. Videlicet quod si reperiatur dicta filia nostra heres instituta in iure quod habemus in Castro de Gebenn. et in castris de Falauerio et de Dentesiaco et de Sancto Benedicto de Lonnes uel ipsis castris cum eorum pertinenciis et in feudis uel homagiis — illustrium uirorum Comitis Foren. et domini de turre et domini de Jez qui nobis tenentur et predicta bona predicte filie legata seu donata a nobis aliquociens in aliquo testamento seu vltima uoluntate inueniantur. nos ei predicta vniuersa et singula. cum vniuersis

pertinenciis ex toto adimimus et auferimus et uoluntates alias super his reuocamus et ea predicta castra vniuersa et singula et feuda et homagia cum eorum pertinenciis. donamus et legamus predicto Karissimo fratri nostro ad habendum tenendum et possidendum sibi et heredibus post decessum meum. uolentes et mandantes et precipientes vniuersis et singulis in predictis castris aliqua de nobis tenentibus uel existentibus in eisdem et pertinenciis ipsorum et specialiter dicto domino Comiti Foren. et dicto domino de turre et domino de Jez quod predicto fratri nostro sint intendentes et respondentes de predictis omnibus si de nobis contingat humanitus prout nobis respondere aliquatenus tenebantur. Hanc igitur uoluntatem nostram ualere uolumus tam in adimendo quam in legando iure legatorum uel iure codicillorum uel vt donacionem inter uiuos uel eo iure canonico uel ciuili quo melius valere poterit et effectum habere. Testem autem ad hoc aduocauimus dominum Goffredum de Amaisino. dominum de Chassans milites. Thomam de Rossellone. Vincencium de Petracastello clericos et Girardum cochet. et nos predicti testes vna cum sigillo predicti Comitis de Sabaudia sigilla nostra ad instanciam ipsius huic scripto apponenda duximus in testimonium veritatis. Dat. ap. petram castellum die lune Rogat. Anno Domini M°. CC°. LX°. octauo.

Sigilla omnia delapsa: extant quinque ligula. Monogrammata nulla.

Invent. Testam. Comit. et Princip. Sabaudiæ, Fasc. 1. N°. 14.

752. OBITUS PETRI COMITIS SABAUDIÆ.

1268. Maji 16 vel 17. Petræcastelli.

1. *Monum. historiæ patriæ Script. I. col. 674. Chronica Abbatiæ Altæcombæ:*

Anno Domini MCCLXVIII. decimo septimo Kalendas iunii fuit hic tumulatus illustris ac strenuissimus vir dominus Petrus nonus Comes Sabaudie. Requiescat in pace. Amen.

2. *Necrologium Ecclesiæ S. Petri Gebennensis:*

XVI° Kalendas iunii obiit petrus comes sabaudie pro cuius anniversario XXII sol.

Testimonia erronea de die obitùs Petri Comitis Sabaudiæ.

1. Obituarium coenobii S. Mariæ Habundantiæ in Chablasio. Maii. VII Idus. O..... dominus petrus comes sabaudie.

2. *Pingon. Chron. Sab. Ms. fol. 403, cum citatione: «ex notis vetustissimis Altæcombæ:»*

IX Idus Maji eo anno sexagesimo octavo ad superos vita functus migravit.... sepultus Altæcombæ XVII Kal. Junii eo anno *(videl. Petrus Comes Sabaudiæ).*

Locum decessus Petri Comitis, Pingonius, solus inter scriptores, sed justissime, Petræ Castellum fuisse testatur, l. cit.

753. **1268. Maji 26.**

Juramentum fidelitatis et homagii ligii Petri domini de Beaufort, præstitum Agneti dominæ Fuciniaci relictæ Petri Comitis Sabaudiæ, in manus Willelmi de Carale et Aymonis de Salanchia, nunciorum dictæ dominæ Agnetis, pro omnibus rebus quas possidet in loco Lucia.

Invent. Prov. Sabaudiæ, Fasc. VII. Tit. Beaufort. N°. 14.

754. **1268. Junii 1. Viterbii.**

Breve Clementis IV, Pont. Max. ad plebanos Salutiarum et Centalli, ut, auctoritate apostolica investiti, citent in præsentiam suam et in locum, sibi securitatem personalem offerentem, Beatricem, relictam, Thomam, Amedeum, Ludovicum et Elienoram, filios et filiam, quondam Thomæ de Sabaudia comitis, ad dijudicandam querelam Episcopi Gaufredi Taurinensis, de retentis sibi a dicta relicta et filiis Thomæ castris et locis Ripolarum, Cabnrri de plano et Castri veteris, etc. „Dat. Viterbii, Kal. Junii, anni pontificatus nostri IV."

Mon hist. pat. Chart. I. col 1480

755. **1268. Junii 3. Windesore.**

Rex committit Edwardo primogenito suo custodiam honoris Rychemundiæ et omnium aliorum honorum, terrarum et tenementorum in regno Regis, que fuerunt Petri de Sabaudia, quondam Comitis Sabaudiæ avunculi Regis nuper defuncti qui de Rege tenuit in capite habendam et tenendam cum pertinentiis ad beneplacitum Regis. Ita quod de exitibus inde provenientibus Regi respondeat ad voluntatem Regis. In cuius testimonium, etc. Teste Rege apud Windesoram IIII die Junii, anno LII. Hen. III.

Excerpta e Rotul. finium II. 472. Arch Lond. (verbotenus.)

756. **1268. Junii 16.**

Homagium ligium et fidelitas Antelmi domini de Miolans, facta Ill. domino Philippo, Comiti Sabaudiæ, et Burgundiæ, pro Castro, Valle et Mandamento de Miolans, pro Castro de

Camera, Vicecomitatu Aquæbellæ, et medietate loci Puisgros, cum investitura Antelmi de dictis feodis per Philippum Comitem.

Invent. Ducat. Sabaud. Fasc. XIV. Tit. Miolans. N°. 2.

757. *Extractum Computi P. de Gerbays, mistralis Novaliciæ, a festo b. Johannis baptiste anni M. CC. LXVII, usque ad idem festum anni sequentis.* **1268. Junii 24.**

Rec. de bonis Johannis lumbardi suspensi. IIII lb. Exp. In exequiis supradicti Johannis suspensi XV sol. etc.

Arch. Camer. Taur. Invent. Comp. Castell. et Mistr.

758. **1268. Mense Junio.**

Permutatio inter Philippum Comitem Sabaudiæ et Burgundiæ, et Hugonem dominum de Paleysuez, ballivum in Waudo pro Comite Sabaudiæ. Declarat Hugo, turrim de Viveys sibi donatam fuisse a Petro quondam Comite Sabaudiæ ex mera liberalitate cum omnibus pertinentiis suis. Dictam turrem vero, libera sponte et ex consilio amicorum suorum, cedit præfatus Hugo, ratione permutationis, prædicto Philippo Comiti Sabaudiæ, a quo recipit e contra, turrim de Codulfrin cum pertinentiis ejusdem.

Invent Waudi, Fasc. I.

759. **1268. Mense Junio.**

Judicium episcopale, quo repellitur protestatio Petri de Morens contra fundationem coenobii filiarum Dei iuxta Villam Rotundi Montis, in loco, quem asserit esse sui iuris.

Archiv. reip. Friburgensis.

760. *De donis Petri Comitis Sabaudiæ, Alienoræ Reginæ Angliæ factis.* **1268. Julii 15. Woodstock.**

Henri, par la grace de DIEU, Roy de Angleterre seigniur de Irelaundie e duk de Aquitanie, a tous ceus que ceste leteres verrunt e orront. Saluz. Sachez qe, come Monsire Pirres de Savoye nostre chier uncle, eust done e assigne par cirografe fete en nostre curt, a nostre chire compaigne Alianore reigne d'Engleterre le honour del Egle, ove totes les aportenaunces, apres les jours memes celi Pirres, nos volums et grauntoms que celle avantdit Alianore nostre compayngne, eit e tingue lavauntdit honour. ove totes les aportenaunces, tote sa vie issi qe de ces seit surte fete par nos justices, qe memes cel honour

ove totes les aportenaunces recuvere entirement, apres la mort de lavantdit Alianore a noz heyrs Roys d'Engleterre. E come memes celi Pirres eit devise le honor de Richemund, sicome il ont poer, par nostre chartre a memes cele Alienore e nos, eyoms afferre de meme cel honor a bailler a Johan de Britaine nostre chier fiz, si come nos si sumes tenus par nos letres nous, en eschaunge de cel avauntdit honour de Richemund, li avouns done vit cent mars par an, a prendre e recevere, a tote sa vie des fermes desuz escrites, ceo est a saver:

(De XVII Maneriis. CCCCLXXXIV libras XVI Solidos XI den. et L Marcas.)

E les XII. cent marc' qe le Roy de Fraunce paie chescun an pur la terre de Aginoys, les queus nos recevoums de Johan de Britayne pur la counte de Richemund, qe nos ly rendoums; issi nequident qe il eit tauntost seisine de VIII. cent' marc' a prendre e a recevere si come il est avauntdit.

(Post longas, accuratasque dispositiones, pro emendis reginæ faciendis de sublato sibi, et in Johannem Britannicum translato, comitatu Richemundiæ, quæ vero dispositiones Petrum Comitem nullo tangunt modo, sequitur finis huius chartæ hisce verbis):

E nous li serroms a garauntir totes cestes choses, en meme la manere qe nos li serruns tenuz a garaunter le honur de Richemund, si ele le teiust en sa mayn par le devis lavauntdit Perres. En tesmoigne de ceste choses avaunt dites avoms nos mis nostre seel a cest escrit. E sit atendre qe nos cest avauntdit graunt avoms fet, par le comun acord de nostre consail des queus les uns ount mis lur seaus a cest escrit. cest assaver:

Edward nostre fiz eines. Mestre God' Giffard, eslit de Wircestre, notre chaunceller. Henry le fiz le Roy de Alemanie, nostre neuz. William de Valence nostre frere. Ph. Basset. Roger de Mortimer. Mestre Johan de Chushulle erchidiakin de Londres. Robert Walerand. Robert Agilon et Johan de la Linde. Done a Wodestoke le quinzime jur de Joil, lan de nostre regne cinquaunte secund.

Foedera I. 475. Rymer I. II. 109.

761. De Comitatu Richemundiæ. **1268. Julii 16. Woodstock.**

Johan de Bretaygne fuiz esne au noble sier Johan duk de Bretaign — declarat, Henricum Angliæ regem concessisse

patri suo, dicto duci Britanniæ, Comitatum Richemundiæ, quem ipse dux tradidit sibi Johanni, filio suo. Recognoscit igitur supranominatus Johannes de Britannia filius, dictum Comitatum in feudum a Henrico Rege Angliæ et a successoribus illius, et renunciat emendis sibi assignatis pro retentione dicti Comitatùs, in terra Agenensi et in redditibus illius, sub appositione sigilli sui. — Done a Wodestok le seszime jor de Jul lan du regne le Roi Henri avantdit cinquante secund.

Charta gallica. Rymer I. II 109. Foedera I. 476.

762. *De Lite inter Episcopum Taurinensem et relictam liberosque Thomæ II de Sabaudia Comitis.*

1268. Mensis Julii 17, 18, 19, 20, 21.

Amedeus Saluciarum et Nicolaus Centalli plebani, apostol. sedis delegati in causa vertente inter Episcopum Taurini ex una, et Beatricem, relictam, et Thomam Amedeum et Ludovicum filios, et Elienoram, filiam quond. Thomæ de Sabaudia Comitis, circa possessionem castrorum Ripolarum, Caburri de plano et Castri Veteris, citationem intimant prædictis relictæ et liberis Thomæ de Sabaudia: sed formidantes ipsos personaliter adire, affingunt Citationem januis infradictarum ecclesiarum: citantur vero dicti, vidua et liberi, comparere infra duos menses post publicatam citationem, personaliter vel per procuratores coram dom. papa, ad dijudicandam litem prælibatam, et affixæ sunt dictæ citationes, Anno Dom. MCCLXVIII, Indictione XI.

Die Martis, XVII Julii, januis ecclesiæ S. Martini de Alpignano, et S. Viti de Plozasco.

Die Mercurii, XVIII Julii Ecclesiæ majoris Taurinensis januis.

Die Jovis XVIIII Julii, in Carmagniolia, et

Die Veneris XX Julii, in Bargiis.

Anno Dom. MCCLXVIII, Indict. XI. die Veneris XX°. Julii, perscribunt prædicti delegati apostolici, plebani Saluciarum et Centalli, Clementi papæ, se, non ausos adire personaliter viduam et filios Thomæ Comitis, affixisse citationem ad comparendum coram sede apostolica, januis Ecclesiarum Alpignani, Plozasci, Taurini et Carmagnioliæ Bargiarumque, iuxta mandata domini pontificiis. Data Bargiis, anno, indictione et die prænotatis.

Mon hist. pat. Chart. I. col. 1481-1483.

763. Circa traditionem castri Richemundiæ, Johanni de Britannia. **1268. Julii 20. Northampton.**

Rex *(Henricus)* Guichardo de Charon salutem. Cum ceperimus homagium Johannis primogeniti filii ducis Britannie de castro et honore de Richemund, et ei castrum et honorem illum cum pertinentiis, tamquam jus et hereditatem suam reddiderimus, Vobis mandamus quod eidem Johanni castrum de Richemund cum pertinentiis, quod est in custodia vestra sine dilatione liberetis habendum sicut predictum est. In cujus etc. Teste Rege apud Norh. XX die Julii, anno regni nostri quinquagesimo secundo. *Foedera I. 476.*

764. Testamentum Agnetis, dominæ Fuciniaci, relictæ Ill. viri Petri Comitis Sabaudie.

1268. Augusti 9. Sine loco.

„In egritudine corporis, licet compos mentis.“ Instituit hæredem universalem Beatricem, Comitissam Viennensem et Albonensem, filiam suam, cum obligatione solutionis omnium suorum debitorum et legatorum, et non contraveniendi donationibus inter vivos a se ipsa testatrice factis. Eligit sepulturam suam in ecclesia Contaminæ in Fuciniaco, cui legat in eleemosynam perpetuam quandam vineam in Buesdoes, et horreum situm ante Fuciniacum, et Contaminam sitam ante Castrum sub obligatione celebrandæ sibi missæ quotidianæ. Legat Capitulo Gebennensi, XXX libras Gebenn. pro suo anniversario, annuatim sibi faciendo in die obitus sui, quod facere teneatur dictum capitulum, distribuendo XXX sol. Geb. canonicis, qui dicto anniversario personaliter intererunt: quos quidem XXX sol. assignat testatrix super decimis ecclesiæ de Meancier. Legat Dominæ Beatrici, dominæ de Thoria et Villario, sorori suæ et filiis suis, castra et loca de Credoz et Cosimien, sub conditione, ut recognoscant illa, soror et nepotes præd. in feudum a prædicta herede ipsius universali. Legat Simoni de Joinville, dom. de Jaiz, *„fratri suo,“* castrum Versoyæ, excepta villa Cuminiaci et quidquid possidet de territorio dicti Cuminiaci usque ad Clusam juxta Colonges, inter Rhodanum flumen et montem de Sorgie: et hoc in augmentationem feudi de Fuciniaco: sub conditione et obligatione fundationis domûs Dei prope Versoyam, et dotandi eam liberaliter, de libratis decem terræ. Facit in fine plures donationes et disponit legata aliquot, tam diversis domibus religiosis, quam singulis personis

in testamento enumeratis. Actum in vigilia beati Laurentii, Anno Domini M°. CC°. LX°. octavo.

Testam. Princ. Sab. Fasc. I. N°. 15.

764. a. Obitus Agnetis, relictæ Petri Comitis Sabaudiæ. **1268. Augusti 11.**

Augusti. III Idus. Obiit.... Item Agnes Comitissa Sabaudie. pro cuius anniversario XXX. sol.

Obituarium S. Petri Gebenn. Ecclesiæ. E collectione Dni. Eduardi Mallet.

765. **1268. Augusti 12. Sine loco.**

Pactum Philippi, Comitis Sabaudiæ et Burgundiæ, cum Beatrice, domina de Thoria et Villario, filiisque suis Humberto et Henrico, quo obligat se dictus Comes Philippus ad præbendum auxilium et juvamen dictis dominæ et dominis de Thoria pro recuperatione partis terræ Fuciniaci, jure hereditario illis competentis: et illi de Thoria e contra, promittunt auxilium Philippo contra Guigonem Dalphinum: et quod recognoscerent in feudum a Comite Sabaudiæ, quidquid possident in dominio Fuciniacensi. Promittunt ultro, quod emendarent dicto Comiti omnia damna sibi emersura, ratione auxilii sibi ferendi, ad arbitrium Humberti, domini Montis Lupelli, cui se submittere spondent illi de Thoria. Actum, Anno Domini M°. CC°. sexagesimo octauo, die Dominica ante festum assumptionis b. Mariæ Virg.

Invent. Bar. Fuciniaci, Fasc. I. N°. 8.

766. Computus domini Guill. Sarrios, Castellani et receptoris de Castro Argenti (Prov. Augustanæ), a festo assumptionis b. M. Virginis Anno MCCLXVII ad id festum anni sequentis. (In excerptis). **1268. Augusti 15.**

Receptum. Frumenti III sextarii. Siliginis. IX modii. Vini VIII modii V sextarii. Seracum de Alpe Mesocle. I. Cere II. lib. Amigdalarum I. quart. Piperis XXVII libr. (Inter censuales, nominantur Albus de Morge, Will. de Aillon, Guido de tauello). Feni: XL fasciculi. et dimid. et quartum. ligonem I. Billon. nichil. Denarios: LIIII. sol. VI. denarios et obolum. Sub titulo Auxiliorum, a quibusdam viris, XLV. solid. Garde: a multis personaliter, computantur CXI sol. VII. den. computatis obolis aureis quemlibet V solidos. Pedagia. de pedagio de Scto remigio et de castro argenti recepit Henricus de bienuilar. De bannis XI lb. XVIII sol.

Vendit. XV sol. de III sextar. frumenti. Pro nouem mod. Siliginis venditi X lb. XVI sol. quilibet modius pro XXIV sol. VIII mod. VI sext. vini venditi, XI lb. XII den. quilibet modius XXVI sol. seratum vendit I pro VIII sol. Amigdala, I quartum XII denar. Cere quelib. libra XX den. Piperis, vendit XXII libras, quelib. tribus sol. Rec. IIII lb. XII sol. I den. Fenum, XI faisc. et dimidium et I quartum IIII lb. XVIII den. quilib. faisc. II. sol. et XII den. pro I ligone. Summa XXXI lb. VII sol. X den. Summa totius receptionis LIII lb. XVI sol. X denar. *O(bolum)*. De quibus in Stipendium ipsius Castellani per unum integrum *(scil. annum)* inceptum in festo assumpcionis b. Marie anno dni M°. CC°. LX°. VII. usque ad dictum festum anno revoluto XXV lb. dno henrico de bienuilar XXI lb. pro munienda domo gontardorum, in XLVI capitibus hyrcorum missis domino P. Comiti apud Chillon et receptis a domino Hugone de grantmont XVIII lb. VIII sol. empto quolibet capreto VIII solidis. Summa stipendiorum et librationum, LXIIII lb. VIII sol.

Et sic debentur dicto Domino Guillelmo castellano X lb. XI sol. I den. et obolus.

Arch. Camer. Comp. Castellanor. Augustens.

767. *Ratio Humberti de Balma, castellani Avillane, de exitibus castellanie Auillane a XX° die Mensis Augusti, A. D. M°. CC°. LX°. septimo usque ad eamdem diem anno sequente, videl. de vno anno integro, in excerptis.*

1268. Augusti 20.

Recepta, in frumento, siligine, avena, feno, gallinis, vino castaneis, ferris equorum cum clavellis. Denariis: de LX. *(sine qualificat.)* receptis a Caorsinis apud auillanam morantibus. Gardie: pro warda III virorum. VI lb. XV sol. Successiones, de XIII lb. receptis de successione petreti pecolarii: Et est sciendum quod successio dicitur quum aliquis decedit intestatus et deuolvuntur omnia bona sua ad dominum. si autem condit testamentum tercia pars bonorum deuoluitur ad dominum. Summa successionum XXXVII lb. X. s. Banna (VII lb. XV. s. Summa tocius recepti: CCCLXVIII lb. XVI. s. III. den. Cum arreragiis anni superioris, CCXCIIII. lb. IIII den. et adiecto arreragio castri Ripolarum, CCLXXIII lb. XV s. IIII den. sunt arreragia $\overset{c}{\text{v}}$ LXVII lb. XV. s. VIII den. Summa totius recepti cum arreragiis. $\overset{c}{\text{IX}}$ XXXVI s. XI den. XI.

Expensa. Monialibus de Brium de dono sibi facto a dno. Humberto. XX sol. In expensas ipsius Castellani factas morando

ad Montem calerium pro facto caprorum ipsius loci quos illi de Taurino detinebant. IIII lib. Stipendium castellani cum XII servientibus et IIII gaytis $\overset{XX}{VII}$ lb. summa expens. $\overset{C}{V}$ XV lb. VI s. et ob.

Archivum Camerale: Computi Castellanorum Vallis Secusinæ.

768. *Ratio Humberti de Balma Castellani Secusie, Avilliane et Ripolarum, a die XX Augusti Anni M. CC. LXVII usque ad XX Aug. Anni MCCLXVIII. Excerpta.*

1268. Augusti 20. Secusiæ.

Recepta: frumentum, siligo, avena, vinum, denarii, Laudemia, Banna, Venditiones, Summa, CXI lb. XVII sol. VII den.

Expensa: In acquietacionem petri de frenco, qui fuerat condemnatus in LX. sol. sed non debuerat condempnari nisi in XL. vt inveniebatur, XX sol. In expensam braye cum II sociis in equis et armis. petro de Augusta cum equo et armis. bernardo de S. Andrea cum II equis octo clientium tam clientium quam gaytiarum quos tenuit per tres menses post mortem dom. P. comitis per guerram LV. lb. — In VI tarchiis emptis in palacio secusiano XX. sol. In expensis caualcate facte apud exilles IIII. lb. Stipendium Castellani pro custodia palatii et castri cum quinque clientibus et quatuor gaytiis LX. lb. summa expensarum: CC. $\overset{XX}{IIII}$ XVI lb. V. s. et debet CCLXXIX lb. XIIII s. IIII. d. *Arch. Camerale Taurin.*

769. *Pactum Philippi Comitis Sabaudiæ cum Universitate Bernensium, circa protectionem dictæ Universitatis.*

1268. Septembris 9. Bernæ.

Scultetus et consules et vniuersitas de Berno acceptauerunt et receperunt in Dominum et protectorem suum loco Imperii Dominum Philippum Sabaudie et Burgundie comitem, toto tempore uite sue donec Romanorum Rex vel Imperator uenerit citra Rhenum in Alsaciam et effectus fuerit potens in illis partibus tenendo Basiieam, et quamdiu ipsos habere voluerit in manu sua, et quod Dominus Philippus percipiat redditus et proucntus de telonio de moneta et de maiori iudicio ville ipsorum cum plenitudine iuris et honorum, sicut Reges et Imperatores percipere consueuerunt. et promittunt seruare ipsum Dominum Comitem indempnem aduersus Regem siue Imperatorem qui postea creabitur. et iuuare eum contra omnes. ita eciam quod dictus Comes teneatur eos deffendere contra omnes.

Ipsi vero homines de Berno promiseruot quod singuli a quatuordecim annis supra, iurabunt attendere ipsi comiti omnia supradicta et debitam fidelitatem facere. Datum apud Bernum Anno M°. CC°. LX°. octauo. Dominica post nativitatem Beate Marie, mense Septembris.

Aliud apographum hujus Chartæ, aliquid mutilum.

Primo quedam litera per quam Sculetus et Consules ac universitas de Berno acceptauerunt et receperunt in Dominum et protectorem suum, loco Imperii, Dominum philippum Sabaudie et Burgondie comitem toto tempore vite sue donec Romanorum rex vel Imperator venerit circa Renum in Alsaciam et effectus fuerit potens in illis partibus, tenendo Basileam et ipsos in manu sua habere voluerit et voluerunt quod dictus Dominus Comes toto tempore vite sue, si predicta conditio non obsistat percipiat et habeat redditus et proventus de theloneo de moneta et de maiori iudicio ville ipsorum de Berno provenientes cum eorum plenitudine Juris et honoris sicut Reges seu Imperatores percipere consueverunt et promiserunt dictum Dominum Comitem super predictis redditibus et proventibus, quos ipsum recipere contingerit erga Regem vel Imperatorem servare indempnem. promiserunt insuper ipsum Comitem Juvare contra omnes et e converso dictus Comes etiam teneatur ipsos de Berno contra quoscumque adversantes deffendere jurantes omnes illi de Berno videlicet a quatuordecim annis supra premissa omnia firmiter attendere. data apud Bernum proxima die Dominica a nativitate beate Marie anno Domini milesimo ducentesimo sexagesimo octavo. sigillo universitatis de Berno de cera alba *impressum*, sigillata signataque per......

***Autenticum**, tam in Tabulariis Taurinensibus quam Bernensibus, desideratur. **Guichenon**, Prob. pag. **52**. **Lünig**, Reichsarch. Cont. II. Pars IV. Sectio XII. N°. **8**, mendose. Contratti de' Conti e Duchi di Savoja colla Communità di Berna, N°. **1**. in Arch. aul. Taurin. **Hebdomadar. Solodorense**, Annus **1828**. p. **370**. **Museum** helvet. novum, Annus **1794**. II. p. **655**. Codex Zeerleder. T. II. N°. **513**.*

770. **1268. Septembris 10.**

Recognitio Petri domini de Beaufort, se tenere locum de Beaufort et quidquid possidet titulo feodi in valle de Lucia, *a herede quondam dominæ Agnetis*, dominæ Fuciniaci, sub homagio ligio.

***Invent.** Prov. Sabaudiæ, Fasc. VII tit. Beaufort, N°. **15**.*

771. *Transactiones coram sede apostol. circa litem vertentem inter Episcopum Taurin. et viduam et liberos quondam Thomæ de Sabaudia Comitis.*

1268. Septembris 17., 19., 20., 21., 26., 28. Oct. 3., 5., 12.

Anno Dom. nat. MCCLVIII. indict. XI. die XVII mensis Septembris ap. Viterbium. Comparitio Gaufredi Episcopi Taurin. coram consistorio Cardinalium: declarat dictus Episcopus se paratum esse procedere in causa vertente inter seipsum et Beatricem relictam, Thomam, Amedeum, Ludovicum et Eleonoram, natos quond. Thomæ Comitis, circa castra Ripolarum, Caburri de plano, et Castrum vetus.

Eodem anno et indict. die Septembris XIX, in eodem Viterbio, præsentavit se prædictus Gaufredus Episcopus coram ipso pontifice Clemente ad procedendum in dicta causa pro ut dictauerit iuris ordo.

Anno et indictione eisdem, die XX mens. Septembris, apud Viterbium. Iterum constituit se Gaufredus Episcopus in consistorio coram ipso Pontifice, ut progrediatur in dicta causa. Emittitur citatio, ut compareant Beatrix et nati ejus coram dom. papa responsuri de querela Episcopi, die Mercurii proximo.

Iterata ista citatio, A. D. MCCLXVIII. ind. XI. die martis. XXV mens. Septembris intrante anno quarto pontificatus dom. Clementis pape quarti, ut compareant predictæ relictæ et liberi Thomæ comitis coram papa, responsuri de querela Episcopi Taurinensis circa castra sæpenominata. Anno et indict. iisdem, die XXVI Septembris, Viterbii, ad instantiam Gaufredi Episcopi, emittitur alia citatio prædictorum Beatricis et filiorum suorum, in dicta causa, ut compareant coram papa, die mercurii proxima responsuri querelæ prædicti Episcopi.

Anno eodem, die veneris XXVIII mens. Sept. apud Viterbium, iteratà citatio prædictorum relictæ et liberorum Thomæ Comitis, pro eadem causa, in mercurii diem proxime venientem.

Anno et indictione iisdem, die mercurii III Octobris, comparitio Gaufredi Episcopi, coram Clemente papa, ap. Viterbium, ad procedendum in prædicta causa, prout dictaverit ordo iuris. Citantur tertio et peremptorie domini et dominæ de Sabaudia in diem mercurii proximam, ut procedatur in causa sæpedicta.

Anno eodem, die veneris, V mensis Octobris, iteratur citatio eodem modo, ut compareant coram papa, die Mercurii proxima, Viterbii.

Et anno et indict. iisdem, die veneris, XII Octobris, comparuit in consistorio coram Clemente papa, Gaufredus Episcopus Taurin. paratus ad procedendum in predicta causa, secundum quod exigit ordo iuris: „unde predictorum Relicte „et filiorum absentiam et contumaciam accusans, petiit cum „instancia ab eodem dom. papa, ut supra ipsis et contra pre„dictos procedat, ut ordo iuris postulat et requirit.“ *(Nil amplius invenitur circa hoc negotium.)*

Mon. hist. pat. Ch. I. 1480-1587.

772. ***E Computo Humberti de Balma castellani ripollarum, de exitu ejusdem Castelli, a festo b. Michaelis A. D. M°. CC°. LX°. VII°. vsque ad idem festum anni sequentis scil. de uno integro (videl. anno).***

1268. Septembris 29.

Redditus: de frumento, siligine, avena, caponibus, castaneis, vino, denariis, Bannis, multis et feudis, de pedagio pro victualibus et mercantiis, de venditionibus. Summa redditnum, CCCXXVI lb. X s. I d.

Expensa, pro vindemiis comitis, pro cura vini et pro vectura dicti vini a Ripulis ad Avillianam et S. Ambrosium. In expensa Aymonis de Boza, missi a dom. comite apud Carium. pro querendo Magistro rolandino fisico quando idem dom. comes infirmabatur XV. sol. In expensa Will. Grassi, missi ad dominam comitissam vxorem dom. P. comitis que pro eo miserat et mandauerat castellano quod eum sibi mitteret, XV. s. In aptando molendino quod est in castro ad equum. V. sol. In pluribus nunciis missis ad dom. Comitem X sol. in extirpande partis castri et vno fossato circa ipsa parte fact. LXI *(sine signo numismatico)*. In stipendium ipsius *(castellani)* tenentis in dicto castro ripularum XV. Clientes et IIII gaytias, per conventionem factam cum eo $\overset{XX}{VIII}$ libras.

Arch. Cam. Ind. Computor.

773. **1268. Octobris 23.**

Contrat de Mariage de Pierre Bovero, filz de Jehan Cuens de Bourgongne, avec Bietrix, fille ca en arriere de Amedee Conte de Savoye (dicta Contesson) lou Marsdi apres feste Sainct Lucas Euangeliste, lan de lincarnation MCCLXVIII.

774. **1268. Octobris 24.**

Donatio Beatricis uxoris Petri dicti Bover, filii Joannis Comitis Burgundiæ, facta Philippo Comiti Sabaudiæ et Bur-

gundiæ, omnium jurum quæ poterint sibi contingere in Comitatum Sabaudiæ. Actum, cum consensu Cæciliæ comitissæ Sabaudiæ, matris suæ, et predicti Petri de Burgundia, conjugis sui. Actum IX Kal. Novembris, A°. Dom. MCCLXVIII.

Ambæ chartæ, 773 et 774 ex Inv. Matrim. Princ. Sab. Fasc. II. Matrim. Beatricis filiæ Amadei IV. Comitis cum Petro Bover de Burgundia N°. 1 et 4.

775. **1268. Octobris 24 Bellici.**

Cæcilia Comitissa, relicta Amedei quondam Comitis Sabaudiæ, cedit, ratione donationis inter vivos, Philippo comiti Sabaudiæ et Burgundiæ, omnia jura et omnes rationes, sibi devolutas ex hereditate Bonifacii quondam filii sui Karissimi in Comitatum Sabaudiæ, exceptis modo donationibus, concessionibus et juribus dotalitiis sibi competentibus. Datum Bellici, die mercurii post festum B. Luce Evangeliste, A°. Dom. M°. CC°. LX°. octauo.

Invent. Principi di Sangue, Fasc. I. N°. 10.

776. **1268. Novembris 8. Paterniaci.**

Prior et Conventus Monasterii Paterniacensis, Ordinis S. Benedicti Cluniacensis, donant Philippo Comiti Sabaudiæ et Burgundiæ, Advocatiam dicti Monasterii. Act. Paterniaci, feria V^a ante festum b. Martini, A. D. MCCLXVIII°.

Invent. Bar. Waudi, Fasc. I. Convol. N°. 4. Ch. 76.

777. **1268. Novembris 14. Martigniaco.**

Remissiones vicissim factæ inter dom. Philippum Sabaudiæ et Burgundiæ comitem ex vna, et Henricum Episcopum, et Capitulum Ecclesiæ Sedunensis ex altera parte, mutationum inter eumdem Episcopum et quondam P. de Sabaudia, pactarum apud Morgiam (anno 1260). Datum apud Grangias de Martigniaco, die Mercurii post festum b. Martini, Anno Dom. M°. CC°. LX°. octauo.

Invent. Trattati côl Vallese, Fasc. III. N°. 2. Archiv. Sedun.

778. **1268. Novembris 25.**

Extractum Computi dom. Guarnerii de Bosellis militis, mistralis Mauriane a Verno superius, a prima die Augusti Anno Dom. M°. CC°. LX°. VIII°. vsque ad festum b. Katherine proximo sequente ejusdem.

Rec. etc. etc. IIII lb. rec. de XL. ouibus de terra de bardoneche, tempore guerre in mistralia predicta captis et venditis ad opus dni. Comitis.

Arch. Camer. Taur. Invent. Computor. Maur.

779. **1268.**

Librauit de Ferrato militi de dono domini quia fecerat versus quos apportauerat domino VI libras.

Computum domùs domini Petri comitis Sabaudie, in Cibrarii Econ. polit. del medio evo II. 261. Not. 2. Edit. II.

780. Induciæ inter Philippum Comitem Sabaudiæ et Guigonem Dalphinum. **1269. Januarii 21. Sie (Sciez).**

Cum dissentio est inter Ph. comitem Sabaudie et Burgundie et suas gentes ex vna, et dom. Guigonem Dàlphinum Viennensem et Albonensem Comitem et dominum Fouciniaci ex alia, partibus, elegerunt arbitros Aymonem Episcopum Gebeun. et Petrum de Baugiaco clericum regis et regine Francie. Qui ordinauerunt quod erit treuga per quindecim dies in rebus et personis secundum bonum vsum treuge per dioceses Episcopatuum Gebenn. Lausann. et Sedun. Et in dicta treuga includatur castrum de Belloforti cum appenditiis, ita quod illi de Belloforti non offendent illos de Thareutasia infra Tharentasiam nec e contra. Intelligatur etiam comprehensus Prior de Thonon et bona prioratus, salua tamen Jurisdictione si quam Dalphinus habet in eis, etc. Fidejussores treugarum dati ex vtraque parte. Actum apud Sie, die Lune, in festo Sancte Agnetis anno M°. CC°. LX°. octavo. *(St. paschalis.)* Sigilla Episcopi Gebenn. et Petri Clerici. ***Pingoñ. Chron. fol. 400 verso.***

781. **1269. Januarii 22. Sie (Sciez).**

Querelæ Guigonis Comitis Vienn. et Albon. de ruptione treugarum per occupationem dimidiæ partis oppidi Tononis, quæ ad albergum Fuciniacense pertinebat. Respondetur ex parte Philippi Comitis, eam occupationem non in treuga sed in guerra factam esse: Ordinauerunt ergo arbitri, Episcopus Gebenn. et Petrus de Baugiaco Clericus regis Franciæ, quod ea pars oppidi Tononis redigatur in manibus ipsorum, donec sit facta decisio, quam partem promittunt reddere comiti in eodem statu, casu quo pax fieri non posset. Actum apud Sie, XI Kal. Februarii, Anno Dom. M°. CC°. LX°. octavo. *(Styli incarnat. seu forsan paschalis.)* Sigilla Philippi comitis *(aquila)* et Delphini. ***Pingon. Chron. fol. 400-401.***

782. **1269. Januarii 28.**

Willelmus de Wippens donat Philippo comiti Sabaudiæ et Burgundiæ castrum de Verdchatel cum quibusdam tene-

mentis, in compensationem domus fortis de Rupe, quam dederat Petro quondam Comiti Vldricus de Wippens pater suus. Reinfeodatur et reinvestitur prædictus Willelmus a Comite Philippo de dicto Castro Verdchatel, conditione homagii. Actum A. D. M°. CC°. LX°. octavo, feria secunda primo ante Purificat. B. Marie Virg. *(Styli incarnationalis.)*

Invent. feod. Waud. Fasc. I. Cod. membr. fol. XXX. Vol. III. Apographorum.

783. **1269. Januarii 28.**

Willermus, dominus de Wippeins, filius quond. Vldrici dom. de Wippeins recognoscit se tenere ratione feodi, et sub homagio et fidelitate a Philippo Comite Sabaudiæ et Burgundiæ, domum fortem de Rochia, in Hogo, exceptis alligamentis hominum, quæ ipse tenet de dno de Albert: quidquid habet apud Gomocens, Seirus, Sales et Villam de Wippens, quæ quond. Vldricus pater suus dederat Petro Comiti Sabaudiæ, qui de illis investierat Petrum, fratrem præd. Willermi, Vldrici filium. Datum Anno Domini M. CC. LX. VIII. feria II^a^ primo ante festum Purificationis B. Marie Virginis. *(St. incarnat.)*

Invent. Feodor. Waud. Codex Membran. Chartarum. fol. XXIX verso et XXX. rectò.

784. **1269. Martii 6. Westmonasterii.**

Litteræ Henrici Angliæ Regis, Gastoni Vicecomiti Bearnensi perscriptæ, quibus firmatur pactum matrimonii inter Henricum dictum de Alemannia, primogenitum Ricardi Regis Romanorum, et Constantiam, filiam prædicti Gastonis Vicecomitis. Dat. ap. Westmonasterium, sexto die Martii. A°. 53°. Henr. III.

Rymer I. II. 114. Foedera I. 478.

785. **1269. Martii 20.**

Judicium Johannis de Castellare, Judicis Comitis Sabaudiæ, de contentionibus Dominæ Beatricis relictæ Thomæ de Sabaudia, cum Rodulpho de Camberiaco, circa quosdam homines de Villars.-Philippone, qui adjudicantur prædictæ Beatrici.

Invent. Sabaudiæ Ducat. et Provinciæ, Fasc. XX. Tit. Villar-Philipone. N°. 1.

786. **1269. Novembris 15. Vigon.**

Transactio de liberatione Beatricis Dalphinæ, Comitissæ Viennensis et Albonensis, et filii sui Johannis, e vinculis materteræ suæ, Beatricis, Dominæ Thoriæ, et Villarii, mediantibus dominis Amedeo de Montefalcone, Amedeo de Altiniaco, domino St. Crueis, et Humberto de Monte Lupello, delegatis Philippi Comitis et prædictæ dominæ de Thoria et Villario. Lege huius conventionis tenetur Comitissa captiva tradere materteræ suæ, ratione pignoris liberationis eius, in eventum non condendæ pacis inter illas, infra terminos ibi designatos, Castra et loca de Monteuz, Armenci et Credoz; et ultro remittat in manus prædictorum delegatorum, eadem ratione, castra de Fuciniaco, de Tusingiis, Albonæ et veteris Alingii. Testes, qui apposuerunt sigilla sua, Aymo Episcopus Gebennensis et Willelmus Episcopus Gratianopolitanus. Actum in castro de Vigon die veneris post festum b. Martini hyemalis, Anno Domini M°. CC°. sexagesimo nono.

Invent. Baron. Faucigny, Fasc. I. N°. 12.

787. **1269.**

Vincentius, Clericus Comitis Sabaudiæ et thesaurarius illius, percipit a Caorsinis, Bernam adeuntibus, et ibidem negotia sua acturis, sexaginta libras Viennenses.

Comput. thesaur. Com. Sabaudiæ, pro anno MCCLXIX, in Arch. Camerali Taurin. — Cibrario econ. polit. del medio ero, III. 164.

788. **1270. Januarii 28. Wettingen.**

Abbas et Capitulum Monasterii Wettingensis, in favorem Margarethæ senioris Comitissæ Kyburgensis, obligant sese ad solvendum illi redditum annuum quindecim Marcharum argenti pro summa Capitali Marcharum ducentarum. Actum, apud Wettingen, V Kal. Februarii, anno M°. CC°. LXX°. Indictione XIIIIa. *(Indictio anni 1270 erat XIII?)*

Mat. d. Princ. di Sav. Fasc. I. Mat. d. Margarita, N°. 24.

789. *Donatio Beatricis Dalphinæ, XXV libratarum terræ in locis Bayoies, Corcellis et Suchiez, facta Amadeo de Montebeligardo, Domino Montisfalconis.*

1270. Mense Januario.

Nos Biatrix De Vianne Et dalbon Et dame de fucigney faisons Savoir a tous Ces qui verront Et orront Cestes presentes leitres que nos Reudons, Baillons Et assignons an

acroissement de son fye a Nostre Ame Coisin Amey de Montbeliart Seignour de Monfaucon Vint Et cinc livrées de terre lesquels nostre Papes Amey Cai en Arriers Sires de fucigney avoit donees au devant dit Amey per la proiere au Conte de Chalon Nostre Chier oncle et por apaisement daucune Descorde que lidevant dit nostres Papes et Ameys Sires de Monfaucon avoient Ensemble. Et furent assises les dites Vint et cinc livrees de terre au devant dit Amey a panre a avoir et a Recevoir encoque nostres diz Papes avoit a Bayoies a Corceilles et a Suchiez, et fu compe en lassise des dites vint et cinc Livrees de terre Li muis de froment IX S. et li muis davoine III S. Desquiex vint et cinc livrees de terre, li noble Bers pierre Cay en arriers Cuens de Savoye nostres peres avoit dessaisi Ledevant dit Amey. Et nous rendons et octroyons au devant dit Amey les dites Vint et cinc Livrees de terre en Acroissement dou fye que de nos tient. Et Promettons en bone foy audevantdit Amey per fermo stipulation faite entre nos et lui que nos les dictes Vint et cinc Livrees de terre li garentirons et Maintaurons et deffendrons Envers touz homes et contre touz per ensi come li avant diz Ameys Les tenoit a la vie nostres devant dit Papes per ensi come il est cy dessus Escript. En testmoignage de laquel Chose Porceque nos navons propre seel nos avons fait sceller ces presentes Leitres per nostre proiere et per nostre Requeste dou Scel nostre chier Oncle Joffroy de Joinville Chevalier Seignour de Valcoleur.

Et je Joffrois dessus nommez a la Requeste et a la Proyere de li noble Dame La devant dite Biatrix ma tres chiere Niece ai mis mon Seel en ces presentes leitres en tesmoignaige de la Verite. Ce fu fait en lan de Nostre Seignour MCCLXIX ou mois de Janvier.

Ratione styli burgundici in Pago Waudensi tunc prævalentis, et omissa omni mentione Guigonis Delphini, conjugis dominæ Beatricis, mortui anno 1269, tribuatur hæc charta mensi Januario anni vulgaris 1270.

E Codice Diplom. Halleriano, T. XXVI. p. 655, Ms. in Bibliotheca urbana Bernensi adservato: illuc transscripta est charta, e Cartulario Montisfalconensi Ms. fol. XII. quod adservatur in Archivo Novocastrensi. De Gingins, sires de Montfaucon p. 304.

790. **1270. Februarii 13. Cambariaci.**

Compromissum Beatricis dominæ Thoriæ et Villaris, una cum Humberto et Henrico filiis suis, ex una parte, et

Beatricis Comitisse Viennensis Albonensisque ex altera, in Philippum Comitem Sabaudiæ et Burgundiæ, pro terminandis et dijudicandis contentionibus de successione quondam Aymonis domini Fuciniaci. Deponuntur in pignora submissionis judicio inter manus Philippi Comitis, castra et loca de Fuciniaco, Credoz, Montoux, Veteris Aliugii, de Tursingia, Heremantia, Albona, cum dependentiis et pertinentiis eorum; quæ castra et loca se tenere declarat domina Thoriæ, in Fuciniaco et de terris Fuciniaci, et quæ manebunt in potestate Comitis Sabaudiæ, usque ad terminationem istarum contentionum. Actum Camberiaci Anno Dom. M°. CG°. Sexagesimo nono die Jovis post octavam Purificationis beate Marie. *(Styli paschalis.)*

Invent. Faucigny, Fasc. I. N°. 9.

791. **1270. Mense Februario. Sine loco.**

Promissio Dominæ Beatricis de Thoria et Villare, filiorumque suorum, sese submissuros judicio Philippi Comitis Sabaudiæ, inter se et Beatricem Dalphinam, de lite inter dictas partes pendente, circa hæreditatem Aymonis, quondam domini Fuciniaci et possessionem quorundam castrorum et locorum terræ Fuciniaci. Mense Februarii, A. D. MCCLX nono. *(Styli paschalis.)*

Invent. Faucigny, Fasc. I. N°. 10.

792. **1270. Mense Februario. Sine loco.**

Obligatio Dominæ Beatricis de Thoria et Villars filiorumque ejus, emendandi Philippo Comiti Sabaudie sumptus et expensas pro custodia castrorum et locorum ei pignoratorum, in securitatem ratihabitionis judicii sui futuri. Mense Februario, A. D. MCCLX nono. *(Styli paschalis.)*

Invent. Faucigny, Fasc. I. N°. 11.

793. E rotulo pedagii Villænovæ, annis 1269 et 1270.

1270. Mense Martio.

A°. Dom. M. CC. LX. IX. die Veneris post pascha incepit scribere Nicholaus de balmis, clericus, exitus pedagii villenove. In hoc quidem rotulo continentur bale pannorum francie et bale Lumbardi. (Summarium.) A die mercurii ante ramos usque ad diem veneris post pascha venerunt. VI. XX. $\overline{\text{XIIII}}$ ($134\frac{1}{2}$) bale panni. A die veneris post pascha usque ad Sabbatum ante tertiam dominicam Junii (IX hebdom. et dim.) transierunt per Villamnovam, bale, tam pannorum francie quam

Lumbardi, VII. C. XIIII et dim. (714½) Mercatorum plurimi de *Venisia*, de Mediolano, de Verduno, Flamenses. — Inde, ad primam dominicam Novembris, transierunt VIII. C. LVIII bonæ (858). Inde, ad vltimam septimanam februarii *(1270)*, incl. transierunt XI. C. IIII (1104) bonæ. Summa Summarum balarum transitarum hoc spatio temporis, indicatur ad: II. M. VIII. C. XIII (2813) balæ pannorum bonorum.

Autent. hujus rotuli in Archivo Camerali Taurinensi.

794. *Obitus Bonifacii, Archiepiscopi Cantuar.*

1270. Junii 19.

D. Bonifacius Thomæ I. Sab. Comitis filius, ex Carthusiæ Novitio electus Belliceusis Episcopus, et postea Cantuariensis Archiepiscopus, in quo summa omnia ad splendorem et sanctitatem. Obiit XIII Kal. Julii. M. CC. LXX.

794. a. *Epitaphium ejusdem Bonifacii in Ecclesia Altæcumbæ.*

1270. Julii 14.

Hic jacet Bonifacius de Sabaudia Cantuariensis Archiepiscopus. Operibus bonis et virtutibus plenus. Obiit autem apud Sanctam Helenam anno Domini M. CC. LXX. XIV die Julii.

794 et 794ᵃ, ap. Guichen. I. 261.

795. **1270. Mense Augusto.**

Confoederatio Thomæ et Amedei de Sabaudia, fratrum, cum Beatrice, filia Petri comitis, Dalphina, in eventum mortis Philippi Comitis Sabaudiæ, tunc infirmi et in discrimine vitæ visi. „Scientes infirmitatem ill. et prechariss. domini et patrui nostri dni. Philippi, Sabaudie et Burgondie comitis, quam cum dolore gerimus, cernentes si, quod absit, de eo quid humaniter contingat, nostram et nostrorum et totius terre nostre turbationem" — promittunt fratres Sabaudi, restituere tam Dalphinæ quam dominæ Thoriæ, castra, ab utraque illarum consignata comiti Sabaudiæ, ratione pignorum observationis judicii sui inter illas proferendi, si decederet dictus comes: et si pars illa hereditatis fraternæ, quam obtinuerat Petrus quondam comes Sabaudiæ, et acquisitiones ab illo factæ, pervenerint ad manus dictorum fratrum, se staturos fore arbitrio amicabili trium judicum, de questionibus, quas moverit Dalphina de iuribus suis in aliquas terras vel castra dictarum partium dominii Sabaudici. Si autem pacta hinc inde inter partes ambas con-

venta displicerent Comiti Sabaudiæ, vel si recuperaret salutem corporis sui, et facultatem regendi terras suas, sit irritum et siue ulla validitate pactum istud.

Archiv. Camer. Taurin. Cibrario, Storia etc. II. 152.

796. Excerpta e Computis Humberti de Balma. Castellani Secusie, Avillianæ et Ripolarum, de exitibus dictarum castellaniarum, a festo beati Michaelis anno domini M°. CC°. LX°. octavo, ad idem festum anno M°. CC°. LXX°., videl. de duobus annis integris.

1270. Septembris 29.

Recepta. Et cet. Banna. X sol. de Jacobino donno, quia impinxit (nomen avulsum). X sol. de bruneto cruzon quia euaginauit cutellum super feminam. V sol. de Porca quia impinxit columbetam. LX. sol. de bartoloto Malacarona quia percussit quendam hominem de pugno. XXX sol. de raymundino cochona quia percussit Margaritam de Rebuyna. XII libras de Guillelmo redufo quia temptavit cognoscere violenter Minam neptem ameti de maria. XX. sol. de porta quia impinxit quendam hominem. X. sol. de anselmino resuace quia furatus fuit alienum bladum. LX. sol. de rufeto morlando quia dedit alapam petro Galli. X sol. de Guill. fautino quia euaginauit cutellum suum contra alium. X sol. de vxore malrieti quia cepit per capillos Jacobum garreti. X libras de filio baneri quia uulnerauit quendam sacerdotem, etc. Pro Auillana. Expensæ. Pro caualcata facta in valle Clusonis cum illis de pedemonte et valle secusina. XIII lib. V Sol. In stipendium quatuor clientum et VIII gaytiarum, quos tenuit a medio Augusto usque ad octabam b. Michaelis, iuxta conventionem factam cum eo. (domino) VI. lb. VII. Sol. VIII den.

Pro Secusia. In stipendium Philippi patroni morantis apud Secusiam cum vno socio in equis et armis per tres menses et uiginti dies vt faceret forefacere illos de Secusia in terra dalphini capiente pro se et socio suo sex solidos per diem. XXX. lb. In stipendium braye morantis cum duobus equis. a medio augusto vsque ad octabam beati Michaelis pro eodem VIII lb. In stipendium petri amblardi ibidem missi per dominum cum sex sociis et vno roncino et morantis per triginta quatuor dies. XXI. lb. In stipendium trium clientum et octo gaytarum quos tenuit in dicto castro (Secusino) a decimo quarto Augusti finiendo ad festum b. Michaelis vltra illos quos

tenere debebat per conuencionem factam cum eo. XXV. lib. Dedit Alberto Guilla quod offenderet Dalphinum et offendit. XX. sol.

Arch. Camer. Taur. Comp. Castellan. Provinciæ Secusinæ.

797. *Henricus III Rex assignat fratribus de Sabaudia centum Marchas annuas a Scaccario regio solvendas.*

1270. Novemb. 2. Windesor.

Rex omnibus etc. Cum Petrus de Sabaudia honores Aquilæ et Hasting in comitatu Sussexiæ in testamento suo legasset Thomæ de Sabaudia, Amadeo et Lodowico, fratribus eiusdem Thomæ. Et idem Thomas Amadeus et Lodowicus honores illos ratione legationis prædictæ peterent coram nobis. Et Edwardus primogenitus noster tenens honorem prædictum Hasting' agat in partibus remotis per quod aliquid super facto hujusmodi ordinare non valemus. Nos nichilominus præfatis Thomæ Amadeo et Lodowico gratiam facere volentes specialem, eisdem concedimus centum marcas, singulis annis percipiendas ad scaccarium nostrum, videlicet quinquaginta marcas ad scaccarium nostrum Paschæ, et alias quinquaginta marcas ad scaccarium nostrum S. Michaelis, usque ad reditum filii nostri antedicti. In cujus etc. T. R. ap. Windesor, secundo die Novembris, anno LV°. regni nostri.

Rymer I. II. 116. Foedera I. 486. Calend. rotul. pat. 44.

798. *De lite inter Beatricem Dalphinam et Beatricem de Thoire et Villars.*

1271. Mense Januarii: sine loci indicatione.

Duæ procrastinationes compromissi facti in personam Philippi Comitis Sabaudiæ et Burgundiæ ad terminandas lites de hereditate quondam Aymonis domini Fuciniaci, inter Beatricem, dominam de Thoria, et Beatricem Comitissam Viennensem: quas procrastinationes postulant prædicta domina de Thoria, et filii ejus Humbertus dominus de Thoria et Villare, et Henricus Cantor Lugdunensis. Mense Januario, A. D. M°. CC°. septuagesimo. *(Styli paschalis.)*

Invent. Faucigni, Provincc. Fasc. I. N°. 13.

799. *Beatrix Dalphina remittit Philippo comiti Sabaudiæ, ratione pignoris executionis arbitrii ejus, locum dictum Cusinium.* 1271. Februarii 28. Cusiniaci.

Beatrix, Comitissa Viennensis et Albonensis, per dele-

gatos suos, remittit in manus Philippi Comitis Sabaudiæ, in executionem compromissi in personam illius initi, et sub conditionibus in hoc pacto stipulatis, locum de Cusinio. Actum apud Cusinium, pridie Kalendas Marcii, Anno Dom. M°. CC°. septuagesimo. *(Styli paschalis.)*

Invent. Faucigni proxime, Fasc. I. N°. 14.

800. Henricus, Ricardi Rom. Regis filius, necatus a fratribus Montisfortis. **1271. Martii 13. Viterbii.**

Litteræ Caroli, Regis Siciliæ, ad Edwardum Regis Angliæ primogenitum, nunciantes ei Henricum, filium Ricardi Regis Romanorum, nequiter occisum fuisse in sede curiæ Romanæ Viterbii, per Symonem et Guydonem de Monteforti, fratres, quos, ulciscendi animo instinctus, se jussisse prosequi. Datum Viterbii, die XIII Martii, XIV indict. regni Caroli anno VI.

Rymer I. II. 118. Foed. I. 488.

801. **1271. Aprilis 16. Neuenegg.**

Foedus inter universitates Friburgensem et Bernensem, quo erant foederatæ tempore Bertoldi ducis de Zeringen, renovatum, Scultetis Conrado de Uiueris Friburgensi et Chuonone de Bubinberc, Bernensi. Spondent ambæ universitates se invicem consilium et auxilium impensuras contra omnes, nullos excipientes, nisi dominos defensoresque suos, quibus debitum auxilium quæque civitas et contra alteram ferre debet. „Cum vero deffensor Bernensium, scil. dom. Ph. Comes Sabaudie decesserit. Vel Anna quondam filia Comitis Hartmanni jun. de Kiburc, et cum deffensio dom. R. Comitis de Habsburg finem habuerit, neutra ciuitas dominum vel deffensorem sine alterius civitatis consilio eligere vel recipere debet.... Sed Bernenses preoptinuerunt imperium ita, si Romanus Rex vel Imperator venerit potens citra renum et in Basilea, friburgenses vero preoptinuerunt dominum suum, etc. etc. Datum in Ecclesia Nuwinecga feria quinta post dominicam Quasi modo geniti Anno Domini. M°. CC°. LXX. primo.

Autent. in Archivo Reip. Bernensis. Invent. Actorum Friburgensium, R. R. r. Impressa, ap. Walther, Geschichte des bernischen Stadtrechts, T. I. App. V. aliquid mendose. Cod. Zeerleder. II. N°. 558. Recueil diplomat. de Fribourg I. 104.

802. *Declarat Civitas Bernensis civitati Friburgensi, protectorium suum, cum Philippo Comite Sabaudiæ et Burgundiæ initum esse, non nisi ad tempus vitæ ejus, neque heredibus suis ullomodo profuturum fore.*

1271. Aprilis 18 Bernæ.

Menighlichem dem dieser Brieff furkhommen wurde seye zu wussen, das Wir der Schultheiss, Rath vnd Gmeind von Bern mitt disem brief bekhennend, das wir dem durchleuchtigen Herrn Ph. Grauen zu Savoy vnd Burgund nit verbündet sind, dann syn lebenlang, vnd das wir syner Erben keinem, ia synen Erben gar nitt verpflichlet sind. Zu Gezüghnuss vnd Warheidt welliches wir dise Schrift mit vnserm Insigel verwahrt Sambstags nach dem Suntag Quasimodo geniti, in dem Tusend zweyhundert ein vnd sybenzigsten Jar.

Autenticum in archivo publico Friburgi. Edita est ista Charta in Libro dicto. «Recueil diplomatique du Canton de Fribourg» in Tomo I. N⁰. XXVIII. pag. 104. Ubi Comes Sabaudiæ perperam «Johannes» nuncupatur.

803. **1271. Augusti 1. Sine loci indicatione.**

Compromissum inter Beatricem Comitissam Viennensem et Albonensem ex una parte, et Humbertum, dominum de Thoria et de Villare, et Henricum, cantorem Lugdunensem, fratres, nomine, et potestate accepta matris eorum, Beatricis, dominæ de Villars et de Thoria, ex altera parte, in personas, ill. viri domini Eadmundi, nati dom. Regis Angliæ, et Philippi, Comitis Sabaudiæ et Burgundiæ, ad terminandas lites de successione quondam Aymonis domini Fuciniaci. Datum, die Sabbathi in festo b. Petri ad vincula. Anno Dom. MCCLXX. primo. *Invent. Faucigny. F. I Nr. 15.*

804. **1271. Augusti 3. ap. S. Georgium de Esperanchia.**

Sententia arbitralis inter Beatricem comitissam Viennensem et Albonensem, et Beatricem, dominam Thoriæ et Villarii, de litibus inter illas exortis circa successionem quondam Aymonis domini Fuciniaci, prolata per duos arbitros, videl. Eadmundum, ill. Regis Angliæ natum, et Philippum, Sabaudiæ et Burgundiæ Comitem. Statuunt, ut cedat Comitissa Viennensis dominæ Thoriæ, pro omnibus clamoribus suis in dictam successionem, castra et loca Albonæ et Heremantiæ

et quicquid situm est a dicto loco Albonæ superius in Waudo; exceptis tamen feodis dominorum Montisfalconis. Debeatur ultro, dominæ Thoriæ et liberis suis, redditus annuus DCC librarum Vienn. de Baronia Fuciniacensi, inclusis tamen in hac summa, redditibus prædictorum locorum cessorum. Imponitur obligatio dominæ Thoriæ et liberis suis, ut recognoscant esse de feodo Comitis Sabaudiæ omnia sibi cedenda modo supra notato, iuxta formam conventionis inter se pactæ: salvis, loco Herementiæ et terris sitis a lacu Gebennensi usque ad Flumetum, quæ omnia a domina Thoriæ et liberis ejus recognoscantur esse de feodo Beatricis comitissæ, et ipsa comitissa teneatur recognoscere ea de feodo Comitis Sabaudiæ. Item recognoscant in feodum Comitis Sabaudiæ, prædicta mater et filii de Thoria, castrum Albonæ, et quidquid situm est et tenent ultra lacum Gebennensem versus Lausannam. Item remittat et quittat Beatrix Comitissa dominæ Thoriæ et filiis ejus, Humberto domino Thoriæ et Villarii, et Henrico Cantori Lugdunensi, omnes querelas et rancores de damnis et injuriis sibi illatis. Actum apud S. Georgium de Esperanchia, die lunæ in festo revelationis beati Stephani, Anno Domini M°. CC°. LXX°. primo. Extant sigilla Edmundi filii regis Angliæ *(duo leones pardali vicissim se intuentes)* et Philippi comitis Sabaudiæ et Burgundiæ. *(Aquila alis extensis.)*

Invent. Faucigny, Fasc. I. N°. 15.

805. **1271. (Diei indicatio a margine chartæ avulsa.)**

Fidejussores a Beatrice domina de Thoria et Villario et filiis ejus dati pro observatione sententiæ præfatæ: Ginesius Comes Forensis, Alamandus de Coudrey, Guigo dominus de Tuillier, Berlio, dominus de Mogreue. Fidejussores pro Beatrice Comitissa Viennensi: Odo et Henricus Alamandi, Amedeus dominus Montisfalconis, Petrus dominus de Coudrey, Willelmus et Aymo domini de Lucingiis, Willelmus de St. Georgio, Willelmus dominus de Tornone, Thomas et Amedeus de Sabaudia, fratres. *(Fidejussiones istorum fidejussorum omnes specialiter stipulatæ sunt in charta ista.)* Annexa: Ratificatio conventionum prædictarum a Domina de Thoria, Beatrice, et ab ambobus filiis ejus addita. Actum Anno Domini M°. CC°. LXI°.

Invent. Faucigny, Fasc. I. N°. 15.

806. **1271.**

Assignatio Beatricis Comitissæ Viennensis et Albonensis, in favorem Beatricis dominæ de Thoria filiorumque ejus, pro executione prædictæ sententiæ arbitralis, castri Herementiæ, sylvæ de Conchiis, loci Cuminiaci, Castri Albonæ, loci S. Liberii, et cæterorum bonorum feodorum et dominiorum, ab Albona superius in Waudo sitorum, et dominæ Thoriæ adjudicatorum; et ultro reddituum loci de Illies, et librarum Vienn. MCCCCL in pecunia numeranda. Data, Anno Domini M°. CC°. Septuagesimo primo. *(Sine indicatione mensis neque loci.)*

Invent. Provinciæ Faucigny, Fasc. I. N°. 15.

807. *Litteræ reversales indemnitatis Beatricis Dalphinæ pro Odone Alamandi.* **1271. Octobris 15.**

Beatrix, domina Fuciniaci, Comitissa Viennensis, per litteras suas, promittit warandiam Odoni Alamandi, se illum indemnem servaturam, de fidejussione ejus in favorem ipsius Beatricis, pro observatione pacti conditi inter illam et materteram suam Beatricem dominam Thoriæ, mediantibus Edmundo filio Regis Angliæ et Philippo Comite Sabaudiæ et Burgundiæ, patruo suo. Actum Idibus Octobris MCCLXXI.

D. Ed. Mallet, ex Archiv. Gratianopolitano.

808. *Vapincenses recognoscunt sese esse de feudo liberorum Beatricis Dalphinæ.*

1271. Decembris 11. ap. Vapincum (Gap).

Consules Universitatis hominum de Vapinco et ipsa Universitas per sonum campanæ convocati, recognoscunt Consulatum de Vapinco esse de feudo liberorum ill. Dom. Guigonis Dalphini, et ill. dominæ B. Vienn. et Albon. Comitissæ et dominæ Fucigniaci, cui dominæ, ut liberorum suorum tutrici fecerunt homagium Consules de Vapinco, occasione Consulatus, et donant, una cum tota universitate, spontanea voluntate, donatione simplici et irrevocabili, consulatum Vapincensem, nunciis prædictæ Comitissæ, nomine ipsius et liberorum suorum. Actum anno Nativitatis domini M. CC. LXXI. ind. XIV. die XI intrante Decembri, apud Vapincum in Ecclesia Veteri B. Marie. ***Valbonn. II. 92.***

809. **1272. Januarii 18. ap. Viennam.**

Pacta inter Robertum ducem Burgundiæ, tutorem Johannis pupilli Dalphini, lege testamenti Guigonis Dalphini,

et Beatricem Viennæ et Albonis Comitissam, matrem ejusdem Johannis Dalphini, quibus dirimuntur dissensiones exortæ super regimine Delphinatus, mediante Philippo comite Sabaudiæ et Burgundiæ. Spondetur quod Robertus dux sit et remaneat tutor Johannis pupilli Dalphini, et regat illius nomine terram quam nunc tenet, vid. Vapincensem cum aliquot castris, ita, ut gentes ducis dictas terras tenentes bis in anno reddant computum de proventibus eorum, dom. Comitissæ, cui reddatur, in utilitatem Johannis residuum de expensis faciendis pro regimine dictæ terræ. Adveniente Johanne ad tempus pubertatis, debeat reddere Dux illi, vel præmortuo illo, sorori ejus Annæ, terram Vapincensem cum castris quæ tenet, facta tamen prius juratoria cautione de matrimonio contrahendo inter Johannem et Margaritam filiam Ducis. Aliam totam terram quond. G. Dalphini, regat et teneat Beatrix Comitissa usque ad pubertatem Johannis nomine Ducis, tanquam tutoris dicti Johannis. Utraque pars promittit alteram in regimine terræ suæ nullomodo perturbare, immo juvare et defendere. Solvat Beatrix, nomine filii sui, Duci pro expensis quæ faceret pro negotiis dicti Johannis, MMM. libr. Vienn. Debet Dux eligere Castellanos in terris regiminis sui, ex hominibus Johannis Dalphini, vel qui fuerunt homines quondam Guigonis patris sui. Jurabunt dicti castellani et ballivi, se reddituros castra et dominia, quibus præsunt, Johanni Dalphino, cum annos pubertatis attingeret; et si contingeret illi præmori huic termino, reddent illa Annæ, sorori ejus: et præmoriente Anna, ipsi Roberto Duci, salvo jure Beatricis, etc. Sigilla apponunt huic instrumento, Robertus Dux, Beatrix Comitissa, et ad hoc rogatus, Philippus Comes Sabaudiæ et Burgundiæ. Datum apud Viennam die Lunæ in crastino beati Antonii, A. D. M°. CC°. LXX°. secundo. *(St. natalis.)* *Valbonnois II. 9.*

810. Foedus burgensium habitatorumque Muratensium cum Philippo Comite Sabaudiæ. **1272. Augusti 23.**

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi Quod nos Aduocatus, Consules, et ceteri burgenses et habitatores Murati, promittimus bona fide et per iuramentum super sancta Dei Euuangelia a nobis corporaliter prestitum, Illustri viro dno Ph. Sabaudie et Burgundie comiti coad uixerit ipsum et suos iuuare, manutenere et defendere contra omnes, toto posse nostro et eidem dno comiti tanquam domino nostro obedire, et

castellanis ejusdem, quousque rex aut imperator creatus fuerit, qui terram et dominium supra Renum teneat et possideat, et specialiter Basileam, cuique regi aut imperatori teneamur tanquam domino obedire. In cuius rei testimonium sigillum Communitatis nostre duximus litteris presentibus appendere. Datum et actum die Martis ante festum beati Bartholomei apli Anno dni M°. CC°. septuagesimo secundo.

Appendet sigillum, in quo conspicitur Leo.

Arch. Aul. Taurin. Invent. Waudi, Fasc. I. Convol. II. Extat etiam authenticum sigillatum in eodem Archivo.

811. **1272. Mense Augusto.**

Lettre reversale de Philippe cuens de Savoe a B. sa niepce fille de son frere Pierres ca en arriere, que la donation ou cession a lui fete par dicte Dame B. contesse de Vienne e dalbon et Dame de Foucignie naye vigeur que jusqu'au tems de son dèces *(du cuens Philippe)* a laquelle epoque Bèatrix doit rentrer dans tous les dreits dont elle a hèritè par la mort de son pere, le Cuens pierres. Done el mois d'Aust lan' de nostre Seignior MCCLXXII.

Invent. Principi di Sangue, Fasc. I. N°. 11.

811. a. **1272. Novembris 16.**

Die Mercurii in festo sancti Edmundi confessoris obiit dominus Henricus quondam Rex Anglie, sero.

Foedera II. 497.

812. **1273. Aprilis 1. ap. Urbemveterem.**

Processus et bulla excommunicationis Gregorii X, P. M. contra Guidonem de Monteforti, propter internecionem flagitiosam Henrici, filii quondam Ricardi Romanorum Regis Viterbii perpetratam. Actum in Palatio nostro Urbeveterano Kal. April. pontificatus nostri anno II.

Rymer I. II. 130. Foed. II. 501.

813. Pactum matrimonii Beatricis Comitissæ Viennensis cum Gastone Vicecomite Bearnensi.

1273. Aprilis 2. S. Georgii Esperanchiæ.

Noverint vniuersi præsentes litteras inspecturi quod nos Beatrix Dalphina Viennensis Domina de Fulciniaco, filia quon-

dam Dni. Petri Comitis Sabaudie damus et concedimus nos in uxorem et sponsam Nob. Baroni domino Gastoni Vicecomiti Bearnensi et ipsum Dom. Gastonem per verba de presenti consentientes in eum in sponsum nostrum recipimus et in virum et vna nobiscum in dotem sibi damus et assignamus vniuersa et singula bona nostra mobilia et immobilia presentia et futura ubicunque fuerint, sicut sunt castra. ville. iurisdictiones. districtus. iura. dominia. homagia. et alia bona quecunque habemus in presenti et habere poterimus in futuro ex successione Petri dudum patris nostri, vel alias vndecumque et ipsum omnium bonorum nostrorum presentium et futurorum facimus et constituimus uerum et legitimum possessorem. In cuius rei testimonium presenti carte sigillum nostrum duximus apponendum. et ad iustantiam et requisitionem nostram. Ven. Pater in Christo Guillelmus Dei Gratia Vasateusis Episcopus et dictus Dominus Gasto et dominus Simon de Joinville avunculus noster et dominus Guillelmus Ezii de Fronciaco sua sigilla presentibus literis apposuerunt. Dat. ap. sanctum Georgium Dominica in Ramis palmarum, A°. Dom. M°. CC°. LXXIII°.

Guich. Pr. p. 80.

814. *E testamento Adalasiæ, relictæ Alberti junioris, Domini de Turre Pini et de Coloniaco.*

1273. Mense Majii. In Castro S. Saturnini.

... Item Humberto de Turre, fratri Domini mei et mariti mei relinquo M. lib. Vienn. quas precepit mihi reddi Albertus quond. maritus meus.... Item domine Comitisse del Borget, Consanguinee mee, do, lego L. lib. Vienn. si supervixerit. Item Thome et Amedeo de Sabaudia filiis eiusdem, cuilibet, do, lego L. lib. Vienn. si supervixerint. It. Hugoni de Turre Senescallo Lugdun. do, lego C. lib. Vienn. etc. etc.

Datum Anno Domini MCCLXXIII. Mense Maii in Castro S. Saturnini. *Valbonnois I. 169.*

815. *Homagium iteratum a Comite Sabaudiæ, regi Angliæ pro Avilliana, Secusia, S. Mauricio et Bardo.*

1273. Junii 25. ap. S. Georgium de Sperenchia.

Philippus comes Sabaudiæ fatetur recepisse ab Edwardo Rege Angliæ in feudum, castrum Avillianæ, villam Secusiæ cum palatio, castrum de Bardo, et villam S. Mauritii in Chablais, ad retinendum sub eo modo, sicut tenuit eas et ea A.

comes a Henrico Rege, patre præd. Regis: et pro dictis feodis fatetur Philippus fecisse homagium in manibus præd. Regis Edwardi.

Rymer I. II. 133. Foed. II. 504. Cal. rot. pat. 45b.

Hisce verbis:

Rex concessit Pho. nunc Comiti Sabaudie in feodo Castrum de Bardolf ac alia maneria et hereditates in *Challey* ac ducentas marcas e Scaccario concessas Amadeo Comiti Sabaudie per Regem H. III. Anno primo Edwardi Regis I.

816. **1273. Augusti 31. ap. Matisconem.**

Humbertus, Dominus de Turre promittit Beatrici, Comitissæ Vienn. et Albon. et dominæ Fuciniaci, quod, post mortem Philippi Comitis Sabaudiæ, statim faceret ipsi Beatrici, filiæ et heredi Petri Comitis Sabaudiæ et Gastoni marito suo, homagium ligium, præstaret sacramentum fidelitatis, pro illis baroniis et castris, pro quibus prædecessor ipsius Humberti, fecit et præstitit homagium et fidelitatem quondam Petro Comiti patri dictæ Beatricis, videl. pro medietate castri Turris pini, Burgundio, pro fortalitio S. Saturnini et pro castro Varesii, pro quibus promittit se fore vassallus fidelis Beatricis et Gastonis, sub poena MMM. marcarum argenti, si falleret his promissionibus. Promittunt e contra Beatrix et Gasto, se fore bonos Dominos Humberto etc. Sigilla Roberti ducis Burgundiæ, Gastonis, Beatricis Comitissæ et Humberti domini de Turre. Datum pridie Kalend. Septembris, Anno Dom. MCCLXXXIII. apud Matisconem.

Valbonnois hist. de Dauphiné. T. I. 198. T. II. 10.

817. **1273. Septembris 1. Sine loco.**

Pactum Matrimonii inter Humbertum dom. de Turre et de Cologniaco, et Annam, filiam Guigonis Dalphini et Beatricis dominæ Fuciniaci, consentientibus, Roberto Duce Burgundiæ, tutore dictæ Annæ, et Gastone, actore ejusdem Annæ et Johannis, liberorum prædictorum Guigonis et Beatricis, constituto a prædicto Duce Roberto, et ipsa Beatrice matre prædictæ Annæ. Recipit Anna pro dote sua, sex millia marcas argenti, sibi per testamentum patris sui Guigonis destinatas, pro quibus renunciavit fratri suo Johanni omne jus in reliquam successionem paternam, salvo casu mortis improlis dicti Johannis, in quo casu totum ius suum sibi sit salvum, lege

prædicti testamenti paterni. Apposuerunt sigilla sua, G. Episcopus Claromontis, Robertus Dux Burgundiæ, Gasto Vicecomes Bearnensis, Beatrix Comitissa Vienn. et Albon. Domina Fuciniaci, et Humbertus dominus de Turre. Datum Kal. Septembris, Anno Dom. M°. CC°. LXX. tertio.

Valbonnois hist. de Dauphiné. I. 198. II. 11.

818. *Margaritæ Comitissæ de Quiborch decessus.*

1273. Septembris 4.

Item. Anno Domini MCCLXXIII. pridie nonas septembris obiit illustrissima domina Margarita comitissa de Quiborch in Allemania soror comitum filia domini Thome sexti Comitis Sabaudie. Requiescat in pace. Amen.

Chron. et Necrol. Altæcumbæ, in Mon. hist. pat. Script. I. col. 674.

818. a. *Coronatio Edwardi I. Regis Angliæ.*

1274. Aug. 19. Westmonasterii.

Memorandum quod Edwardus Rex Anglie applicuit apud Dovoriam die Jovis proxima post festum S. Petri ad vincula anno Dom. MCCLXXIV. Et die Dominica proxima post festum Assumptionis b. Marie proximo sequens solempniter coronatus fuit in ecclesia b. Petri Westmon. anno Domini supradicto et anno Regni ejusdem Regis Edwardi secundo.

Foedera II. 518.

819. *Transactio Beatricis dominæ Fuciniaci, cum Episcopo Gebennensi, Aymone de Menthonnay, de jurisdictione in Bona.* **1274.** Octobris 23. Castellione in Fuciniaco.

Nos B. Vienn. et Albon. Comitissa et Domina Fucigniaci, Notum facimus etc. quod cum Durandus filius Melline de Bongivans homo ligius Dom. Episcopi Gebenn. commisisset furtum in loco qui dicitur en les erbes, in quadam grangia que erat Humberti de Vilars dicti Mestral, qui locus est de dominio et iurisdictione dicti dom. Episcopi, Castellanus noster de Fucigniaco cum satellitibus nostris de Bona ipsum ceperunt et in carcerem retruserunt dicentes ipsum infra terminos nostri dominii et jurisdictionis furtum commisisse et idcirco ipsum auricule unius amputatione punierunt. Nos autem postmodum cognoscentes quod locus in quo delinquerat erat in dominio et iuridictione dicti Domini Episcopi prout debuimus ac satisfecimus in L. libris pro iniuria supradicta. Volentes nichilominus quod dictus Episcopus Remondo Veteris Castellano

Fucigniaci et Amedeo Saltero de Bona, qui in hoc facto fuerunt principales penam corporalem imponat prout sibi videbitur faciendum. In cuius rei testimonium etc. Datum apud Castellionem, Anno Dom. M°. CC°. LXX°. quarto, feria III ante festum SS. Symonis et Jude.

Arch. Gebenn. comm. p. Dom. Mallet.

820. **1274. Novembris 11. Norpes (Norwich).**

Edwardus I Rex Angliæ confirmat Philippo Comiti Sabaudiæ solutionem annuam ducentarum marcarum argenti, pro homagio præstito de castris Avillianæ, Secusiæ, Bardi et S. Mauritii, quas quondam Henricus Rex, Amadeo Comiti pro dicto homagio concesserat. Ap. Norpes die 11 Nov. anno III. Edwardi Regis. *Rymer I. II. 143.*

821. *Statutum Edwardi I. Angliæ Regis, circa quatuor feuda Philippi Comitis Sabaudiæ, et CC. Marchas annuas, illi tribuendas.* **1274. Novembris 11. Northampton.**

Edwardus I. Angliæ Rex: Cum incl. mem. dom. Henricus Rex Angliæ, pater noster concessisset dudnm nob. viro, D. Amadeo quond. comiti Sabaudiæ, et heredibus snis CC. marcas singulis annis, in termino S. Michaelis ad Scaccarium Westmonast. nomine feudi, imperpetuum percipiendi pro homagio quod dict. comes eidem patri nostro fecerat pro castro Avillan' et villa Secus' cum palatio et castro de Bardolf, et villa S. Maurtii in Chablay, quæ quidem castra et villas præd. cum palatio idem comes a dicto patre nostro recepit in feodum: Nos concessionem illam acceptantes volumus et concedimus, quod Philippus nunc comes Sabandiæ, cujns homagium cepimus de castris et villis prædictis cum palatio et heredes sui comites Sabaudie percipiant prædictas CC. marcas annuas ad dictum scaccarium termino prædicto ita quod idem Philippus et heredes sui teneant de nobis et heredibus nostris præd. castra et villas cum palatio imperpetuum pro homagio suo ut superius est expressum. In cujus etc. Teste Rege. Apud Northampton, XI die Novembris, Anno regni nostri secundo.

Foed. II. 519. Rymer I. II. 143. Calend. vot. pat. 45b.

822. **1274.**

Philippus Comes donat Monasterio filiarum Dei apud Rotundum montem censum annuum X solidorum.

Arch. Coenobii filiarum Dei.

823. *Cecilia comitis Amedei septimi uxor et mater Bonifacii octavi Comitis.* 1275. Maji 21.-23.

Anno Domini MCCLXXV. decimo secundo Kalendas iunii obiit illustrissima domina Cecilia comitissa Sabaudie secunda coniux Amedei septimi comitis Sabaudie et mater incliti Bonifacii quondam comitis octavi decimo Kalendas hic sepulta. Requiescat in pace.

Chron. et Obituarium Altæcumbæ, in Mon hist. pat. scriptt. I. Col. 674.

824. *Alienoræ, Reginæ Angliæ, donatio facta filiis Thomæ de Sabaudia, Flandriæ Comitis.*
1275. Junii 19. Hauer (?).

Alienora Regina Angliæ et mater Regis Edwardi, statuit, quod castra in Sabaudia quæ dedisset quondam mater sua, Beatrix Comitissa Provinciæ, sibi et Margarethæ Reginæ Franciæ, sorori ipsius Alienoræ, videl. Petræ Castellum et Monsfalconis sint amatorum consanguineorum suorum, filiorum Thomæ de Sabaudia comitis Flandriæ.

Zibaldone Pingonii.

825. 1275. Augusti 6.

Edwardus Rex Angliæ quitat Philippum Comitem Sabaudiæ de mille marcis argenti debitis a quondam fratre Philippi, Thoma Comite, Henrico Regi, patri prædicti Edwardi Regis. *Rymer I. II. 149.*

826. 1276. Mense Augusto.

Beatrix, Comitissa Vienn. et Albon. Domina Fuciniaci, concedit per litteras suas patentes Capitulo Gebennensi ius escaetæ nonnullarum terrarum sitarum in territorio Viniaci iuxta Bonam, albergatarum P. de Viniaco, burgensi de Bona.

E collect. diplom. domini Eduardi Mallet, Judicis Gebenn.

827. *Obitus Alesiæ, dictæ Contesson, filiæ Thomæ II de Sabaudia Comitis.* 1277. Augusti 1.

Anno domini M. CC. LXXVII. Kalend. Augusti obiit Alesia filia illustris viri domini Thome de Sabaudia hic honorifice tumulata. Requiescat in pace. Amen.

Chron. Altæcumbæ, Mon. hist. pat. Script. I. col. 674.

828. **1277. Novembris 5.**

Homagium Jacobi de Bugey, præstitum Beatrici de Vienna „Comitisse“ Fuciniaci, de dominio nuncupato Rochefort, in terra de Bugey.

Ex archivo quondam Cameræ regiæ computorum Delphinatus, in Gratianopoli a dom. Mallet inde deprompta.

829. *Epitome litterarum Regis Angliæ Regi Franciæ perscriptarum, de negotiis Gastonis Vicecomitis Biernia.*

1277. Novembris 15. Rothelanæ.

Philippo, D. G. Regi Francorum, Edwardus ead. Gr. Rex Angliæ etc. Cum Gasto Vicecomes de Biernia super quibusdam gravaminibus, quæ sibi per nos illata dicebat, ad vestram audientiam se assereret appellasse, ac pendente appellatione super hiis coram vobis quædam gravia et enormia contra personam nostram in præsentia vestra et consilii vestri proponeret, nos, ut audivimus, super hoc appellando: Tandem idem Gasto perpendens se a veritatis tramite deviasse omissis appellationibus supradictis, se nostræ totaliter supposuit voluntati, ad nos in Angliam veniens, de præmissis veniam postulans, et offerens se in omnibus nostræ voluntati parere, quem nos vestri contemplatione admisimus, injungentes pro parte voluntatis nostræ, ut, in curia et præsentia vestra et vestri consilii, quæcunque contra personam nostram in prædictis appellationibus proposuerat, dediceret publice et ore proprio revocaret, ad nos postmodum veniens voluntatem nostram super residuo auditurus. Hiisque peractis ipsoque præsente coram nobis, cum evidenter liqueret eundem Gastonem per suam submissionem in nos de voluntate vestra factam, a suis appellationibus cecidisse, et poenam promeruisse sibi per nos graviter infligendam. Nos attendentes, quod plerumque rationem superat vis rancoris, metuentes quicquam facere quod excellentia vestra indigne posset gerere vel moleste, et sperantes quod vituperium personæ nostræ factum, ex vestra confidentia speciali, personam vestram tangere videatur, et vindicta ad vos, ex natura sanguinis, quodammodo debeat pertinere, ipsum ad vos remisimus, ut si humana voluntas ex animi rancoro juste concepto, nos contra ipsum exasperare moveret, id vestra providentia sub æquitatis modulo mitigans, quantitatem delicti et qualitatem personarum considerans, eidem Gastoni debitam poenam infligeret, et satisfactionem condignam, quam per nos recepisse possemus, per excellentiam vestram honorabilius

haberemus. Nec fuit nec est intentionis nostræ quod super aliquibus aliis, voluntatem nostram prædictam vobis concederemus, nisi super prædictis, cum per renunciationem vel omissionem suarum appellationum cætera omnia ipsum tangentia, ad statum pristinum quo erant ante appellationem sint redacta.

Protestatur deinde Edwardus Rex, ne inquirere præsumat Rex Franciæ in litibus et querelis a Gastone sibi Edwardo motis, neque ordinet quicquid de militibus et adhærentibus dicti Gastonis, quæ omnia esse fori suimetipsius Regis Angliæ, non vero illius Regis Francorum, et quæ, pergit, „nec a jure vobis permissa nec secundum voluntatem nostram prædictam, quam in vos transtulimus, intendimus esse concessa.“ Dominationi vestre, pergit Edwardus, supplicamus attente, quatinus circa puenam eidem Gastoni pro meritis infligendam, adeo provide ordinare dignemini, ut per evidentiam facti, de tantis transgressionibus et tam gravibus vos offendi liqueat, et nos emendam congruam cum honore assequamur exinde, idemque Gasto vestris et nostris subditis sit exemplar, etc. Datum apud Rothelan, XV die Novembris, anno regni nostri quinto.

Foedera Rymeri, in actis publ. Turris Londin. I. II. 547.

830. **1277. Mense Novembris. Montaniaci.**

Divisio dominiorum ab Aymone domino Montaniaci relictorum, inter duos filios ejus, per quam obtinet Willelmus primogenitus castrum Montaniaci cum omnibus pertinentiis suis; Hartmannus vero, secundogenitus, castrum de Pelpe cum pertinentiis ejusdem.

Ind. Bar. Waudi, T. II. pag. 306. N⁰. 1.

831. Leonetæ de Jaz, recognitio feudorum a Beatrice domina Fuciniaci. **1278. Februarii 4. Sine loco.**

Leoneta, domina de Jaz, consentiente Petro de Joinville filio suo, recognoscit in feodum a domina Beatrice, Comitissa Viennensi et Albonensi et domina Fuciniaci, res et terras sequentes: dominium castri de Castillione in Michallia cum omni iure et mandamento suo in tota Michallia: castra de Clusa, de Ponnye, de Escorenz, quod dom. Rod. de Liurone tenet a domina Leoneta: dominia castrorum S. Johannis de Gonellis, de Fleye, de pouillie, de Grellie, de Prangins, de Genollie, de Monte Rocherio, domum fortem de Colay, omnia

cum omnibus iuribus et pertinentiis suis: et generaliter quicquid possidebat dicta Leoneta allodii et dominii in diœcesibus Gebennensi et Lausannensi: pro quibus recognitionibus solvit Beatrix dictæ Leonetæ nongentas libras vienn. in quibus dicta Leoneta tenebatur Beatrici pro dotibus Beatricis et Agnetis, filiarum Leonetæ. Quitavit ultro, domina Beatrix dominæ Leonetæ omnia quæ hæc Leoneta possidebat in mandamento Versoyæ et in parocchia S. Lupi usque ad clusam in hominibus decimis, etc. Act. A⁰. ab incarn. dom. M⁰. CC⁰. LXX⁰. septimo. Indict. VI. die Veneris pridie Non. Febr. *(Styli paschalis.)*

Aut. in arch. Divionensi comm. Dⁱ. Mallet.

832. 1278. Octobris 23.

Leoneta, Domina de Jaiz, jubet Petrum dominum Castellionis Michalliæ, facere homagium Domino Humberto de Turre et dominæ Beatrici Comitissæ Viennensi et Albonensi.

E Coll. dipl. dom. Mallet, depromta ex archivo antiquæ Cameræ computorum Delphinatus.

833. 1278. Novembris. Sine loco.

Testamentum Alicis, Comitissæ Palatinæ Burgundiæ, uxoris Philippi Comitis Sabaudiæ et Burgundiæ, factum et conditum de assensu dicti Philippi conjugis ejus. Statuit quod Otto, primogenitus testatricis, dominus Salinensium et Comes Burgundiæ, succedat sibi ut hæres ipsius, statim post mortem suam in Comitatu palatino Burgundiæ.

Invent. Testam. d. Princ. di Sav. Fasc. I. N⁰. 17.

834. Decessus Alicis, Comitissæ palatinæ Burgundiæ et uxoris Philippi Comitis Sabaudiæ, in Aquiano.

1279. Martii, 2 vel 9. Aquiani.

Computum de expensis factis ducendo dominam comitissam et circa exequias ipsius a die iouis ante mediam quadragesimam anno domini MCCLXXVIII usque ad diem iouis ante ramos palmarum. *(Annus sec. stylum paschalem.)*

Computum Andreæ de Voyron, thesaurarii Comitis, pro anno MCCLXXIX. in Arch. Cameral. Taur.

835. 1279. Aprilis 4.

Edwardi Regis Angliæ rescriptum de matrimonio Constantiæ Bearnensis, relictæ Henrici de Alemannia, cum Aymone Genenue, consanguineo suo.

Rymer I. II. 178.

836. 1279. Aprilis 22, 25, sive 29.

Homagium Petri, filii quondam Amedei, domini Castellionis Michalliæ, præstitum de XX libris census annui sibi competentis in dicto Castellione, dominæ Beatrici Comitissæ Vienn. et Albon. et dominæ Fuciniaci. Actum die Sabbathi in festo b. Marci Evangelistæ. A°. Dom. M. CC. LXXIX. *(Festum b. Marci Evangelistæ incidit isto anno in diem Martis).*

E coll. dipl. dom. Mallet: charta archivi Cameræ Comput. Gratianopolitanæ.

837. 1279. Aprilis 28.

Edwardus Rex Angliæ ignoscit Gastoni Vicecomiti Bearnensi, consanguineo suo, hostilitates et offensas suas.

Rymer I. II. 178. Foed. II. 569.

838. 1279. Octobris 19.

Beatrix, filia Petri Comitis Sabaudiæ, declarat, se redemturam esse quosdam redditus, in deductionem sexmillium librarum Viennensium, quas sibi debebant Leona domina de Gayx et filii ejus, Willelmus et Petrus, et pro quo debito impignorata erant prædictæ Beatrici, Castra Versoyæ et Clusæ. Actum, in crastino b. Lucæ Evangelistæ anno Domini M°. CC°. LXX°. nono. Sigillum Beatricis: Crux Sabaudica inclusa Nodis Sabaudicis, cum perigraphe † SIGILLVM BEATRICIS FILIE PETRI COMITIS FAVCI.

Cibrario, Sigilli. N°. 22. Ex Arch. Aul. Taur.

839. *Arbitrium inter Beatricem dominam Fuciniaci et Capitulum Gebennense.* 1279. Mense Decembris.

Sententia arbitralis Bernardi de Guez, Judicis Fuciniaci Bonifacii de Bardoneche ballivi Ibidem, et Francisci de Lucingio, Canon. Gebenn. inter Beatricem dominam Fuciniaci et Capitulum Gebennense, de dominio Vernanche, a Beatrice possesso, sed ab utraque parte petito. Cedit Capitulum terram de Vernanche dominæ Beatrici, et recipit e contra quatuor libras Gebenn. annui redditus, una cum decima nuncupata Quinta.

E Coll. dipl. Dom. Mallet, Gebennis.

840. *Sponsio indemnitatis Beatricis de Fuciniaco pro Aynardo de Turre.* 1280. Aprilis 27. Sine loco.

Litteræ Beatricis, Comit. Vienn. et Albon. et dominæ Fuciniaci, quibus promittit domino Aynardo de Turre, domino Vignayci, servare eum indempnem de fidejussione, quam inierat pro illa et Johanne Dalphino filio suo, de D. lib. Vienn. erga Dom. Montis Lupelli. Datum die Sabbathi post Pascha, Anno Dom. MCCLXXX. * *Valbonn. I. 207.*

841. 1280. Julii 22.

Petrus de Porta recognoscit ut feoda moventia ab Aymone, Comite Gebennensi, aliquot homines et bona loci Cletarum, subjacentes servitiis annuis in ista Charta enumeratis, in favorem dicti Comitis.

Invent. Genevois, Fasc. XXVIII. Tit. les Clefs ou les Clets, fiefs des Comtes de Genevois, N°. 1.

(Continet idem fasciculus, et sub eodem titulo, plures alias recognitiones et fidelitates dominorum Cletarum, Comitibus Gebennensibus factas, et totidem investituras dictorum dominorum de feudis Cletarum per Comites Gebennenses, videlicet:

Annis et diebus, 1308. Julii 22; 1315. Dec. 9. 1316. Jan. 12. regnante et agente Comite Gebennensi Willelmo III. Annis 1322. Julii 30 et 1341. Martii 13, Amedeo III. Comite Gebennensi.

Anno 1378. Decemb. 11. sub Petro Comite Gebennensi: Anno 1408. Febr. 24 sub. Amedeo VIII, Comite Sabaudiæ, tunc simul Comite Gebennensi.

842. *Quatuor litteræ Edwardi Regis Angliæ de pace restituenda inter Rodolphum Romanorum Regem, et Philippum comitem Sabaudiæ.*

1281. Februarii 18. Shireburne.

Duæ litteræ, Ottoni de Grandisono, ut, unâ cum magistro Johanne de Derby decano Lychefeld, nomine, et potestate Regis ad hoc accepta, diligentiam adhibeat quam maximam, ad condendam pacem inter dictos Regem et Comitem. Tertia, Thomæ de Sabaudia, quod ad pacem inter dictas partes reformandam, modis quibus melius, diligenter se intromittat, et quod prædictis Ottoni et decano credat.

Quarta, Rodolpho Regi Romanorum, quâ illi commendat prædictos Ottonem de Grandisono et Johannem de Derby, ut potestate ipsius Edwardi munitos ad tractandum de pace inter dictum Regem Alemanniæ et Philippum comitem, nomine Ed-

wardi ut mediatoris. Datæ (omnes quatuor) apud Shireburne XVIII die Februarii, anno regni nostri nono.

Rymer. I. II. 190. Foed. II. 589.

843. *Reductio castri Bucurionis in manus Ecclesiæ Gratianopolitanæ.* 1281. Junii 24. ap. Bucurionem.

A. D. MCCLXXI. ind. IX. die Martis in festo b. Johannis Baptistæ venit cum armis et cum magno exercitu *coram* Castro Bucurionis, Giletus Mamandi Ballivus Comit. Graisivodani pro Beatrice Comit. Vienn. et Albon. domina Fuciniaci et pro Johanne Dalphino Comite eorund. Comitatuum, illorum nomine, uolens capere et habere dictum castrum, quia, ut dicebat multa damna inde evenerant pro eo; et volebat idem ballivus custodire dictum castrum nomine Dalphini ne de illo possent evenire in posterum damna aliqua. sed protestatus est Guill. de Comeriis, Decanus Ecclesiæ B. Mariæ Gratianopol. nomine Capituli ipsius Ecclesiæ, asserens dictum castrum esse de dominio dicti Capituli, de quo illud tenebat P. de Bucurione. Denique conventum est, quod dictus Petrus tradat, reservatis juribus suis, castrum suum præd. Decano, nomine Capituli, recognoscens illud de feudo ejusdem, etc. Actum apud Bucurionem ante dictum Castrum in prato, præsentibus octo testibus, anno et die ut supra. *Valbonnois II. 22.*

844. 1282. Aprilis 30.

Thomas de Sabaudia. Item Anno Dom. MCCLXXXII pridie Kalendas Maii obiit illustris ac animosus vir dominus Thomas de Sabaudia frater domini.

Chron. Altæcombæ, in Mon. hist. pat. Scriptt. I. col. 674.

845. *Confoederatio inter Beatricem, Dominam Fuciniaci, Johannem Dalphinum, filium ejusdem, Amedeum II, Comitem Gebennesii, et Robertum Episcopum Gebennæ.* 1282. Junii 2. apud Versoyam.

Nos G. officialis curie Geben. notum facimus vniuersis, quod in nostra presentia constitutis ill. Domina B. Vienn. et Albon. Comitissa et Dna. Fucign. et ill. uiro Johanne Dalphino filio eiusdem ex vna parte, et Amedeo comite Gebenn. ex altera.

Predicti Dna B. et Johannes eius filius soluunt, quittant et remittunt dicto Amedeo presenti et recipienti, gageriam seu ypothecam factam quondam ill. recordationis uiro D. Petro

quondam comiti Sabaudie, patri dicte Dne. B. ab ill. uiris D. Willº. quondam comite Gebenn. et Rodulpho filio eiusdem, quondam patre dicti Amedei, seu ab altero eorumdem, et etiam ius, actionem et requisitionem quod uel quam idem dns. P. habebat uel habuit super rebus dicte gagerie qualitercunque haberet et ex quacnmque causa, et dicta Dna B. tanquam filia et heres dicti Dni. P. uel ex quacunque alia causa ius habeat uel habere possit aut debeat, vbicunque dicte res obligate sint, et qualescunque in dicta gageria, siue castra siue homines, fidelitates, feuda, iura, vsagia, iuridictiones, imperium merum et mixtum, avoyerie, seu quecunque alie res, et specialiter et expresse castra de Gebenna; de Charrossia, de Baleysone, de Cletis in Vaudo, de Roa, cum iuribus, appendiciis et vniuersis pertinentiis eorumdem, et mandamentis edificiis et melioramentis factis in predictis castris seu appendiciis eorundem item fidelitates et vsagia comitis de Grueriis, et Dni. de Orons, et Dni de Langins, et Dni de Vufflens, debite dicto D. Comiti Gebenn. tempore predicte gagerie cum feudis et hominibus suis et iuridictionibus eorundem. et omnes alias res et fidelitates ad dictam gageriam pertinentes excepta fidelitate Dni. de Gayo, quam debebat seu vnquam debuit comiti Gebenn. pro rebus quas tenebat ab ipso comite ab Albona inferius inter lacum et Rodanum et montem de Jour. quam fidelitatem dictus Amedeus comes Gebenn. soluit et quittat dictis dne. B. et Johanni. Et est actum quod si idem D. de Gayo haberet aliqua feuda seu retrofeuda ab Albona superius uersus Waudum, illud teneat in feudum a Comite Gebenn. Quas quittacionem et remissionem predicti Dna B. et Johannes faciunt dicto Amedeo, ob remissionem peccatorum que dictus D. Petrus habebat seu habere poterat a predictis comitibus Gebenn. Item pro quittatione quam facit dictus Amedeus de fidelitate Dni de Gayo, predicti dna B. et Johannes dant et concedunt dicto Amedeo et heredibus eius, quicquid habent in castro et burgo de Alia villa et in castris et fortaliciis de Sessens et in maudamentis et pertinenciis eorundem, siue sint fidelitates siue quecunque alie res. Hoc expresse acto et conuento inter eos, quod acquirimenta que fecit dictus D. Petrus de feudis comitis Gebenn. cedant et remaneant eidem Dne B. ita quod ipsa Dna B. debeat pro ipsis eidem Amedeo et heredibus eius vsagiare uel dare vsagiatorem competentem, uel dictus Amedeus soluat precium ipsorum acquirimentorum, ita quod dictus Amedeus habeat electionem super pre-

dictis. Item est actum et conuentum inter eos, quod si in dicta gageria est aliquid de allodio comitis Gebenn. dictus Amedeus debet illud habere et tenere in feudi a dicto Johanne Dalphini in augmentum feudi quod ab eo tenet, et sub eadem fidelitate, et dictus Johannes debet eidem Amedeo dare et facere in recompensationem ad dictum et arbitrium ill. niri Dni H. Dni de Turre.

Item actum est, quod dictus Amedeus et heredes sui de feodo quod tenet a comitatu Sabaudie possit et debeat erga dictum D. Johannem pro vno vsagio transire, et dictus Johannes de dictis feudis pro vno vsagio sit et esse debeat contentus, scilicet pro eo vsagio in quo modo tenetur dicto Johanni. Quod feudum quod modo tenet ipse Amedeus a comitatu Sabaudie, idem Amedeus a dicto Johanne recognoscat, quando uidebit et certus erit quod ad eundem Johannem de iure pertinet.

Item dictns Amedeus promittit per iuramentum suum... predictis Dne B. et Johanni... ipsos et heredes suos iuuare, et defendere terram et bona eorum de toto comitatu Gebenn. pro posse suo, nidelicet de omnibus castris et fortaliciis ad dictum comitatum pertinentibus, de feudis et retrofeudis, de uassallis et feudatariis, de omnibus suis hominibus et subiectis, propriis sumptibus et expensis suis, contra omnes facientes ex nnnc in antea guerram eisdem Dne. B. et Johanni seu heredibus eorumdem, iuste nel iniuste, et specialiter contra detentores et possessores rerum pertinentium ad hereditatem dictorum dne. B. et Johannis. et quandocunqne dicta B. seu Johannes uel heredes eorumdem volent petere seu recuperare per guerram uel alio modo predictam hereditatem, seu aliquid de eadem, dictus Amedeus debet eos iuuare prout superius est expressum. Versa uice dicti Dna. B. et Johannes promittunt... dicto Amedeo... adiuuare et deffendere ipsum Amedenm et heredes suos, et terram et homines comitatus Gebenn. toto posse sno, de tota terra sua, de omnibus castris snis et fortaliciis, feudis et retrofeudis, hominibus nassallis et feudatariis, et aliis eisdem subditis, suis propriis sumptibus et expensis, contra omnes eidem Amedeo et heredibus suis ex nunc in antea guerram facientes iuste uel iniuste, et specialiter contra detentores et possessores rerum et hominum pertinentium ad gageriam supradictam, et contra omnes inuadentes dictum comitatum, et contra omnes rebelles et impedientes qnominus possessio seu detentio hominum et rerum dicte ga-

gerie perueniat ad dictum Amedeum seu heredes suos. et quandocunque dictus Amedeus uel heredes sui uolent... petere seu recuperare per guerram uel alio modo homines et res ad dictam gageriam pertinentes, uel aliquid de eisdem dicti Dna. B. et Johannes, et heredes eorum, debent dictum Amedeum et heredes suos iuuare toto posse suo, prout superius est expressum. Item actum est, quod si aliquid de rebus et hominibus predicte gagerie modo aliquo deueniret ad predictam Dnam. B. et Johannem uel heredes eorum... ipsi Dna. B. et Johannes promittunt et iurant dicto Amedeo, se illud reddere sine aliqua dilatione, et deliberare dicto Amedeo sine expensis et heredibus suis. Promittentes et iurantes... predicti Dna. B. Johannes et Amedeus sibi adinuicem.. se non cessare a predicto iuramine, nec pacem nec treugam nec *respictum* nec aliquam *chaunenciam* nec aliquam *suffranciam,* nec guerram lassam accipere, facere, dare per ipsos seu per alium modo aliquo, nisi de libero consensu et expressa uoluntate vtriusque partis uel heredum ipsorum. Que omnia predicta promittunt dicte partes ad inuicem sub pena mille marcarum argenti et per iuramenta sua inuiolabiliter obseruare.

Nos uero R. diuina permissione Gebenn. Episcopus, coram quo omnia predicta acta sunt et promissa, sacrosanctis euangeliis coram nobis propositis promittimus bona fide et in uerbo episcopali, predictis Dne B. et Johanni, nos iuuare et deffendere eosdem contra omnes toto posse nostro, saluo iure nostre ecclesie Gebenn. Dicti uero Dna. B. et Johannes promittunt et iurant se iuuare et deffendere ipsum Dnm. Episcopum contra omnes toto posse suo.

Item actum est et promissum modo quo supra inter predictos D. Episcopum et Dnam B. et Johannem et Amedeum, quod si aliqua questio, ambiguitas seu controuersia mota fuerit inter eos, seu de cetero moveatur super predictis conuentionibus seu aliquibus capitulis eorumdem... quod stetur ordinationi dicto seu arbitrio dicti Dni de Turre, quem dicte partes super omnibus predictis concorditer eligunt arbitrum ... Subijcientes se omnes predicti iuridictioni nostri dicti Officialis ad obseruandum omnia promissa.. ita quod rebellem uel non obseruantem.. aliquid de predictis, per censuram ecclesiasticam compellamus, terram ipsius et homines interdicto ecclesiastico.. supponere ualeamus.. Renunciantes.. etc. In cuius rei testimonium, sigillum dicte curie vna cum sigillis predictarum partium presentibus duximus apponendum. Et nos

dictus Episcopus et dicte partes sigilla nostra apposnimus. Dat. et actum apud Versoyam, in camera iuxta magnam aulam, secunda die Mensis iunii, anno ab incarnatione M°. CC°. LXXX°. secundo. Et ego Steph^s^. Chevrier de Claromonte Gebenn. dyocesis notarius.

Invent. Prov. Genevois, Fasc. I. N^0^ 4. Ch. 33. Typis edita, in libro dni Mallet: du pouvoir de la Maison de Savoie dans Genève. in T. VIIe. pag. 341, seqq. collectionis: Mem. et Doc. de la Soc. histor. de Genève.

845. *a. Mandatum Beatricis, dominæ Fuciniaci, debentibus fidelitatem quondam Petro Comiti Sabaudiæ ratione impignorationis Gebennensis, ut transferant fidelitates suas in Comitem Gebennensem, ratione hypothecæ solutæ.*

1282. Junii 3. Bonæ.

Nos B. Vienn. et Albon. Comitissa et Dna Fucign. ac filia et heres felicis recordationis ill. uiri D. Petri quondam comitis Sabaudie, in gageria quam quondam habebat dictus Dns comes ab illustri uiro Dno Willelmo quondam comite Gebenn. et Radulpho filio eius, vniuersis qui ratione dicte gagerie tenebantur dicto Dno Petro tempore mortis sue, noticiam rei geste. Vobis mandamus et precipimus quatenus Amedeo comiti Gebenn. ex nunc in antea respondeatis et vsagietis, sicuti respondebatis et vsagiebatis ratione gagerie dicto Dno P. comiti Sabaudie tempore mortis sue, et specialiter vos Comes de Grueriis, vos Domini de Orons, de Wfleyns, de Langins, de Gayo, de feudo, quod uos de Gayo tenetis uel tenere debetis a Comite Gebenn. ab Alboua superius uersus Vaudum, et uos nobiles et ciientes de castris et mandamento de Cletis in Vaudo, de Roa, de Baleisone et de Gebenn. et omnes alii de dicta gageria. quia ius quod habemus seu habere debemus in predictis ex testamento dicti Dni P. uel alio modo, cedimus et donamus dicto Amedeo et heredibus suis in remissionem peccatorum, que dictus Dnus P. habuit a comitibus Gebenn. supradictis. Datum cum appositione sigilli nostri apud Bonam, tercio nonas iunii, Anno Domini M°. CC°. LXXX°. secundo.

Invent. Prov. Genevois, Fasc. I. N^0^. 4. Ch. 34 et typis edita, in Tractatu Dni Mallet, inscripto: du pouvoir de la Maison de Savoie dans Genève, Mem. et Doc. de la Soc. de histor. Genève, T. VII. p. 344.

845. b. Locetur hic charta tribus annis recentior, sed demonstrans, Castrum Comitum Gebennense, tunc non in potestate Beatricis, sed in illa Comitis Philippi stetisse, et hac de causa non restitutum fuisse Comiti Gebennesii, secundum stipulationem præmissam.

1285. Junii 2. Gebennis.

Nos Aymo de Setenay Castellanus Gebenn. pro excellenti viro Dno Ph. illustri comite Sabaudie, notum facimus quod humilis et religiosus Prior prioratus de Satignie, et idem prioratus, cum ipsorum prioris et prioratus rebus, bonis, pertinenciis omnibus... sunt in perfecta et speciali garda et protectione prefati Dni Comitis Sabaudie. Quare ex parte dicti D. Comitis et ex eius speciali mandato, precamur et requirimus quantum plus possimus omnes amicos, karissimos et fideles ipsius D. Comitis, ut ipsi dictos priorem, eius prioratum, res, bona universa ipsorum... gardent, protegant, defendant ab omnibus et contra omnes ad opus et utilitatem ipsorum prioris et prioratus de Satignie et observent tanquam res et bona prefati D. Comitis ligiores. In cuius rei testimonium ex parte premissi D. Comitis et ad eius mandatum, sigillum nostrum etc. Dato nobis tamen a dicto Domino speciali mandato super hoc, ut nos prefatos priorem et prioratum, cum rebus, bonis et pertinenciis suis, gardemus, deffendamus ab omnibus et contra omnes, ut dictum est. Datum die Sabbati post octabas trinitatis Domini, Gebenn. Anno Dom. M°. CC°. LXXX°. quinto.

E Schedis Reip. Gebennensis, in lucem edidit Eduardus Mallet, in «Mem. et Doc. de la Soc. histor. de Genève, Tom. VII. pag. 345.

846. Obitus Johannis Delphini, filii Beatricis Comitissæ Vienn. et Albon. dominæ Fuciniaci.

1282. Septembris 24. apud Bonam Villam.

September.

VII Kal. (Oct.) O... et dominus Johannes delfini pro quo debet fieri plenaris refectio in refectorio.

Obituarium Coenobii S. Mariæ Habundantiæ in Chablasio in Arch. Aul. Taur.

VIII Kal. Octobris Anniversarium Johannis Delphini filii Beatricis Comitissæ.

Liber. Anniversar. fratrum minorum Gebenn.

847. ***Beatrix Comitissa Vienn. et domina Fuciniaci donat Johanni, primogenito Annæ filiæ suæ et Humberti domini de Turre, jura et dominia quæ sibi ex hæreditate paterna et materna contigerant.***

1282. Septembris 24. apud Bonam Villam.

Anno ab incarnatione Domini MCCLXXXII indictione X. die Jouis ante festum b. Michaelis. ill. domina Beatrix filia inclite recordationis Dom. Petri quondam comitis Sabaudie domina terre Fucigniaci, constituta in presentia Nob. viri Dom. Hartmanni de Baldecca, militis, Ballivi fortissimi Dom. Rodolphi Rom. Regis semper Augusti per Burgundiam Generalis.. dicta domina Beatrix sana mente et corpore pro se et suis heredibus et successoribus dedit, donavit pure et simpliciter titulo irrevocabilis donationis inter vivos, concessit Johanni de Turre filio Nob. viri Dom. Humberti domini de Turre et de Cologniaco tamquam bene merito et mihi notario infrascripto vice et nomine dicti Johannis totam terram eiusdem domine Beatricis, et castra, dominium, jura, possessiones et quasi que ipsa possidebat uel alius nomine suo et pro ipsa et omne jus, omnemque actionem rationem et requisitionem, quod et quam dicta dom. Beatrix habebat in omnibus bonis, terris, rebus, castris, juribus, possessionibus et quasi, que et quas tenebat predictus Dom. Petrus Comes quondam pater suus tempore mortis sue, et que tenebat et possidebat Dom. Agnes quondam mater ejusdem Domine Beatricis tempore mortis sue et generaliter quidquid juris, actionis et requisitionis habebat dicta dom. Beatrix in totam hereditatem suam paternam et maternam ubicumque omnia predicta vel aliqua de predictis sint et poterunt de cetero reperiri. Devestiens se dicta Dom. Beatrix de omnibus, et dictum Johannem per traditionem cujusdam festuce investiens de eisdem, ipsum in *vacuam* possessionem vel quasi omnium predictorum, et eorum quodlibet inducendo, dicendo sic eidem Johanni existenti in gremio dicti Ballivi, fili Johannes *pulchre:* Ego de tota terra mea paterna et materna, quam habeo et possideo, et habere et possidere vel quasi debeo, in omnibus bonis, rebus.... que et quas pater meus et mater mea tenebant vel alius nomine ipsorum tempore mortis ipsorum, me totaliter devestio et te fili carissime investio bono corde et bona voluntate et te suppono in protectione et custodia Serenissimi Domini R. Romanorum Regis qui tibi predicta omnia et singula manu-

teneat et deffendat, et meis precibus ac iusticia mediante, iuuet acquirere ea que ad presens non possideo de predictis. quia nolo quod aliquis alius habeat terram meam nisi tu solus et post te heredes tui. Quibus dictis et actis predicta Domina B. promisit, quod contra predictam donationem non faciet vel veniet in futurum. Actum apud Bonam Villam in domo Capellani dicti loci presentibus testibus, videlicet Guillelmo de Prissie, Guillelmo de Felingio, militibus.

Valbonnois, hist. de Dauphiné. II. 24.

848. **1283. Junii 4. Paterniaci.**

Rodolphus, Rom. Rex obsidionem incipit villæ Pæterlingen.

Annales Colmar. ad hunc annum. Chron. Osterhofense.

849. Beatrix coniuncta domini Thomæ comitis.

1283. Julii 8 (vel 9).

Anno domini MCCXXXIII.*) idus iulii obiit illustris domina Beatrix comitissa Sabaudie, coniuncta domini Thome *frater* Comitis Sabaudie quondam ac parens dominorum Thome, Amedei decimi Comitis Sabaudie et domini Ludouici de Sabaudia fratrum. VI idus iulii hic sepulta. Requiescat in pace.

Necrol. Altæcumb. Mon. hist. pat. Scr. I. col. 674.

850. Rodolphus Rom. Rex recipit in gratiam burgenses de Murato.

1283. Decembris 27. In castris ante Paterniacum.

Rodolphus Rom. Rex remittit civibus de Morato omnem indignationem, iram, rancorem, odium et offensam puro corde et bona fide, et illos conservare declarat in possessionibus libertatibus et iuribus suis, nec ipsis aliqua damna seu gravamina inferre promittit pro eo quod nob. viro Ph. comiti Sabaudiæ adhæserant, et sibi, Regi, usque nunc contrarii extiterant. In cujus etc. Datum in castris ante Paterniacum in die beati Johannis Apostoli et Euangelistæ, Indict. XII. Anno Domini M°. CC°. LXXX°. tertio, Regni vero nostri anno XI°.

Engelhard, Chronik der Stadt Murten, Cod. diplom. N°. V. ex Arch. civit. Murati. Schweiz. Geschichtsforscher, VII. 227.

---

*) Lapsus calami: omissa est in necrologio hoc loco vox «octavo» sive «septimo» Idus iulii, quoniam sepulta fuit comitissa sexto Idus ejusdem mensis.

851. 1283. Decembris 27. In castris ante Paterniacum.

Pax inter Rodolphum Regem Rom. et Philippum Comitem Sabaudiæ, mediata per Henricum Episcopum Basiliensem et Will. Episcopum Bellicensem. Remaneant Comiti Sabaudiæ, ad vitam suam villæ Murati et Contaminæ, et Paterniacum, pro quibus Comes faciat fidelitatem Regi, et restituantur Comiti omnia sibi ablata, etc. In castris ante Paterniacum, die b. Johannis Apost. et Euangeliste, Anno Dom. MCCLXXXIV *(styli theuton.)*, anno regni nostri XI.

Zibald. Pingonii. Libell. hebdom. Solod. 1828. p. 400.

852. 1283. Decembris 27. In castris ante Paterniacum.

Rodolphus Rom. Rex, recipit in gratiam suam, villam et burgenses de Paterniaco, qui restiterant sibi, adhærentes Philippo comiti Sabaudiæ. Actum in castris ante Paterniacum, in die b. Johannis Evangelistæ, Anno Domini MCCLXXXIV *(styli theutonici)*, anno regni nostri XI.

Libell. hebdom. Solodor. anno 1828. p. 401.

853. 1283. Decembris 29. Mureti.

Rudolphus Rom. Rex confitetur habuisse, iuxta pacem factam cum Philippo Comite, Muretum et Contaminam per manus Willelmi de Belloforte clerici sui, et Aymonis de S. Treverio, clerici ipsius Comitis. Act. Mureti, die Mercurii post nativitatem domini. Anno Dom. MCCLXXXIV *(styli theutonici)*, anno regni nostri XI°.

Zibaldone Pingonii.

854. 1283. Mense Decembris. Paterniaci.

Anno MCCLXXXIII. Dom. Rudolphus Rex expugnavit Paterniacum, mense Decembri.

Chron. de Berno, auctore Phunt. Ms. in Biblioth. Bern. Schweiz. Geschichtsforscher, II. 23.

855. 1283.

Libertates honoris de Richmond commissæ Johanni de Britannia Comiti Richmond. Anno II Regni Edwardi I Regis Angliæ. *Calendarium Rot. patentium. 51a.*

856. *Infeodatio Roberti Burgundiæ Ducis, de Delphinatu, per Rodolphum Rom. Regem, ratione decessus improlis Johannis Dalphini.*

1284. Februarii 4. ap. Romaricum Montem (Remiremont).

Rodolphus Rom. Rex, Roberti ducis Burgundiæ merita de Imperio perpendens, ipsum Ducem de omni iure seu iuribus omnibus tam nobis et Imperio quam etiam ipsi Duci competentibus, vel que videntur aut dicuntur competere in Delphinatu ex morte quondam Joannis delfini, auctoritate regia infeodamur et de eis ipsum tenore presentium feodali titulo solemniter investimus, salvo tamen iure spectabilis domine Beatricis Delphine, filie quondam Petri Comitis Sabaudie, competenti in eodem Delfinatu, cui per concessionem seu infeodationem premissam in nullo penitus volumus derogare. In cujus rei testimonium etc. Datum apud Romaricum montem, pridie nonas Februarii, indict. XII. Anno Dom. MCCLXXXIV. Regni nostri anno XI°.

Guichenon Pr. 80, aliquid corrupte. Ex arch. Cameræ comput. Parisiensis.

857. **1284. Maji 11. Sine loco.**

Concordia Beatricis, filiæ incl. record. dom. Petri Comitis Sabaudie, et dominæ Fuciyniaci, cum Capitulo Gebennensi, super petitione dominæ Beatricis, negata a Capitulo, quod homines capituli in mandamento seu castellania de Bona, venirent ad bastimentum castri de Bona, conferrentque et solverent in expensis faciendis pro muris et bastimentis dicti castri. Componitur ista lis per renunciationem præd. Beatricis in præstationes hominum Capituli petitas, et omnimodam quittationem eorum. Datum V idus Maji, Anno Dom. M. CC. LXXX. quarto.

Aut. in Arch. Gebennensi. Extat apud Cibrario e Promis, Docum. Sig. e Mon. etc. p. 209.

858. **1284. Maji 13. Sine loco.**

Conventio inter „Beatricem, filiam inclite recordationis D. Petri Comitis Sabaudie et Dominam Fuciniaci" et Capitulum Ecclesiæ Gebennensis, de lite spectante ad quædam casalia sita Gebennis in ripa lacus, ab utraque parte petita. Cedit Beatrix dicta casalia capitulo in perpetuum, „Ita tamen quod cum inclite record. Dna. Agnes, Comitissa Sabaudie et Dom. Fucigniaci mater nostra in suo testamento legaverit

eidem Capitulo, XXX libras Gebenn. pro suo anniversario faciendo, quod dictum Capitulum teneatur celebrare dictum anniversarium die obitus dicte domine Agnetis matris nostre annuatim et distribuere XXX sol. canonicis qui dicto anniversario personaliter intererunt, qui XXX sol. assignantur super personatu et decimis ecclesie sue de Meancie, ita quod non valeant deperire nec oblivisci sed in memoria perpetuo potius retineri. Confitemur etiam in alia parte nobis satisfactum fuisse in XX lib. Gebenn. præd. casalium quittatione et remissione. In cuius etc." Dat. III Idus Maii, Anno Dom. MCCLXXX quarto. *E Collect. dipl. dom. Ed. Mallet, Jud. Gebenn.*

859. *Epitome dispositionis Philippi comitis Sabaudiæ, circa successionem suam.*

1284. Octobris 23. Russilyon.

Universis etc. Philippus comes Sabaudiæ etc. quod etc. D. Edwardus, D. G. Rex Anglorum, ill. dominus noster carissimus, prudenter attendens, una cum cariss. dom. nostra dom. Alienora, ead. Gratia, Regina Angliæ inclita, matre sua, nos crebris precibus excitavit ut præcaventes dispendia et pericula quæ contingere possent comitatui nostro Sabaudyæ heredibus et aliis nepotibus nostris qui ex successione nostra possent iuris aliquid vindicare si statum ipsorum in successione eadem dimitteremus aliquatenus sub incerto, de certa et expressa persona hæredis nostri masculi qui nobis succedat in comitatu Sabaudiæ ordinaremus et portiones terræ faceremus aliis nepotibus nostris masculis quorum interest assignari, ut per hoc sublata dissensionis turbine pax inter eos firmata perpetuo maneat incorrupta. Nos igitur, deliberatione super hoc habita diligenti etc. etc. notum facimus per præsentes:

In nomine Domini, Amen. Quod nos attendentes fidelitatem quam idem D. Rex Angliæ, et dom. nostra Regina, mater sua, erga nos et comitatum nostrum Sabaudiæ hactenus habuerunt, ut animæ nostræ etc. etc. paci totius Comitatus Sabaudiæ consulatur volumus etc. ut iidem Dom. noster Rex et dom. nostra Regina, mater sua, personam hæredis nostri masculi exprimant et declarent: quem per ipsos hæredem nostrum nominatum, decernimus fore comitem Sabaudyæ post decessum nostrum, qui et nobis succedat in omnibus pleno jure, salvis competentibus portionibus aliis nepotibus nostris masculis, ad quos pertinet aliquid ex successione nostra prædicta, prout ipsis

domino nostro Regi et dom. nostræ Reginæ matri suæ videbitur expedire. Quas quidem portiones cum modis et conditionibus adiciendis per ipsos, D. n. Regem Angliæ et D. n. Reginam præd. limitari et exprimi volumus, aut per alios seu per alium ex præcepto eorum; fieri, limitari, exprimi, et hiis quorum interest assignari, quibus ipsos nepotes contentos esse volumus post decessum nostrum pacifice possidendis. Ordinamus insuper etc. ut si quandocumque inter hæredem nostrum comitem Sabaudiæ ac alios nepotes nostros præd. super præd. portionibus seu accessione earumdem aliquid emerserit quæstionis, huiusmodi quæstio, quotiescunque et quantumcunque contigerit, ad audientiam d. n. Regis Angliæ deferatur per ipsum vel ipsos quos ad hoc duxerit assignandos, de plano et absque judiciali strepitu ubi idem D. n. Rex elegerit terminanda: ita quod tam hæres noster comes Sabaudyæ, quam alii, ex successione nostra portionem aliquam percepturi, ratum et firmum teneant et observent, qnicquid per ipsum D. n. Regem etc. sententiatum..... fuerit vel præceptum etc. Et si forsan, huiusmodi ordinatione non completa, aliquid humani contingeret de D. n. Rege vel D. n. Regina prædictis etc. etc. et ordinamus quod persona alterutrius superstes in ordinatione omnium et singulorum præmissorum plenam habeat potestatem etc. etc. Protestamur etiam specialiter quod per compositionem nostræ supremæ voluntatis, jam factam vel faciendam, sub quacumque forma verborum conceptam seu etiam concipiendam, nolumus ordinationem præd. D. n. Regis et Reginæ, vel alterius eorum super præmissis vel ipsorum in aliquo infirmari, minui aut etiam in aliquo mutilari, etc. (reservatur facultas faciendi legata pia ac donationes per testamentum). Quæ, si alias non fecerimus...... nostram extremam voluntatem totaliter committimus in ipsorum D. n. Regis Angliæ et Reginæ matris suæ vel alterius eorum dispositionem etc. etc. etc. Mandamus insuper omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et aliis religiosis, comitibus, baronibus, castellanis, militibus, præpositis et bullivis comitatus Sabaudiæ et aliis subditis nostris, ipsis in virtute sacramenti fidelitatis nobis præstiti firmiter injungentes, quatinus ordinationem præceptum seu mandatum prædictorum D. n. Regis et Reginæ, vel alterius eorum super omnibus et singulis præmissis cum affectu admittant, et post decessum nostrum ea faciant totis viribus inviolabiliter observari. In quorum testimonium sigillum nostrum præsentibus est appositum. Datum apud Rossilyon, die Lune proxima post

festum S. Lucæ Euangelistæ, Anno Domini M°. CC°. LXXX°. IV°.
Rymer I. II. 237. Foedera II. 649.

860. *Gasto Vicecomes de Bearn et Beatrix de Fuciniaco, uxor eius, pacem firmant cum Humberto Dalphino et Anna, uxore ejus.*

1284. Decembris 15. prope Pontem Charaz.

Compositio litis, inter Gastonem Vicecom. Bearn. dom. castris veteri, Beatricemque, filiam incl. record. D. Petri comitis Sabaudiæ, uxorem dicti Gastonis, ex una, et Humbertum dom. de Turre, et Annam uxorem ejus filiam præd. Beatricis, ex altera parte, super petitionibus vertentibus Gastonis et Beatricis in comitatus Albonensem et Viennensem, a Humberto et Anna sibi negatis. Convenitur, concedi Gastoni et Beatrici, ad dies vitæ Beatricis, quinquies M. libratas terre in dictis Comitatibus, videl. totam terram Oyseutii, argenteriam de Brandis, castrum Visiliæ, pedagium de Jarsia, Muram Mataccenam, Vallem Chevallerosam, quidquid habet Dalphinus apud Savellum et in valle Savelli, Varsiam, Avenionem, Clarum Montem, Cnrnillonem in Trieves, Corc, S. Bonetum, Vorapium, terram Campisauri, cum mandamentis et territoriis ad dicta loca pertinentibus: Quæ omnia reversura sunt, incontinenti post mortem Beatricis, in potestatem Humberti de Turre et Annæ uxoris suæ. Teneant dicta bona Gasto et Beatrix sub homagio faciendo Humberto et Annæ, et sub multis stipulationibus et reservationibus. Jurant hoc pactum, H. et A. et pro ambabus partibus, LVI fideiussores, inter quos recensetur et Comes Gebennesii. Sigilla apposuerunt, præter partes contractantes, Episcopi Nicolaus Augustensis et Guillelmus Gratianopolitanus. Actum prope Pontem Charaz subtus Avalonem, die veneris post festum B. Lucie Virginis, Anno Dom. M. CC. LXXXIV.
Valbonnois Hist. de Dauphiné, II. 35. seqq.

861. *Recognitio Gastonis vicecomitis, se recepisse ab uxore sua Bertrice ratione mutui, 2000 lib. Turon. 400 lib. Vienn. et 200 Marchas Argenti, a Rege Edwardo confirmata.*

1285. Aprilis 9. In castro Castellionis in terra Fu[illegible]ensi.

A°. Inc. Dom. MCCLXXXV. Indict. XIII. V Idus Aprilis, confitetur Gasto, Dei gr. Vicecomes Bearn. Dominus Monter-

cadd' et Castri Veteris, præsente illustri domina, kariss. uxore sua, dna B. filia quond. incl. recordat. Petri Comitis Sabaudiæ, Vienn. et Albon. Comitissa et Domina Fucigniaci, se recepisse ab illa dicta domina, et habuisse de propria pecunia ipsius dominæ, ex causa boni et veri mutui et legalis, MM. libr. Turon. et CCCC. lib. Vienn. et CC. marcas boni et veri argenti. Quas pecunias promittit se restiturum dictæ dominæ vel procuratoribus suis, pro suo arbitrio voluntatis, et obligat illæ nomine pignoris et ypothecæ, et quasi tradit, omnia bona sua et omnes res suas, castra, *burgos*, villas, possessiones, terras, jurisdictiones etc. quas et quæ habet, exceptis terra Dalphinatus et comitatu Vienn. et Albon. Mandat etiam omnibus baronibus, castellanis, vassallis etc. suis, ut obediant, respondeant, intendant etc. dictæ dominæ, quousque de prædictis pecuniis præstitis plenarie illæ satisfactum foret. Juramentum Gastonis in S. Dei Evangelia, se observaturum pactum istud, solemniter stipulatum, sex testibus præsentibus et sigilla sua sigillo Gastonis adjungentibus. Actum in Castro Castellionis in terra Fuagensi, anno, die et loco quibus supra. Confirmata sunt omnia prædicta, ad instantiam Gastonis Vicecomitis præfati, per Dom. Edwardum, Regem Angliæ illustrem, apud Westmonasterium, quinto die Junii, Anno regni sui XIII.

Foedera I. II. 656.

862. Philippus Comes Sabaudiæ, confert potestatem Regi Angliæ et Reginæ Alienoræ, matri ejus, ordinandi quicquid ad salutem animæ suæ necesse fuerit.

1285. Augusti 10. Rupeculæ.

Philippus comes Sabaudiæ, sanus mente licet æger corpore, confirmat Edwardo Regi Angliæ, et Alienoræ Reginæ, matri ejusdem, potestatem plenam et mandatum speciale, ordinandi et complendi, quidquid ad salutem animæ ipsius necesse fuerit, tam in solvendis debitis suis, distribuendis legatis et eleemosynis, remunerandis familiaribus et servitoribus, quam in perfectione et dotatione hospitalis, a seipso construere incoepti apud Montem Melianum, pro remedio animæ suæ et antecessorum suorum. Pro illis omnibus faciendis, omnia bona sua, mobilia et immobilia, tradit Regi et Reginæ, possessionem eorum in illos et in quemlibet illorum transferens, inhibens, quod nullus, clericus aut laicus, nepos aut neptis, in rebus et bonis ipsius comitis aliquid præsumat, vel in eis, manum apponat, nisi de licentia dictorum Regis et Reginæ,

donec omnia superius ordinata, prout ea ordinanda duxerint sint plene et integre completa. Et ad sublevationem præd. executorum in exequenda voluntate Comitis, dirigit fiduciam illorum in Episcopum Augustensem, de quo in omnibus negotiis suis, tanquam de semetipso semper confidit, quem etiam ad dictos Regem et Reginam mittit, et cui indubitanter, tanquam sibi ipsi credendum sit. Datum apud Rupeculam, in festo S. Laurentii, Anno Dom. M. CC. LXXXV°.

Rymer I. III. 5 Foedera II. 660.

863. **1285. Augusti 14. Sine loco.**

Petrus de Jaiz, consentiente matre ejus Leoneta facit homagium ligium et fidelitatem Amadeo de Sabaudia, pro castris de Jaiz, Versoya, Yvona, Flaie, Clusa de Jaiz, pro feodo Castellionis in Michallia, et dominium suum universale, salva fidelitate sua erga dominam Beatricem Dominam Fucigniaci, Comitissam Vienn. et Albonensis. Datum die Martis in vigilia assumptionis b. Virginis Marie, A. D. M°. CC°. LXXXV°.

Coll. dipl. dom. Mallet, Gebenn. Aut. in Arch. Divion.

864. Gasto Vicecomes Bearnensis ratam habet conventionem Beatricis, filiique ejus defuncti, olim cum Comite Gebennesii pactam. **1285. Septembris 11. Castellione.**

Nos Gasto Dei Gratia vicecomes bearni, dom. Montis Cathani et Castri veteris notum facimus vniuersis quod nos diligenter inspectis convencionibus pactionibus quitationibus donationibus factis ad inuicem inter ill. dominam B. filiam incl. record. domini P. comitis Sabaudie vxorem nostram et Johannem Delphinum quondam filium ejus et A. nobilem comitem Gebenn. contentis in quibusdam litteris etc. de expressis consensu et mandato dicte domine vxoris nostre laudamus approbamus et ratificamus etc. predicta omnia fideliter obseruare. In cujus rei testimonium duximus sigillum nostrum huic instrumento apponere etc. Datum apud Castell'. die Martis proxima post festum Natiuitatis Virginis gloriose, Anno Dom. Mill°. duc' LXXX°. quiuto.

Invent. Genevois Fasc. I. N°. 35.

865. Philippus decimus Comes. **1285. Octobris 16.**

Anno Domini MCCLXXXV. decimo septimo Kalendas Novembris obiit illustris ac inimicis suis formidabilis vir dominus Philippus decimus comes Sabaudie et quia more predecessorum

suorum erga Dei cultores beneuolus et deuotus zelator iusticie fuit, exurientes aluit nudisque prebuit vestimenta, fuit cum eo Deus pro continuo erat vir eminenter christiane agens fuit autem tumulatus decimo quarto Kalendas mensis supradicti. Requiescat in pace. Amen.

Necrol. Altæcumb. in Mon. hist. pat. Scrippt. I. col. 674.

866. 1286. Januarii 1. Camberiaci.

Petrus, dominus de Jaiz, et Leona, mater ejus iterant erga Amedeum Comitem Sabaudiæ, homagia sua pro castris, locis et feodis de Jaiz, Versoya, Yvona, Flaye, Clusa Gaji, Castellione Michalliæ, et pro toto dominio de Jaiz, cum fidelitatibus et sponsione, quod Comes possit de dictis castris gwerram facere, ac pacem: salva tamen fidelitate facta dominæ Beatrici, Comitissæ Vienn. et Albon. et dominæ Fucigniaci. Actum Cambari, die Martis in festo circumcisionis Domini, Anno Dom. MCCLXXX quinto *(styli paschalis).*

E Coll. dipl. domini Mallet. Aut. in Arch. Divion.

867. 1286. Januarii 14. Lugduni.

Judicium arbitrale de Successione litigiosa Philippi Comitis Sabaudiæ, inter nepotes illius, Amedeum Comitem Sabaudiæ, et Ludovicum de Sabaudia, fratres, dictum per Nicolaum de Bersatoribus Episcopum Augustensem, Stephanum abbatem Savigniacensem, Rodulphum dominum Intermontium, et Nicolaum de Billenco, legum professorem, arbitros a dictis fratribus hac in causa constitutos. Quorum sententiæ lege obtinuit Ludovicus de Sabaudia totam terram Sabaudicæ ditioni adstrictam inter Vivesiam et Albonam flumina, i. e. dominium dictum Waudi, et castrum Petræcastelli, titulo feudorum, ab Amedeo Comite, successoribusque ejus Comitibus Sabaudiæ tenendorum, et pro quibus illis debita erunt homagia ligia. Actum Lugduni in ecclesia domus milicie templi lugdunensis .... Anno incarnacionis M°. CC°. LXXX°. quinto, die lune in crastino festi b. hilarij, decimanona Kalendas februarii indictione decima tertia. *(Styli paschalis: indictio vero currebat tunc XIV.)*

Mon. hist. pat. Ch. I. col. 1570, 1582.

868. Amadeus V, Comes Sabaudiæ gratias agit Edwardo I Regi Angliæ. 1286. Aprilis 12. Belois (Belley).

A tres haut et puissant segnor mon trechier segnor, mon sire Edward par la grace de Deu, Roi dangleterre segnor

d'Irlande et duc dAquitayne, li siens liges Ames de Savoe son service honur et reverence. Sire mult grant merci de toz biens et de toz honors que fait mavez et feroiz vos plait, et nomeement de la grant peine, que vos portes par vos et par les vostres, por lestat de la terre de Savoe, et especialment por ma persona. Sire, de mon estat vos saura bien certifier mastre Jehanz de Lasci vestre clers qui loialment et peniblement sa travalle en les besoignnes toz jors. Me comandez comment a celi qui est toz vostres. Don' a Belois le Vandredi saint devant Pasques. MCCLXXXVI.

Rymer I. IV. 57. Foedera II. 663.

869. 1286. Julii 5. Parisius.

Apocha Amedei Comitis Sabaudiæ Edwardo I Regi Angliæ data pro receptis ab illo CCCC marcis Sterlingorum, debitis prædecessori ejusdem Amedei, Philippo Comiti pro feodo suo quatuor castrorum et locorum, de duobus annis. Datum Parisius, die Veneris post octabam nativitatis b. Johannis Baptistæ, Anno Dom. MCCLXXXVI.

Rymer I. III. 10. Foed. II. 667.

870. Transactiones inter Beatricem, Dominam Fuciniaci, et generum suum Humbertum Dalphinum.

1286. Julii 30.

Permutationes factæ inter „Beatricem, filiam incl. rec. D. Petri, quondam Comitis Sabaudie" et „Humbertum Dalphinum Vienn. et Albon. Comitem et Dominum de Turre, et Annam uxorem ejus, dictorum Comitatuum Comitissam." Cedit Beatrix genero et filiæ suis, Castrum Versoyæ et Clusam de Gayo et quidquid habet in tota Gaeyeria a Dom. Elyenora de Gayo et ejus liberis, pro lib. Vienn. V millibus et D sibi Beatrici solvendis a conjugibus memoratis, terminis in charta conventis, videl. MMMD in pecunia numeranda, et pro coeteris MM. dant et concedunt H. et A. Beatrici Castrum de Cornillone in Graisivodano, cum libertate et facultate legandi dictum castrum cuicunque maluerit ex liberis masculis legitimis et naturalibus conjugum prædictorum. Concedit ultro, D. Beatrix, Humberto et Annæ castra Lomnis, S. Ragneberti, Falaverii, Denteysiaci, Dorchiæ, feudum Rubei Montis, homagia et fidelitates Petri et Nicoleti de Castillione, dominorum de Gayo, nobilium de Granceyo, domini de Niveduno, Trellay, liberorum *obliti* domini quondam de Mons et Gerardi de Mons, feodum

de Balone, et quicquid habet ex quacumque causa, dicta Beatrix ab aqua Albona usque ad terram quæ vocatur Viennensium, cum castris in Viennesio existentibus supradictis et a lacu Gebennensi usque ad terram quæ vocatur Burgundia, Beatrice retinente sibi feudum et homagium domini Bellijoci, et fidelitates domini de Villario, Joannis de Albona et Guill. de Aneres. Facit inde Humbertus fidelitatem et homagium ligium Beatrici, quod debebat patri illius, Petro Comiti Sabaudiæ, qui dictum homagium dedit in ultima sua voluntate filiæ suæ, dictæ Beatrici, quod ipsa potest dimittere vel donare cuicumque voluerit ex legitimis et naturalibus liberis masculis, masculis vero non existentibus, et femellis Humberti et Annæ. Promittunt eidem H. et A. se procuraturos infra prox. festum Paschæ a Comite A. et Episcopo Roberto, Gebennensibus, liberationem Beatricis ab obligationibus initis iuvandi eos contra Comitem Sabaudiæ et iurant quod iuvabunt et deffendent illam contra dictum Comitem, facientque iurare idem Comitem Gebennensem. Et pro dictis firmius attendendis tradunt dicti conjuges in manus Beatricis, castrum Montis Bonoudi, vel illud de Monteforti: et si non possent procurare H. et A. prædictam quittationem Episcopi et Comitis Gebenn. restituere debent Beatrici Versoyam, Clusam et alia memorata sibi ab illa cessa, et tunc restituat etiam Beatrix Cornillonem, Montem Bonoudum et acceptam pecuniam, etc. Datum die Martis ante festum B. Petri ad vincula. Anno Dom. M. CC. LXXXVI.

Valbonnois, Dauphiné II. 37. seqq.

871. *Beatrix Domina Fuciniaci tradit, titulo dotis, genero suo Humberto Dalphino, decem millia librarum, sibi a dicto Humberto debitarum.* **1287. Novembris 10.**

Beatrix, filia incl. rec. d. Petri Comitis Sabaudiæ, domina Fucigniaci etc. donat Humberto Delphino, summam decem millium librarum, sibi debitarum titulo dotis suæ, pro pignore cujus tradita erant sibi castra Versoyæ et Clusæ Gaji, quæ, unà cum prædicta summa, transfert dom. Beatrix prælibata in Delphinum generum suum, lege ejusdem chartæ.

Coll. dipl. Mallet, Gebenn. ex Arch. Camerali Gratianopolitano.

872. **1287. Novembris 20.**

Compromissum de lite incognita, inter Beatricem, filiam Petri Comitis et dominam Fucigniaci ex una parte, et Ame-

deum Comitem Sabaudiæ ex altera, in Edwardum Angliæ Regem, arbitrum huius litis. *Zibaldone Pingonii.*

873. **1287. Novembris 22. Sine loco (Anamassæ)**

Homagium dominorum Turris Pini, Comitibus Sabaudiæ faciendum, ab Amedeo Comite petitum, a Humberto Dalphino negatum, ab Arbitris, Archiepiscopo Vienn. (Will. de Valencia) et Percevallo de Lavannia, capellano papæ, Amedeo decernitur, Humberto facere imponitur. Amedeus vero per gratiam specialem concedit Dalphino, ut, quamdiu vixerit, dictum homagium facere minime teneatur, sine tamen præjudicio juris Comitum Sabaudiæ in homagia successorum dicti Dalphini. D. die Sabbathi ante festum b. Katherinæ virg. Anno Domini M. CC. LXXXVII.

Doc. Sig. e Monete etc. di Savoja II. 217.

874. **1287. Novembris 22. Anamassæ.**

Litteræ reversales Humberti Dalphini, domini de Turre, Amedeo Comiti Sabaudiæ datæ, quod remissio homagii pro terra Turris pini ad dies vitæ sibi a Comite facta, nullomodo deroget, nec in præjudicium tenderetur juribus Comitum Sabaudiæ in successorum suorum homagia. D. Anamasse, die Sabbathi ante festum b. Katherine Virg. A. D. M. CC. LXXXVII.

Doc. Sig. e Monete etc. di Sab. 219. Aut. in Arch. Gratianopol.

875. *Summonitio Guillelmi, Episcopi Gebennensis, Amedeo V Comiti Sabaudiæ facta, ut restituat sibi castrum Episcopale in civitate Gebennarum.*

1287. Novembris 25. Aquiani.

Guillelmus (de Confluentibus) Episcopus Gebennensis, personaliter constitutus in præsentia Amedei Comitis Sabaudiæ, summonet dictum Comitem, „quod redderet et restitueret sibi, nomine ecclesie Gebenn. castrum de Insula Gebenn. quod est proprium ecclesie Gebenn. quod quidem castrum nuper vacante sede ecclesie Gebenn. dictus Comes obsederat et per suam potentiam violenter occupaverat“ etc... et quod super restitutione dicti castri, ipse Episcopus dictum D. Comitem alias pluries monuerat et requisierat, videl. etc. Actum apud Aquianum in aula dicti Dni Comitis.... A. D. M°. CC°. LXXX°. septimo, Indict. prima, VII Kal. Decembris.

Mem. et Docum. de la Soc. d'Hist. et d'Archeologie de Genève, T. I. P. II. p. 20.

876. *Iterata summonitio, ejusdem tenoris.*

1287. Decembris 30. Gebennis.

Anno Dom. M°. CC°. LXXX°. septimo, Indict. prima, III Kal. Januarii, summonet iterum Guillelmus Episcopus Gebenn. Amedeum Comitem Sabaudiæ „quod omnino recederetis a violentissima detentacione et occupatione castri insule Gebenn. quod est et constat esse proprium ecclesie Gebenn. quod quidem castrum, nuper vacante sede episcopali Gebenn. vos voluntate vestra propria obsedistis et per vestram potentiam occupastis ac occupatum detinetis in manifestum et notorium dampnum et prejudicium ac exheredationem ecclesie Gebenn. licet nec ipsa ecclesia nec dictum castrum insule, etc. etc. sint vobis nec comitatùs Sabaudie... subiecta quod omnino est notorium et omnibus manifestum, etc. vobis denunciamus publice quod de cetero volumus ut diuina non celebrentur in terra seu districtu iuridictioni vestre subiecta in diocesi Gebenn. quamdiu violenter detinebitis dictum castrum," etc. Actum apud Gebennas in ecclesia fratrum minorum etc.

Mem. et Doc. de la Soc. d'Hist. et d'Archeologie de Genève, T. I. P. II. p. 23. Orig. in Arch. Gebenn.

877. **1289. Aprilis.**

Beatrix, filia Petri Comitis, domina Fucigniaci, per Priorem Contaminæ requirit Amedeum Comitem Sabaudiæ, ut lis, de homagio domini de Prangins, dirimatur per judicium arbitrale, id quod conceditur a domino Comite.

Pingonii Zibaldone.

878. **1289. Maji 17.**

Beatrix, filia incl. record. Petri Comitis Sabaudiæ scribit Ludovico domino de Jaiz, ut faciat sibi homagium debitum infra terminum illi indictum, sub comminatione poenæ infligendæ.

Coll. dipl. dom. Mallet, Gebenn. ex Arch. Gratianopol.

879. **1289. Mense Augusti. Burgeti.**

Summonitio Amedei Comitis Sabaudiæ Beatrici, dominæ Fuciniaci facta, ut faciat sibi homagium debitum de terris et bonis suis in Tarantasia sitis. *Pingonii Zibaldone.*

879. a. **1289. Mense Augusto.**

Beatrix, filia Petri Comitis Sabaudiæ et domina Fucigniaci, summonita ab Amadeo Comite Sabaudiæ ut faciat

ei homagia debita de terris suis in Tarantasia sitis, respondet illi, se cum Consiliariis suis de hoc negotio esse deliberaturam et facturam illi responsum satisfactorium.

Zibaldone Pingonii.

880. *Iterata summonitio, Amedeo Comiti Sabaudiæ directa a Guillelmo Episcopo, de reddendo castro episcopali in Insula Rhodani et in civitate Gebennensi sito.*

1289. Novembris 13. Gebennis.

Anno Dom. M°. CC°. LXXX°. nono, indict. III. Idibus Novemhris. Monet et exhortatur, auctoritate provincialis Concilii nuper apud Viennam celebrati, Guillielmus Episcopus Gebenn. Amedeum Comitem Sabaudiæ, qui „olim, per vim et potentiam suam et exercitus sui, inuasit, cepit et occupauit auctoritate propria, et adhuc detinet occupatum castrum de Insula Gebenn. et temporalem iuridictionem civitatis gebenn. et piscariam Rodani, etc. pedagium rerum que vehuntur ad mercatum gebenn. per pontem Rodani seu per navigium, que omnia et singula plenissimo et notissimo iure dominii et proprietatis spectant ad ecclesiam gebenn.“ ut restituat dictas res Ecclesiæ Gebenn. et ab usurpatione desistat infra mensem, etc. Eodem die monet præd. Episcopus cives gebennenses, qui olim „consilio inito et coïtione facta, in SS. cathedralem ecclesiam S. Petri gebenn. diabolica fraude decepti detestabiliter irruentes, ipsam ceperunt et occupaverunt, ac suis sacrilegis satellitibus munierunt etc.“: et inter dictos cives, monet viginti quinque populi capita, nominatim, quod desistant incontinenti a violenta et profana occupatione: sub comminatione processùs distringendi, tam contra Comitem, quam contra cives, secundum constitutionem prædicti concilii Viennensis. Act. Gebenn. ante ecclesiam fratrum Minorum ubi ad hec peragenda testes vocati sunt, quinque clerici nominati, et clerus et populus Gebenn.

Mem. et Doc. de la Soc. d'hist. et d'archeol. de Genève, T. I. P. II. p. 32. Ex Arch. civitatis Gebennarum.

881. *Anna Dalphina, filia Beatricis et uxor Humberti Dalphini, donat filio suo primogenito, Johanni, totum Dalphinatum.* **1289. Decembris 9. Viennæ.**

Anna Dalphina, Vienn. et Albonen. Comitissa et Domina de Turre, sciens, prudens, sua propria et spontanea voluntate, donat et concedit donatione irrevocabili Johanni Dalphino, filio suo, emancipato ab ill. viro, D. Humberto Dalphino dictorum

Comitatuum, Comite Dominoque de turre, Kar. consorte suo, totum et universum Dalphinatum et Comitatus Viennæ et Albonis, et omnia et universa Castra, Villas, etc. retentis sibi in dicto Dalphinatu et Comitatibus, MM. libr. Vienn. reddituum annuorum imperpetuum, sibi et aliis, quibus dare vellet, et reservato sibi et Dalphino consorti suo, usumfructum in præd. rebus donatis, quamdiu ipsa et præd. Dalphinus vixerint et fuerint in humanis. Aliæ reservationes nullæ. Actum in præsentia Rev. in Xto P. Guillelmi Archiepiscopi Vienn. sedentis pro tribunali, autorisando in donatione et contractu præsenti, etç. Reservatur quod, præmoriente Johanne Dalphini filio sine liberis masculis, revertantur præd. donata omnia ad illam Annam Dalphinam, et ad illos filios eius quos ipsa duxerit eligere in morte vel in vita etc. Acta Viennæ in domo S. Gervasii, anno incarnationis Domini M°. CC°. LXXXIX°. V Idus Decembris, Indict. III. coram septem testibus. *Valbonnois II 51.*

882. **1290. Januarii 11. Gebennis.**

Sententia excommunicationis Guillelmi Episcopi Gebennensis, lata juxta decreta concilii provincialis Viennensis contra illos, qui castrum insulæ Gebenn. piscariam Rodani, temporalem juridictionem civitatis Gebenn. pedagia rerum quæ vehuntur ad mercatum Gebenn. seu ducantur per pontem Rodani, seu per navigium, ac quædam casalia molendinorum sita juxta dictum pontem, olim per suam vim et potentiam auctoritate propria invaserunt, ceperunt et occupaverunt, et adhuc detinent occupata, et generaliter contra eorum fautores, consiliarios etc. Actum apud Gebennas, in ecclesia S. Petri, ubi ad hoc testes etc. Anno Dom. M°. CC°. LXXX°. nono, indict. III^a, III° idus januarii. *(Styli paschalis.)*

Mem. et doc. de la soc. d'hist. et d'archeos, de Genève, T. I. P. II. pag. 39. ex Arch. Gebenn.

883. **1290. Aprilis 26. Ortez.**

Obitus Gastonis, Vicecomitis Bearnensis, domini Montis Cathauei.

Art de verif. les Dates, Ed. in fol. II. 260. b

884. **1290. Maji 12. Morlan.**

Rogerius Bernardi, Comes Fuxi, Vicecomes Bearni et Castri Boni, promittit Edwardo Regi Angliæ, se ratione uxoris suæ Margarethæ *(filiæ defuncti Gastonis)* facturum

esse homagium prædicto Regi pro Vicecomitatu Bearnensi. Datum Morlan, in festo Ascensionis Domini, Anno ejusdem M. CC. XC.

Rymer I. III. 67. Foedera II. 732.

885. **1290. Novembris 28.**

Obiit Eleonora de Castella, uxor Edwardi I. Regis Angliæ, die XXVIII Novembris, Anno Dom. MCCXC°. Litteræ Edwardi Regis, Abbati Cluniacensi, ut oretur pro conjuge sua defuncta. Datæ Askerugg die IV Januarii, regni Edwardi Regis XIX.

Rymer I. III. 67. Foedera II. 743.

886. *Testimonium de sepultura in ecclesia Cathedrali Augustana, Thomæ II de Sabaudia, quondam Comitis Flandriæ.* **1291. Aprilis 1. Augustæ.**

Prebenda b. Marie Magdaleue fundata per dom. Nicholaum de bersatoribus episcopum augustensem..... Ideireo hoc merito attendentes facimus constituimus et ordinamus pro anima nostra nostrorumque parentum predecessorum et successorum nostrorum et pro animabus Karissimorum dominorum nostrorum philippi quondam comitis sabaudie et thome patris domini amedei comitis Sabaudie qui nunc est, cuius domini thome corpus in nostra infrascripta ecclesia requiescit, et omnium benefactorum et amicorum nostrorum, unam vicariam perpetuam et unum altare in honorem S. Nycholai, S. Catherine et S. Marie Magdalene et b. bonifacii qui ibidem adoretur quando corpus ipsius contigerit releuari in nostra ecclesia augusteusi iuxta altare S. Michaelis etc. Datum in capitulo auguste, ubi testes, dom. Aymo curatus S. Johannis, D. renerus. Anselmus de iaye. Kal. Aprilis A. dom. M. CC. nonagesimo primo.

Cibrario e Promis, Doc. Sig. e monete etc. 226.

887. **1291. Junii 25. Devises.**

Obitus Alienoræ de Provincia Reginæ Angliæ relictæ Henrici III Regis: Mandatum Edwardi I, Regis Angliæ, pro executoribus testamenti ipsius „Alienoræ, quondam Reginæ Angliæ matris nostræ..... die Lunæ in crastino Nativitatis S. Johannis Baptistæ, anno regni nostri decimo nono, quo die ipsa mater nostra obiit....“ Datum, aput Devises XXVII die Septembris, anno regni nostri XIX°.

Foedera II. 757.

888. *Pacta, quibus accepit communitas Bernensium in dominum et Protectorem suum, vacante tunc Imperio, et loco ipsius Imperii, Amedeum Comitem Sabaudiæ, et quibus viceversa, ipse Comes suscepit dictorum Bernensium defensionem.* **1291. Augusti 9. Paterniaci.**

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi quod nos Scultetus consules et vniuersitas de berno non ui non dolo non metu seducti sed cum prouida deliberatione considerantes necessariam et euidentem utilitatem nostram acceptamus et recipimus in dominum et protectorem nostrum loco Imperii Illustrem Virum Dominum Amedeum comitem Sabaudie et in Italia marchionem toto tempore uite sue donec Romanorum Rex vel Imperator venerit citra Renum et in Alsaciam et effectus fuerit potens in illis partibus tenendo Basileam et nos in manu sua habere uoluerit nostro consensu liberaliter accedente uolumus quoque et concedimus quod dictus dominus Comes toto tempore uite sue si predicta conditio non obsistat per se vel per nuncios suos habeat et percipiat redditus seu prouentus de teloneo de moneta et de maiori iudicio ville nostre de Berno prouenientes cum ea plenitudine iuris et honoris sicut Reges seu Imperatores percipere consueuerunt promittentes firmiter quod dictum Dominum Comitem super predictis redditibus seu prouentibus nos ipsum recipere contiugerit erga Regem vel Imperatorem seruabimus indempnem si quam litem super huiusmodi mouerit....s... super qua promissione tunc demum teneri uolumus cum Rex vel Imperator citra Renum in Alsacia potens fuerit tenendo Basileam et nos in manu sua cum nostro consensu vt supra tenere uoluerit et habere promittimus insuper pro nobis et successoribus nostris quod dictum Dominum Comitem fideliter et liberaliter iuuabimus contra omnes sicut e conuerso nos contra quoscunque nobis aduersantes deffendere et adiuuare tenetur ad hec vniuersa et singula attendenda tenenda et fideliter obseruanda nec vllo tempore per nos vel per alium seu alios contravenire nos vniuersi et singuli de Berno a quatuordecim annis supra super sancta Dei Euangelia corporalibus iuramentis a nobis prestitis obligamus in quorum omnium testimonium et perpetue roboris firmitatem sigillo vniuersitatis nostre de Berno tradimus presentes litteras sigillatas quas uim uolumus obtinere publici instrumenti Datum apud paterniacum in claustro monasterii dicti loci die Jouis ante assump-

tionem beate Marie virginis anno Domini milesimo ducentesimo nonagesimo primo uolumus tamen quod ad premissa non teneamur si Romanorum Rex vel Imperator venerit citra Renum in Alsaciam et effectus fuerit potens in illis partibus tenendo Basileam et nobis placuerit de dominio et protectione comitis predicti sine dolo quolibet exire ab eodem Comite licentiam super predictis per mensem ante accipiendo Datum anno mense et die quibus supra.

Ex apographo non vidimato in Archivo aulico Taurini.

889. Litteræ reversales Amedei V Comitis Sabaudiæ, illis de Berno datæ, circa protectionem suam.

1291. Augusti 9 Paterniaci.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi. quod nos Amedeus comes Sabaudie et in Ythalia marchio. Notum facimus vniuersis quod Nos illos de Berno pro urgenti necessitate et euidenti utilitate sua in dominium nostrum et protectionem recepimus donec citra Renum Romanorum rex vel imperator uenerit in alsaciam et effectus fuerit potens in illis partibus tenendo basileam ipsosque habere uoluerit eorum consensu liberaliter accedente. Qui nos in dominum et protectorem suum loco imperii receperunt et acceptauerunt toto tempore uite nostre donec Romanorum rex vel imperator venerit citra Renum in alsaciam et effectus fuerit potens in illis partibus tenendo Basileam et ipsos habere voluerit in manu sua eorum consensu liberaliter accedente. Et nobis concesserunt quod nos per nos vel per nuncios nostros quos uoluerimus habeamus et percipiamus redditus seu prouentus de teloneo de moneta et de maiori iudicio ville de berno prouenientes cum ea plenitudine iuris et honoris sicut reges vel imperatores percipere consueuernnt. Et promiserunt nobis bona fide quod nos super predictis redditibus seu prouentibus quos nos percipere seu recipere contingeret erga regem vel imperatorem seruabunt indempnem si quam nobis super huiusmodi mouere contingeret questionem. Super qua promissione tum demum nobis tenentur cum rex vel imperator citra Renum in alsacia potens fuerit tenendo Basileam et ipsos in manu sua cum eorum consensu ut supra tenere voluerit et habere promiserunt nobis insuper pro se heredibus et successoribus suis quod nos iuuabunt fideliter et liberaliter contra omnes et nos similiter eisdem promittimus bona fide quod nos ipsos iuuabimus contra quoscunque eis aduersantes et deffendemus iusticia mediante. Et

hec omnia et singula seruare promittimus bona fide et vniuersi et singuli de berno a quatuordecim annis supra, seruare facere et non contravenire per se vel per alios aliquo unquam tempore promiserunt et iuraverunt super sancta Dei Euangelia corporalibus prestitis iuramentis in quorum omnium robur et testimonium presentes literas eis tradidimus sigillo nostro sigillatas. Datum Paterniaci in Claustro Monasterii dicti loci. Die iouis ante assumptionem Beate Marie virginis. Anno Domini Millesimo Ducentesimo nonagesimo primo.

Autenticum in Schedis Reip. Bernensis, in Codice dicto «Teutsches Spruchbuch.» Tom. A. fol. LXXXVIII. Cibrario e Promis, Docum. monete, sigilli etc. p. 229. Hebdom Solodor. annus 1828. pag. 554. Zeerleder, N°. 533 Invent. Trattati co' Svizzeri, Fasc. 1. Zurlauben, tableaux topogr. de la Suisse, Prob. N°. 60.

890. Amedeus V Comes Sabaudiæ confirmat Muratensibus potestatem eligendi sibi advocatum.

1291. Augusti 14. Sine loco.

Nos Amadeus, Comes Sabaudie et Marchio in Italia.... concedimus dilectis et fidelibus nostris Consulibus et communitati burgensium de Mureto quod sibi possint annis singulis eligere et constituere Advocatum secundum quod consueuerant tempore Comitis Petri Karissimi patrui nostri, qui omnia iura ad Advocatiam spectantia percipiat pacifice et quiete, sicut hactenus, tempore felicis recordationis predicti dom. Comitis Petri, Advocati qui pro tempore fuerunt in Mureto percipere consueverunt ita tamen quod advocatus qui pro tempore fuerit teneatur nobis vel. mandato nostro annis singulis ratione dicte Advocatie et Jurium ad ipsum spectantium solvere X libras monete usualis apud Muretum. In cuius rei etc. Datum anno Domini MCCXCI. in vigilia assumtionis gloriose virginis.

Engelhard, Urkundenbuch der Stadt Murten. N°. 6. Schweiz. Geschichtsforscher. VII. 228.

891. Supplicatio Capituli Gebennensis ad Episcopum suum, Guillelmum de Confluentibus, depingens hostilitates Humberti Dalphini Viennensis et Amedei Comitis Gebennensis, Episcopo, Capitulo, et Civitati Gebennarum illatas. **1291. Paulo ante 26. Septembris.**

Coram vobis Rev. patre D. Guillelmo Episcopo Gebenn. nos deuoti filii vestri Capitulum seu Canonici cathedralis ecclesie S. Petri Gebenn. proponimus supplicamus et petimus in hunc

modum. — Notorium est quod Ecclesia Geb. domina est et Princeps unica et in solidum ciuitatis et suburbii Gebenn., non habens in dominatu ejusdem quemquam participem vel consortem. et in possessione vel quasi dominatus ejusdem, est et fuit a tempore cuius in contrarium memoria non existit: ipsamque ciuitatem cum suis pertinentiis, castra, possessiones et villas, homines jura et juridictiones et libertates, ac vniuersa bona immobilia ad se pertinentia ab Imperatore Romano immediate tenet, nulli alii Regi, Principi, vel Baroni seculari in hiis in toto vel in parte subiecta: et quod nec ipsa civitas, nec pertinentie ejusdem, sita sunt in territorio vel districtu seu jurisdictione qualiscumque alterius Regis, Baronis, vel Principis secularis. Quinimo vir ill. D. Comes Gebenn. castrum suum situm in angulo ipsius ciuitatis, ac multa alia castra cum pertinentiis eorundem infra dioc. Gebenn. tenet in feodum ab ipsa Ecclesia, pro quo feodo est homo ligius ipsius Ecclesie, et homagium fecit ac fidelitatem promisit ligiam nomine ipsius Ecclesie, vobis Guillelmo nunc Episcopo Gebenn. Nunc vero, cum acerrimi doloris immensitate, non sine verecundo rubore clamare et plangere cogimur et lugere. Nostis enim quod olim, die Veneris proxima post festum Assumptionis B. Marie Virg. A. D. M°. CC°. nonag°. primo, Idem Comes Gebenn. ad ipsam civitatem Gebenn. cum immensa multitudine armatorum, equitum et peditum, accedens, et in ipsam civitatem subito irruens, ipsam civitatem ac cives inuasit et expugnare cepit, ut vel ipsos cives gladio interimeret, vel ipsam civitatem suo ut creditur dominio subjugaret. Tandem vero, cum pugnando, siue *giradendo* prevalere non posset, magnam partem ipsius civitatis igne incendit atque consumpsit. Ex cujus incendio ignis prosiliens in ipsam cathedralem Ecclesiam S. Petri quandam partem ligneorum edificiorum destruxit, sed tandem per adjutorium Dei suffocatus fuit. Sequenti vero die Sabbathi, superveniente ill. viro D. Humberto Dalphino Vienn. cum ingenti exercitu armatorum, ipsi ambo sequenti die dominica, dictam civitatem inuaserunt et expugnare ceperunt, ac quandam partem murorum ipsius ciuitatis destruxerunt, non veriti tam sancte festiuitatis preterite vicinitatem, nec diei dominice sanctitatem, nulla etiam pietate vel miseratione seu compassione permoti, ex eo quod Vos, flexis genibus coram ipsis, cum lacrimis, singultibus et lamentis supplicauistis eisdem, quod ipsam ciuitatem non inuaderent nec occuparent, nec ipsam ad exterminium seu

exitium deducere attemptarent. Cum vero nec sic ipsos ciues superare possent, ipsi suburbium ipsius ciuitatis pro maiori parte incendio concremarunt, et processit ulterius furor immanis, et piis auribus horrenda crudelitas. nam idem Comes Gebenn. in dicto castro suo, et in presentia vestra, machinam ingentem fecit erigi, ex quâ et per quam plures grossos lapides jactari fecit in ipsam dominam et spiritualem matrem suam cathedralem Ecclesiam S. Petri, ex quorum jactu superiora edificia dicte Ecclesie pro magna parte lesa fuerunt grauiter et destructa. Hec vobis vniuersa et singula manifesta sunt et notoria, adeo quod nulla unquam ullatenus possint tergiuersatione celari. Ex quibus omnibus non dubium est tam ipsum D. Comitem quam Dalphinum Viann. coadiutores et consiliarios eorum excommunicationis sententiam ipso facto incurrisse juxta tenorem Concilii Viann. cum nullam satisfactionem super hoc fecerint, nec emendam. Et nichilominus tam dictum castrum dicti Comitis, quam alia castra et possessiones et bona, quas et que tenet in feodum a dicta Gebenn. ecclesia, inciderunt in commissum propter dictam offensam tam detestabilem. Nos vero, pia charitate considerantes quod idem Comes, non suo, ut credendum est, motu sed aliena calliditate seductus, ad predicta processit, et ea occasione grauissime dampnificatus fuit, per illum vel illos ad quem vel ad quos huiusmodi delicti vindicta seu retribntio fortassis minime pertinebat, predictos excessus dissimulando ad tempus et satisfactionis petitionem, donec salttm gratiarum eisdem fortuna succederet, arbitramur fore misericorditer deferendum. Sed aperte, prophane crudelitatis rabie ac rapaci voramine, contra ipsam ecclesiam furta invectus, possessiones, loca, villas, jurisdictiones et jura, ac uniuersa bona immobilia ipsius Ecclesie in parochia de Diseugie, de Chillie, de Valeyrie, de Brenay, de Onay, et alibi ubicunque inter fluvium Arue et fluvium de Cyers et de Cheran existentia inuasit, cepit et occupauit, fructusque redditus et prouentus ex ipsis prouenientes cepit, et in usus suos fecit conuerti, decimasque noualium ad ecclesias parochiales pertinentes, per multa loca colligi et capi fecit et facit, contra mandatum tam noui quam veteris testamenti, et contra synodales constitutiones a vestris predecessoribus promulgatas. Ex quibus omnibus supradictis, tam ipse quam consiliarii et coadjutores et satellites sui, et Judices et Balliui sui, excommunicati sunt ipso facto, juxta dictas constitutiones synodales, et maxime juxta tenorem Con-

cilii Viannensis, et nichilominus loca omnia in quibus dictus Comes et dicti coadiutores et consiliarii, et Judices et Balliui, et alii satellites sui fuerint, quandiu videl. in eis fuerint, ecclesiastico subjacent interdicto, juxta mandatum dicti Concilii Viaunensis. Sed et hec omnia, nos ipsi Comiti compatientes, et nosmet ipsos erga eum humiliantes, tacendo dissimulauimus diu, ut per molles et blandas exhortationes et crebras allocutiones, ipsum ad frugem condigne satisfactionis, et adminiculum amicitie veracis, erga nos et erga ipsam Ecclesiam allicere et reuocare possemus: ipse vero de mansuetudine et dilectione nostra nimium confidens, nullam prorsus satisfactionem, restitutionem seu emendam super predictis Ecclesie Gebenn. prestitit, licet ad hoc per multos ex nobis, multum charitative, pluries et instanter fuerit exhortatus, quamvis verbotenus restituerit seu dimiserit quasdam possessiones, loca et villas ad nos Capitulum dicte Ecclesie Gebenn. pertinentes, nulla tamen restitutione perceptorum ex inde fructuum prestita sive facta. Preterea, licet statuta secularium potestatum Ecclesias et ecclesiasticas personas non adstringant, ministri et satellites dicti Comitis eo, ut creditur, mandante vel ratum habente, nos et clericos Ecclesie et ciuitatis Gebenn. adstringunt, coarctant et suspendunt, ne blada vel alia bona nostra que habemus ultra fluvium Arue, portentur vel deferantur ad ciuitatem Gebenn. ubi diuinis vacamus obsequiis, licet plerique ex nobis ibi ex ipsis aliunde non habeamus commode unde viuere valeamus: ex qua re dicti ministri et satellites sunt excommunicati ipso facto, auctoritate sancti Concilii Viauensis...... *(coetera desunt.)*

E Mss. Jacobi Godefroy. Mem. et Docum. de la Soc. d'hist. de Genève. T. I. Pars II. pag. 100.

891. a. Excommunicatio Humberti Dalphini per Episcopum Gebennensem, ratione belli inter illos exorti, Beatrice Fuciniacensi auxilia præbente Humberto.

1291. Septembris 26. Gebennis.

Anno Dom. M°. CC°. nonagesimo primo, indict. quinta. VI°. Kal. Octobris, in presencia mei Notarii infrascripti et testium infrascriptorum, propter hoc specialiter vocatorum, constitutus Rev. pater Dom. G., diuina miseratione Geben. Episcopus, fecit nunciauit publice, et nunciari et observari precepit, monitiones et interdicta et excommunicationis sentencias et suppositiones infrascriptas, de verbo ad verbum ut inferius

·continetur. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Nos Guillelmus, Dei Gratia Gebenn. ecclesie minister humilis, vniuersis Christi fidelibus, rei geste noticiam cum salute. Notorium est et omnibus manifestum, quod Episcopus Gebenn. ipse solus et in solidum, dominus est et princeps ciuitatis Gebennensis, non habens in dominatu ejusdem participem vel consortem, sed agens et exercens in ea, tam per se quam per Vicedognum suum et per alios officiarios et judices suos merum et mixtum imperium et omnimodam juridictionem temporalem et spiritualem. Et quod ipsam civitatem gebenn. castra, villas et possessiones, homines, jura et juridiciones ac libertates, et vniuersa bona temporalia ad ecclesiam gebenn. pertinentia, a solo Imperatore Romano immediate dignoscitur obtinere, nulli alii Regi, Principi seculari. vel Baroni in toto vel in parte subtus vel subiectus. Nunc vero, cum ingenti et amara cordis anxietate, plangere cogimur et lugere ex eo quod nuper, die sabbathi post festum assumptionis B. Marie Virginis, vir illustris Humbertus, Dalphinus Viennensis, ad ipsam civitatem cum ingenti multitudine armatorum, equitum et peditum, ac cum armatis gentibus ill. dne. B. domine Fucigniaci, filie quond. feliciss. recordationis Dni. P. Comitis Sabaudie, accedens, et sequenti die dominica in ipsam ciuitatem irruens, ipsam ciuitatem nostram, ac ciues grauiter inuasit, et expugnare cepit per diem dominicam (non veritus tam gloriose festiuitatis vicinitatem, nec diei dominice sanctitatem) ut ipsam ciuitatem ac ciues occuparet, ac illo, ut creditur, dominio subiugaret: nulla pietate vel miseratione siue compassione motus, ex eo quod nos, flexis genibus, profusis lacrimis, coram eo cum singultibus et lamentis supplicauimus, quod ipsam ciuitatem nostram non inuaderet, nec occuparet, et quod populum nostrum gladio interimere non attemptaret. Cumque diuina ipsam ciuitatem nostram ac ciues protegente gracia, idem Dalphinus videret quod ipsos superare non posset, muros ipsius civitatis pro parte dirruit et suburbium ipsius ciuitatis pro maiori parte incendio concremauit. Et exinde ad partes Fucignyaci cum suo exercitu progrediens, et furorem suum contra nos et ecclesiam nostram vehementer exagerans, castrum, siue domum nostram de Teyz, in territorio nostro de Salaz cepit, et suis gentibus eam muniuit: blada quoque decimarum nostrarum in grangiis reposita, cum vniuersis *censis*, seruiciis, taliis et usagiis nobis debitis, per suos satellites fecit capi et exigi, ac etiam deportari: blada

quoque, decimas vini, fructus redditus et prouentus et alia bona capituli nostri gebennensis, et etiam singularium personarum eiusdem, nec non etiam Curati de Viu, et Rodulphi clerici et hominis nostri nuper defuncti, et quorumdam aliorum sacerdotum et clericorum, intra terminos Baronie seu dominatus de Fucignyaco, et in quibusdam aliis locis, per suam auctoritatem, contra Deum et justiciam fecit capi, et in suos usus illicitos mandauit conuerti: quamvis ante predictum maleficium taliter perpetratum, ipsum Dalphinum nostrum et ecclesie nostre, reputaremus specialem amicum. Quibus auditis, Nos ipsius ac suorum impetum merito metuentes, et propter hoc ad personam suam personaliter accedere non audentes, litteras primo nostras, ac D. Franciscum prepos. gebenn. secundo, ac deinde Baillivum nostrum ad eum misimus, et requirentes eumdem ut saltim domum nostram de Teyz nobis redderet, et blada nostra predicta ac bona, et canonicorum nostrorum nobis et ipsis restituere procuraret. Sed ipse obstinato animo nec dictam domum nostram nobis restituere, nec aliqualem emendam de bonis predictis, de excessu predicto, nobis vel ecclesie nostre facere procurauit.

In provinciali autem Concilio olim apud Viennam celebrato, cui presens fuit rev. pater Vuillelmus D. Gr. Archiepiscopus Vienn. noscitur esse statutum: *(Scil. quod quecunque persona, cujusvis sit statûs, invaderet, occuparet, et quocumque modo leserit bona mobilia et immobilia, res aut jura ecclesiarum, nisi infra tres dies a die captionis, faceret emendam, aut revocationem aut restitutionem debitam, vel alias plene satisfecerit, subiaceat excommunicationi ipso facto: et si persone huiusmodi in excommunicatione perstiterint per tres dies, et loca ubi fuerint, ecclesiastico supponantur interdicto, etc.)* — Prædicti autem excessus dicti Dalphini et complicum suorum, tam detestabiles, tam enormes adeo manifesti sunt et notorii, quod nulla (unde dolemus) possunt tergiversatione celari, nec figmento verborum aliquo palliari. Et licet tempus in pred. Concilio prefixum, jam diu est, totaliter sit elapsum, tamen super dictis excessibus nullam satisfactionem prestiterunt, ymo nec emendam aliquam obtulerunt. Quia igitur, sacro testante eloquio, „sola est que fidei meritum possidet obedientia, sine qua quisque infidelis esse conuincitur, etiam si fidelis esse videatur:“ vnde „peccatum ariolandi est non obedire, et scelus ydolatrie non acquiescere:“ nos pred. Guillermus Ep. geben., tanti sceleris maculam in-

currere non volentes, et idcirco predict. Conciliorum, ac ven. patris D. Archiepiscopi supradicti mandata mere exequentes, pred. Dalphinum, et ejus coadiutores, consiliarios et fautores in excessibus supradictis, auctoritate dicti Concilii denunciamus excommunicationis sententie subiacere. Locaque ubi idem Dalphinus fuerit denunciamus supposita ecclesiastico interdicto auctoritate dicti Concilii: item loca et villas in quibùs preda huiusmodi recepta fuerit vel retrusa, secundum tenorem Concilii memorati, denunciamus interdicti sentencie subiacere. Predones autem intelligimus tam ipsum D. Dalphinum, quam quoscunque alios nuncios, famulos, Ballivos, castellanos, ac vniuersos alios familiares, qui bona nostra ceperunt et capituli nostri, vel consilium, auxilium in hoc excessu dederunt propria uoluntate. — Quia vero Dom. B. domina Fucignyaci, socrus sua, cuius cooperatione, consilio et consensu pred. excessus perpetrati esse noscuntur, magnam partem terre ac dominatus Fucignyaci in D. Dalphinum dicitur transtulisse, nos tam dictum Dalphinum quam dictam Dom. Fucignyaci hoc publico edicto monemus semel, secundo et tertio, quod infra quindenam S. Michaelis proximo venientem, dictam domum nostram de Tez, cum predictis bladis et bonis nostris, et dictorum canonicorum et aliorum clericorum et sacerdotum, nobis et ipsis plene et libere et integraliter restituant, ac de excessibus predictis et de dampnis datis per ipsos in inuasione, expugnatione ac murorum disruptione, ac incendio dicte civitatis nostre, Deo et ecclesie nostre gebennensi, et civibus nostris predictis, sine ulteriori dilatione satisfaciant competenter: Alioquin nos dicti Concilii sentenciam, in ipso Concilio promulgatam, auctoritate dicti Concilii, in hiis scriptis aggravantes, et nostra, totam terram ditioni, dominio ac dominatui dictorum Dalphini ac Domine Fucignyaci subiectam in dyocesi gebennensi, ex tunc ecclesiastico supponimus interdicto. Nos et ecclesiam nostram gebenn. ac vniuersa bona nostra et ecclesie nostre, et omnes religiosas domos, ecclesias et capellas, et vniuersum clerum nostre dyocesis, et vniuersa bona eorum: nec non et hanc presentem sentenciam et processum nostrum, protectioni et judicio sacrosancte sedis apostolice supponentes, ac ipsam sedem appellantes, seu etiam tenore presentium prouocantes, ne quisquis judex ordinarius, delegatus seu subdelegatus, hanc presentem sentenciam nostram, monicionem vel processum, infringere seu irritare presumat. Actum apud Gebennas, ante

ecclesiam S. Petri, ubi ad hec testes vocati fuerunt specialiter et rogati, D. Rodulphus de S. Jorio, D. Petrus de Poulie, D. Thomas de Ponto et Guillermus de Bagnolio, canonici gebennenses. D. Bozo Banz curatus B. Marie Magdalene, D. Girodus Gaii curatus S. Germani, D. Vincentius curatus B. Marie Noue, Girodus Amici clericus de Gebennis, et plures alii. Et ego Jacobus de Vendoures, imp. auctor. Notarius publ. qui hanc cartam rogatus scripsi subscripsi et signo meo signavi tradidi et compleui.

Mem. et docum. de la Societe d'histoire et d'Archéologie de Genève, T. I. P. II. pag. 74. Ex archivo Reip. Genevensis.

892. **1291. Octobris 21. Gebennis.**

Aggravatio excommunicationis, Humberto Dalphino inflictæ ab episcopo Gebennensi, depredationum causa, quas exercuit in terras Episcopi, et ob damna civitati Gebennensi illata: et extensio interdicti in terras Beatricis dominæ Fucigniaci, in dioecesi Gebennensi sitas: „Licet autem terminus dicte quindene S. Michaelis, totaliter elapsus, ipse Dalphinus excommunicationis sentenciam in se latam contempnens, et tam ipse quam dicta D. Fucignyaci dictam interdicti sentenciam non latam sed comminatam putantes et ipsam ideo indurato animo non verentes predicta vniuersa et singula facere contempserunt et adhuc contempnunt animo dampnabiliter indurato"…. et ideo eosdem ad correctionem et emendam salubrem per canonicos tramites ducere et adducere cupientes ….. totam terram dicioni, dominatui ac dominio eorumdem Dalphini et Dom. Fucigniaci subiectam in gebenn. diocesi, auctoritate Concilii Viannensis, denunciamus esse suppositam et in hiis scriptis supponimus ecclesiastico interdicto, mandantes dictam interdicti sentenciam publicari et denunciari in omnibus ecclesiis et capellis ciuitatis et dyoc. gebenn. per singulos curatos et parochiales presbyteros et per omnes religiosos non exemptos, singulis diebus dominicis et festivis. Religiosos autem exemptos omnes et singulos requirimus et per obedientiam sancte matri ecclesie et s. canonibus debitam adiuramus, ut ubicunque locorum advenerint, hanc interdicti sentenciam denunciare studeant ac firmiter observare. Et cet." (ut in sent. de VI Kal. Oct.) Actum Gebennis ante ecclesiam S. Petri. *(Datum in introitu.)* A. D. M⁰. CC⁰. nonagesimo primo, indict. Vª.-XII Calend. Novembris.

Mem. et Doc. de la Soc. d'Hist. de Genève. T. I. P. II. p. 86, Aut. in Archivo Gebennensi.

893. Obitus Beatricis, filiæ Amedei V. Comitis Sabaudiæ.
1292. Februarii 23.

Anno Domini MCCLXXXXII octavo Kalendas marcii obiit Beatrix filia domini Amedei comitis Sabaudie hic honorifice tumulata. Requiescat in pace. Amen. *(Forsan anno 1293 tribuenda charta sec. stylum paschalem.)*

Mon. hist. patriæ, Scriptt. I. Chron. Abbatiæ Altæcumbæ. Col. 675.

893. a. Fundatio domùs Carthusiæ de Melano.
1292. Aprilis 12. Sine loco.

Beatrix, filia incl. rec. D. Petri, quondam Comitis Sabaudie, nec non domina Fucigniaci „pro remedio anime nostre, et Johannis Dalphini, quond. Kariss. Filii nostri, et qnd. Comitis Petri, carissimi patris nostri, et ill. Agnetis qnd. domine Faucigniaci carissime matris nostre et omnium parentum nostrorum in Baronia nostra Faucigniaci in castellania castri nostri Castellionis, in loco qui vulgariter Melanum appellari consuevit, de ordine Cartusiensi Monasterium duximus ordinandum etc." in quo monasterio serviant Deo, quadraginta Monachæ et septem Monachi sacerdotes. Rogat Beatrix D. Guillelmum *(de Confluentibus)* Episcopum Gebenn. ut fundationi istæ addet ratificationem suam, id quod fecit dictus Episcopus, apponendo sigillum suum huic instrumento fundationis. Datum pridie idus Aprilis, Anno Dom. MCCXCII. indict. quinta.

Guich. Prob. 81.

894. **1292. Julii 13. Viennæ.**

Confirmatio donationis Humberti Dalphini et Annæ Dalphinæ, conjugum, factæ Johanni primogenito eorum, totius et universi Delphinatus et Comitatus Viennensis et Albonis, cum omnibus dependentiis et pertinentiis suis. Reservant sibi Humbertus et Anna usumfructum terrarum cessarum ad dies vitæ illorum: retinent ultro super præd. rebus donatis X millia libras in pecunia, de quibus Dalphina possit ordinare et disponere ad omnimodam voluntatem suam: retinet sibi etiam CC. lib. Vienn. in redditibus annuis in terra plana, et MD. alias lib. Vienn. in redditibus annuatim percipiendis in quatuor castris designatis, quas MD. transfert Dalphina per istam chartam, in filium suum Guiotum, reservato usufructu ad dies vitæ suæ. Reservatur ultro, quod, Johanne sine legitimis hæredibus decedente, transeat donatio hæc ei facta, in Hugonem

fratrem suum, filium Annæ secundogenitum, qui vero, si obtineret Baroniam Fucigniaci, succedendo fratri suo majori Johanni in Delphinatu, dimittat dictam Baroniam Guioto predicto. Si autem decedere contigerit Hugonem sine liberis, succedat sibi et in Delphinatu dictus Guiotus, quo casu transeat Baronia Fucigniaci ad proximum genitum fratrem suum viventem, qui dictam Baroniam recognoscere teneatur a præfato Guioto, etc. Confirmatur hæc donatio a Carolo II Rege Siciliæ (citra Pharum); et ab illo, et Guillelmo (de Valencia) Archiepiscopo Viennensi, et a permultis Vassis et Nobilibus, fidelitatibus et homagiis Dalphino et Dalphinæ adstrictis, sigillis roborata. Acta sunt Viennæ, in Domo S. Gervasii, Anno Dominicæ Incarn. M°. CC°. XCII. Indict. V. decima tertia die Mens. Julii.

Valbonnois, hist. de Dauph. II. 52.

895. **1293. Maji 26.**

Beatrix, Magna Dalphina, domina Fuciniaci, donationem facit Amedeo Comiti Sabaudiæ, consanguineo suo, castrorum de Fucigniaco, Bonæ, de Montoux, Bonæ villæ, Castelleti de Credoz, Alingiæ veteris, feodorum Castrifortis, de Rovorea, de Nergin, cum mandamentis, territoriis, villis, hominibus, pascuis, pedagiis, venationibus et piscationibus, advocatiis etc. in alodiis, salvo usufructu suo proprio ad dies vitæ. Infeodatur Beatrix donatrix a Comite donatario, de rebus donatis, et præstat illi homagium de dictis feudis. Fatetur Humbertus Dalphinus, sibi nullum, nec homagium nec jus aliquid competere in bonis donatis. Actum VII Kal. Junii Anno Dom. MCCXCIII.

Coll. dipl. dom. Mallet, Gebenn. Aut. in Archivo Gratianopolitano.

896. Permutatio homagiorum inter Comitem Sabaudiæ ex una, et Humbertum Dalphinum ac Beatricem dom. Fucigniaci ex altera parte.

1293. Maji 27. ap. Capellam hospitalis S. Johannis.

Anno incarn. Dom. M°. CC°. XC°. tertio. Indict. VI. VI Kal. Junii apud Capellam hospitalis S. Johannis inter Voyronem et Moirencum conventum est inter Amedeum Comitem Sabaudiæ et Humbertum Dalphinum, Comit. Vienn. et Albon. consentiente Beatrice, filia Petri Comit. Sab. et Domina Fucigniaci, quod, ad tollendam et sopiendam maximam guerram inter

eos vertentem, fiat permutatio homagiorum, tali modo, quod liberavit Comes Sabaudiæ, totam terram et baroniam de Turre Pini et de Coloniaco, cum castris de Turre et de Burgundio, necnon pluribus aliis castris et locis et pro *camino quod* protenditur Bordaria usque ad pontem Rhodani: et ultra quantum equus potest ire sine natare, ab omni nexu feudali et homagio, et tradit hec omnia Dalphino et successoribus ejusdem in statu integro et pleno jure. In compensationem hujus liberationis, recognoscuntur, Beatrice consentiente, tanquam feuda Comitis Sabaudiæ, et recipiuntur ab illo tali lege, sub homagio et fidelitate, a domina Beatrice, suo et hæredum suorum nomine, et a Humberto Comite præstitis, Castra Fucigniaci, Bonæ Villæ, Monteux, Alingii veteris, Castelleti de Credo, cum mandamentis, juribus et pertinentiis illorum; nec non feuda de Rovoria, de Nernier et de Castro forti. Quæ permutatio tunc et locuta, et incontinenti in executionem peracta fuit, liberatione baroniæ Turris pronunciata. Adjunctæ sunt quædam aliæ stipulationes. Loco et tempore supra memorato, et testibus, uno Clerico, quatuor Nobilibus militibus, tribus legum Doctoribus, et quinque aliis, tam Judicibus quam domicellis.

Valbonnois II. 42.

897. **1293. Junii 12.**

Declaratio Amedei Comitis Sabaudiæ, Beatricem Dominam Fuciniaci sibi fecisse homagium, et recognovisse in feodum, Castra Fuciniaci, Bonæ villæ, Bonæ, Monthoux, Alingiæ veteris, Credoz, feoda de Revoreya, Nernier, et Castri fortis, in quibus omnibus succedere possunt hæredes, tam masculi quam femellæ dictæ Beatricis; concessa ultro facultate dictæ dominæ donandi prænominata feoda cuique velit vel prætulerit aliis e liberis Humberti Dalphini. Act. die Veneris post festum b. Barnabæ, Anno Dom. M°. CC°. XCI°.

Coll. dipl. Malletiana, Gebennis: ex Archivo Gratianopolitano.

898. Pacificatio Guillielmi Episcopi Gebennæ cum civibus Gebennensibus, interveniente Amedeo Comite Sabaudiæ.

1293. Julii 17. Sine loco.

Anno M°. CC°. nonagesimo tercio, die veneris ante festum B. Marie Magdalenæ, etc.... cives debent facere fidem quod non habent sigillum commune.... et si reperiretur eo non utentur, imo ipsum laniabunt, frangent.... In vico Rippa appellato nichil exigatur de domibus ratione casalium, nisi quod

ab aliis de civitate communiter requiritur. Dicti cives renuncient officio Capitanei, et omnino tollatur: novem cives nominatim designati removeantur ab omni regimine civitatis Gebennæ nec intelligitur quomodo bene possint loqui de negotiis suis et civitatis. Cives requirant humiliter Episcopum, quod cathenas novas dimittat in locis in quibus sunt, et Ep. annuat eorum precibus, et præbeat consensum quod catenæ remaneant in locis in quibus sunt. Cives, ratione *leœ* alicujus non possent pignorari sine mandato Ep. vel Vicedompni sui. Super gaytis et exchargaytis facient cives prout consueverunt temporibus prædecessorum præfati Episcopi. De edificiis constructis in plateis communibus a tempore promotionis Ep. Guillelmi, solvantur dicto Ep°. citra servicia et usagia, vel demoliantur dicta edificia. Super aliis catenis antiquis et custodia clavium portarum civitatis fiat compromissum in quatuor, videl. in duos ex utraque parte.... et debet durare compromissum usque ad quinque annos continuos, a festo b. Petri ad vincula proxime venturo computandos:.... et durante ipso compromisso, Episcopus non potest nec debet dictos cives per se vel per alium excommunicare vel alias molestare pro predictis, super quibus compromissum fuit.... Et per hoc Episcopus debet amovere sententiam excommunicationis quam tulit in ipsos cives, et ipsos incontinenti absoluere et denunciari facere absolutos. Quam ordinationem laudaverunt, adprobaverunt et in futurum observare promiserunt, ipse D. Episcopus, et plures præsentes canonici gebennenses, et nomine Episcopi et omnium concivium et burgensium civitatis Gebenn. decem cives (specialiter nominati, quorum septem e numero prædictorum a regimine pro futuro exclusorum). Sigilla apponunt, ipse Guillelmus Episcopus, et Amedeus Comes Sabaudiæ „qui ad hanc concordiam faciendam operam dedimus."

Mem. et doc. de la Soc. d'hist. de Genève. t. II. 116.

899. Traditio jurum et feodorum suorum, Amedeo Comiti Sabaudiæ facta per Beatricem, filiam Petri Comitis Sabaudiæ dominam Fuciniaci.

1294. Aprilis 29. Gebennis.

Nos B. filia inclite recordationis domini P. Comitis Sabaudie, dominaque Faucigniaci. Notum facimus uniuersis presentes literas inspecturis. quod nos pro nostris heredibus ac successoribus donamus et concedimus donatione pura et irre-

vocabili inter uiuos, illustri viro Domino Amedeo comiti Sabaudie Karissimo consanguineo nostro et Domino, recipienti pro se heredibus et successoribus suis quid iuris actionis rationis et requisitionis habemus vel habere debemus seu habere consueuimus vltra lacum Gebenuensem uidel. a Sayssello vsque ad Friburgum in alamagna et potissime feudum quod domina Leona domina de Jays tenet possidet vel quasi tenere debet et feudum quod dominus de Vilar tenet possidet vel quasi seu a nobis quoquo modo tenero debet Item feudum quod Dominus de Monte Falcone tenet possidet vel quasi seu tenere debet a nobis infra terminos supradictos et penitus quidquid habemus vel habere debemus infra terminos supradictos, in proprietate, dominio, possessione vel quasi seu in feudis uel retrofeudis, deuestientes nos de omnibus supradictis, et dictum Dominum Comitem nomine suo et heredum suorum per traditionem cuiusdam baculi prout moris est inuestiendo, renunciantes nos prefata B. ex certa sciencia et de iure nostro certificata lingua materna exceptioni doli mali metus et in factum legi Julie de feudo dotali priuilegio dotis et ypothecarum et omni auxilio iuris Canonici et ciuilis per quod possemus uenire contra predicta. Nos uero prefatus Comes ibidem et incontinenti omnia supradicta nobis donata donamus et concedimus pro nobis et nostris heredibus dicte domine B. pro se et heredibus suis in feudum et in augmentum alterius feudi, quod a nobis tenet, investientes dictam Dominam B. recipientem pro se et suis heredibus per traditionem baculi ut moris est de predictis tanquam de rebus feudalibus, directo dominio nobis totaliter retento. Et nos dicta B. promittimus bona fide pro nobis et nostris heredibus, seruire dicto domino Comiti recipienti pro se et suis heredibus, vt meliores Vasalli de comitatu Sabaudie de feudis que ab ipso tenent, ipsi Domino Comiti seruire debent. in cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum et actum Gebennis in domo fratrum minorum presentibus uiris nobilibus, videl. Domino Ebulo Uicecomite Augustensi, Domino Odone Alamandi ministrali Viennensi, Domino Guillelmo de Septimo, Domino Aymone de Sestena, et Domino Giraudo de Compesio militibus, et Petro Copperii et pluribus aliis, die Jouis post octabas Pasche, Anno Domini M°. CC°. XC°. quarto.

Appendent Autographo Sigilla duo, Beatricis, Crux Sabaudica, circumscripta: S. BEATRICIS FILIE PETRI COMITIS

SABAVDIE: et Amedei, cum legendâ: S. AMEDEI COMITIS SABAVDIE, cruci Sabaudiæ circumscriptâ.

Autographum in Invent. Baronie de Waud. Extat etiam in Archivo Cameræ Comput. Delphinatus, Gratianopoli. Impress. ap. Lünig Reichsarchiv. Contin. II. Abtheil. IV. Abschnitt XII. Ch. N°. 9.

900. *Obitus Sibyllæ de Baugiaco, Comitissæ Sabaudiæ.*

1294. Maji 28.

Item Anno Domini MCCXCIV. quinto Kalendas Junii, obiit illustrissima domina Sibilla comitissa Sabaudie et domina Bagiaci, filia quondam domini Guidonis domini Bagiaci, quondam coniux illustris ac magnifici viri domini Amedei comitis Sabaudie, hic una cum Johanne eius ultimo filio in III Kalendas iunii, et ipsa pridie nonas iunii proximi sequentis tumulati. Anime eorum per Dei misericordiam in pace requiescant.

Chron. et Necrol. Altæcumbæ, in Mon. historiæ patriæ, Script. I. col. 675.

901. *Versoya et feuda de Gex a Beatrice Dalphina tradita Amedeo V Comiti Sabaudiæ.*

1296. Januarii 1. ap. S. Germanum de Ambairieu.

Amedeus Comes Sabaudiæ declarat, Beatricem dom. Fucigniaci sibi tradidisse quidquid iuris seu actionis dictæ Beatrici competebat in castro et mandamento Versoyæ, et omnia feuda quæ ab illa tenent, Dom. Leona domina de Gezeio, Guill. dom. de Gezeio, filius ejus, et Domini, Johannes Montisfalconis, Petrus Castellionis Michalliæ, Guido Montislupelli et Castillionis in Chotagnia, et generaliter omnia, quæ dictæ personæ tenent et tenere debent ultra lacum Gebennensem a Lausanna usque ad Clusam de Gezeio et ad Montem Jorae: cum omnibus iuribus, redditibus, etc. excepto feudo domini Villarii, quod sibi retinet Beatrix: et has omnes cessiones accipit Amadeus Comes in exsolutionem X millium librarum Vienn. de triginta millibus, quæ sibi debent tradi pro matrimonio, quod tractatur inter se ipsum Amedeum et Alasiam filiam Humberti Dalphini: ita tamen, quod si non contraheretur dictum matrimonium, tradantur nichilominus dicta X millia libræ titulo dotis, pro matrimonio quod debet contrahi inter Hugonem filium præd. Dalphini, et Agnetem, filiam Amedei Comtis: si autem et hoc matrimonium non consummaretur, promittit Comes restituere tam Castrum Versoyæ, quam

omnia alia sibi tradita pro prædicta dote, dominæ Fuciniaci, etc. Datum apud S. Germanum de Ambarieu, die Dominico in festo Circumcisionis Domini, Anno ejusdem M°. CC°. XCV°. sumpto millesimo a Paschate.

Valbonnois I. 200.

902. **1296. Februarii 12.**

Compositio litis inter Martinum Episcopum Gebennensem, et Beatricem, filiam Petri Com. Sabaudiæ, Dominam Fucigniaci exortæ, super confinibus et terminis mandamentorum Castellionis et Fucigniaci, Beatrici pertinentium, et de Salaz, terræ ecclesiæ Gebennensis, et specialiter super limitatione montis siti inter montem Molar dictum, castrum Curnil et Montem Augionis. Paciscitur, quod dom. B. et gentes ejus habeant montes, nemora et „Jures," et alia loca existentia versus mandamentum Castellionis et versus Castrum album; et Episcopus et gentes de Salaz habeant quidquid situm est a dictis terminis versus terram Episcopi de Salaz. Limites autem etc. Quam compositionem promittimus firmam etc. Reservat tamen sibi Beatrix in terra de Salaz, quicquid ei competit ratione cujusdam donationis sibi factæ, seu matri suæ Agneti, per Aymonem bonæ mem. quondam Dom. Fucigniaci, avum suum maternum, quæ ipsa B. per hanc compositionem non remittere intendit: et quam protestationem admittit Episcopus. Appendent sigilla sua ambæ partes, et cum illis, Humbertus de Thonon, P. de Arlod, jurisperitus, Rod. de S. Jorio et Giroldus Vicedominus de Salaz, inquisitores super limitibus. Datum II. Idus Februarii Anno Domini MCCXCV. *(Styli paschalis.)*

Coll. dipl. Malletiana, Gebennis.

903. Baronia Fuciniaci, tradita Humberto Dalphino, ad opus unius filiorum suorum, a Beatrice socru ejus.

1296. Septembris 15. apud S. Robertum subtus Cornillon.

Beatrix, filia Petri Comitis Sabaudiæ, Domina Fucigniaci, ad requisitionem Regis Franciæ, donat Humberto Dalphino, ad opus unius liberorum suorum, quem magis optaverit ipsa Beatrix, titulo donationis inter vivos, totam terram et Baroniam suam Fucigniaci cum suis pertinentiis et omnibus juribus suis etc. retentis sibi usufructu in rebus donatis, et facultate dandi seu legandi pro remedio animæ suæ, etc.; contra quam donationem se perpetuo non venturam promittit. Datu apud

S. Robertum subtus Cornillionem in Graisivodano, die Sabbati, in octava B. Mariæ Septembris, A. D. M°. CC°. XCVI°.

Valbonnois, Dauphine II. 83.

904. **1297. Martii 13. Sine loco.**

Rodolphus Comes Novicastri, Dominus de Nydowa recognoscit erga Ludovicum de Sabaudia dominum Waudi, se tenere in feudum ab illo Castrum de Cerliaco cum pertinentiis, quod et antea tenebat in feudum a Philippo Comite Sabaudiæ. Datum die Mercurii ante Dominicam Oculi, Anno Domini M. CC. XC. sexto. *(St. Incarnat.)*

Invent. Bar. de Waud. Fasc. IX. Tit. Cerlier, N⁰. 2. Codex Membran. feud. Waud. fol. XI r.

905. *Eduardus I. Rex Angliæ, concedit in matrimonium filiam suam Amedeo V Comiti Sabaudiæ.*

1297. Martii 16. Shoppesle.

Edwardus Rex Angliæ, concedens filiam suam Johannam comitissam Glocestriæ in Matrimonium Amedeo Comiti Sabaudiæ, confert potestatem Ottoni de Grandisono, ut accipiat assignationem XV millium libratarum terræ, quas assignare promittit Comes Amedeus uxori suæ et liberis masculis ex illa procreandis, in terris extra potestatem Regis Franciæ sitis. Datum Shoppesle, die XVI Martii, anno XXV regni Edwardi Regis. *Rymer I. III. 176. Foed. II. 861.*

906. **1297. Martii 22. Yverduni.**

Rodolphus, Comes Novicastri, Dominus in Nydowa, recognoscit se tenere in feodum Castrum de Cerliaco a Ludovico de Sabaudia, domino Waudi, quod prius tenuerat a Comitibus Petro et Philippo de Sabaudia. Datum Yverduni die veneris prima ante festum Annunciationis b. Mariæ Virginis, Anno Domini M. CC. Nonagesimo sexto. *(St. Incarnat.)*

Invent. Bar. de Waud. Fasc. IX. tit. Cerlier. N⁰. 2. Cod. Membr. feud. Waudens. Fol. XI. verso.

907. *Emancipatio Hugonis filii Humberti Dalphini.*

1298. Februarii 3. ap. Montem Bonoudum.

Anno ab Incarnat. domini M. CC. XCVII. Indict. XI. III°. non Februarii, coram Officiali curiæ Gratianopolitanæ, Humbertus Dalphinus, Vienn. et Albon. Comes et Dominus de Turre, ad supplicationem Hugonis, filii sui, emancipat eum et a

sacris patriæ potestatis nexibus liberat, accipiendo dictum filium suum per manus. Tunc donationem faciunt dicto Hugoni, filio suo, Humbertus Dalphinus et Anna consors sua, castri et mandamenti Montis Bonoudi, cum fidelitatibus quorundam hominum eorundem, de quibus homagium facere teneatur dictus Hugo genitoribus suis. Statuitur quod, si decederet Hugo improlis, præmoriendo Beatrici Magnæ Dalphinæ, et parentibus suis, devolvere debeant prædicta bona donata, ad illum inter filios Humberti et Annæ, quem Domina Dalphina Magna elegerit: salvo et retento usufructu ad dies vitæ, tam dictæ Dalphinæ Magnæ, quam Annæ Dalphinæ, filiæ ejus, si superviveret Dalphinæ magnæ. Acta, ut supra, apud Montem Bonoudum infra fortalitium, in Camera superiori, præsentibus D. Petro de Avalone, etc.

Valbonnois II. 84.

908. **1298. Martii 4. Sine loco.**

Permutatio inter Beatricem, filiam Petri Comitis Sabaudiæ, dominam Fucigniaci, et Guillelmum Episcopum Gratianopolitanum, qui cedit Beatrici homagium Chaberti de Briancone, contra quosdam homines Beatricis in parrocchia S. Pancratii, et aliquot redditus in dicta parrocchia. Actum, IV Non. Martii Anno Dom. MCCXCVIII. *(St. nat.)* Nos Humbertus Dalphinus, Vienn. et Albon. Comes dominusque de Turre, et Anna Dalphina ejus consors, et Johannes Dalph. Comes Vapincensis eorum primogenitus, de quorum consensu etc. approbamus, etc. *Valbonnois II. 38.*

909. Foedus Humberti Dalphini et Annæ Dalphinæ cum Leona domina de Gex, contra Comitem Sabaudiæ.

1298. Aprilis 2. Balme de l'Ile de Cremieu.

Ligue de Humbers Daufins de Vienn. et de Albon, Cuens et Sire de la Tor, et Anne Daufine de Viennoys et de Albon Contesse et Dame de celuy meyme lue, et Johans lour aynes fiz, por nos et por nos hoyrs, promettons etc. a nostre amee tante Madame Leone Dame de Gez et a nostre ame Cosyn Mes. Guillaume de Jonville Chevaler fil de cete Dame Leone et oyr en aprez de ly,... que nos lor personnes et tote lor terres etc. deffendrons et ayderons a deffendre etc. specialement contre le Conte de Savoye et ses oyrs etc. etc. Encor lor promettons... que nos ne ferons ne aurons pays treve ne acort al devant dit Conte sans lor... fazant droit et

prenant par devant noz en non dun de nostres enfans leqnel playroit faire oyr de la terre de Fucignye a nostre chiere Dame et mere Madame B. Dame de Fucigneu, prometons ayssemant que la Segnorie laquel nos avons en la davant dite Dame Lyone et Mes. Guilaume... en la terre de Gez nos ne mettrons ne transporterons en nul temps au devantdit Conte de Savoye en nulle maneyre etc. Encore... prometons de doner aus devantditz Mad. Lyone et Mes. Guillaume M. liv. de Genevoys etc. etc. de quanz M. livres payer et rendre nos metons playe et payans special la devant dite nostre chiere Dame et Mere Mad. B. Dame de Fncigneu etc. etc. Et nos, li devant dite Lyone prometons.... al dev. dit Monseignour le Daufin et a Mad. la Daufine et a Johan lor fil, recevanz ... en non deis de lor enfans loquel playroit faire son oyr en la terre de Fucigneu a... Mad. B. Dame de Fucignen aydier garder et defendre, etc. nommement la terre et la Baronie de Fucigneu, et la personne et le honor de la Dame B.:.. contre le dev. dit Conte de Savoye, etc. etc. Et a la requeste etc. Nos li devant dite B. fille de Nob. record. Mes. Pierre Conte de Savoye, Dame de Fucigneu avons comande de mettre nostre sel les letres de celes D. Lyone nostre Tante et de Mes. Guillaume son fil nostre Cosins etc. Donees a la Balme de l'Isle de Cremieu l'an de N. S. Mil ducens et nonante set le Mecrydi apres l'oytave de lannunciation N. D. *(Annus comput. sec. styl. pasch.)*

Valbonnois II. 85.

910. *Infeodatio Johannis Domini Montisfalconis de Castro Ebrodunensi et de aliquot villis, per Beatricem de Fuciniaco.* **1298. Septembris 28. Montbonoud.**

Nos Biautrix fille de noble recordation Monseignour Pierre Conte de Savoie et Dame de Fucigny facons *assouoir* a tous ces qui cestes lettres verront, que nous donnons en fye a nostre tres bien ame coisin Monseignour Jehain de Mombeliart Seignour de Montfaucon ce que nons avions et *teniens* a Bayores et a Corceiles et a Suchie pres de Orbe, ensemble lacroisement don fye que nos ly facons dou *chatesl* dYnerdum de la ville et de la chastelerie, des appandances et des appertenances dou dit lieu et por ces choses il est nostre hons liges decay le Joul vers le lay de Losanne, liquex nostres coisin pour soy et ses hoirs a nos et a nostres hoirs a promis servir bien et loiaulment por raison dou dit fye a touz jours et

le dit fye servir vers nous et nos hoirs por soy et por les siens hoirs, et a ce faire nos a obligie soy et ses hoirs. Donnees a Montbonout a lapposition de nostre seel le diemainge apres feste saint Mathe lapostre, en lan de nostre seignour mil et doux cenz notante et huit. En tesmoignaige de la quel chose dessus dite et en confirmation dyceille nous Humbers dauffins de Viennois et dalbum, Cuens et Sires de la Tour, *avens* mis nostre seel avec le seel de nostre chiere dame dessus dite.

Cartul. dominorum Montisfalconis, in Archivo principis, Novicastri.

911. *Potestas Edwardi I Regis, Amedeo V Comiti Sabaudiæ, Johanni de Bar et Ottoni de Grandisono collata, ad firmandam pacem cum Rege Franciæ.*

1299. Aprilis 22. Westmonasterii.

Edward Roi d'Engleterre charge son âme Cosin Amez counte de Sauvoye, Monsieur Johan de Bar et son ame chevalier Monsieur Othes de Grauntzon, de negocier la paix entre Lui et le Roi de France avec le legat du Pape Bonefaz R. evesque de Vicence, et donne poer a six Commissaires, dont le premier est Maistre Girard de Vippeins ercedeakne de Richemund, de mettre en la mayn dudit evesque totes les terres, vassaux etc. que le Roi tenoit en royaume de France le jour de la prononciation etc.

Rymer I. III. Foedera II. 903.

912. *Alia potestas ab eodem Rege eisdem Viris, unâ cum pluribus aliis collata pro negotiandis aliquibus aliis rationibus.* **1299. Junii 5. Dovorre.**

Edward, Roi d'Angleterre, a assignetz pur treter devant R. evesque de Vicente, message le Apostoille sus les busognes, lui et le Roi de France touchantz, J. de Wyncestr et S. de Salebur' evesques, Amadeu de Sauvoie Henry de Lacy de Nichole e Guy de Beaucamp de Warwyk countes, Aymer de Valence, Otez de Grauntzon, Geffrey de Geneuill, et Johan de Bar chevalers: E sa volunte soit qe..... sire Gerard de Vyspeins arcediakne de Richemund e Mons. Amaneu de la Brette soient a eux acompaignetz a cel tretiz faire, etc. Done a Dovorre le quin jour de June, de son regne le XXVIIe.

Rymer I. III. 207. Foedera II. 905.

913. 1299. Augusti 3, in Abbatia Cisterciensi Carnotensi.

Compositio per nuncios Angliæ et Franciæ apud Mustroill de pace facienda inter ipsos Reges, secundum formam pronunciationis Papæ, coram episcopo Vicentino, et sub sigillo ejusdem episcopi. Nuncii Regis Angliæ fuerunt, Johannes Episcopus Wintoniensis, Amadeus Comes Sabaudiæ, Gerardus (de Wippens) archidiaconus Richemundiæ, et Joh. de Barro Miles. A. D. MCCXCIX. Indict. XII. die III. Aug.

Rymer I. III. 213. Foed. II. 911.

914. *Assise capte coram Dno Rege, Michaelis anno vicesimo septimo finiente et vicesimo octavo incipiente.*

1299. Septembris 17. — Novembris 17.

Scriptum Amedei comitis Sabaudie. Irrotulatio cartæ relaxationis dicti comitis factæ Dom. Regi de toto jure et clamore quod habet in baronia et honore de Aquila ac eciam in manerio de Costesia cum pertinenciis etc. que unquam fuerant antecessorum suorum in regno Angliæ, etc.

Abbreviatio Placitorum, Public Records etc. 241. b. V. et ap. Rymer I. III. 215 et Foed. II. 914.

915. 1301. Martii 16.

Recognoscit F. de Lucingiis, Præpositus Gebennensis, esse de feudo Episcopi Gebenn. bona, quæ tenet in terra de Salaz Rod. l'Arbonas, licet quod injuste, infide et ex metu, se recognovisse perperam, ea tenere a Dalphina, domina Fucigniaci. Actum Die Jovis post festum b. Gregorii, Anno Domini MCCC°. *(St. pasch.)*

Coll. dipl. Malletiana Gebenn.

916. 1302. Februarii 5. ap. Montemfloretum.

Beatrix, domina Fucigniaci, laudat assetamentum LX sol. geb. factum per Girardum de Greysier apud Armanchie in Mandamento de Salenche, pro anniversario fratris ejus Humberti de Greysie. Datum Montifloreto, die lune post purificat b. Mariæ Virg. A. D. MCCCI°. *(St. pasch.)*

Coll. Mallet. ex Arch. Gebenn.

917. 1302. Julii 26. ap. Montemfloretum.

Approbatio Beatricis, dominæ Fucigniaci, homagii a Roberto Vuagnard domicello facti Episcopo Gebennensi, cum

recognitione ejus, se tenere fundos, a se possessos ultra aquam Thy, versus Vyus, a Dalphina, salvo homagio Comiti Gebenn. facto. Reservat Beatrix jura sua in coeteras terras de Salaz. Act. Die Jovis post festum S. Mariæ Magdalenæ, Anno Dom. MCCCII. ap. Montemfloretum.

Coll. dipl. Malletiana.

918. Beatrix, domina Fuciniaci, assignat Manfredo Salutiarum Marchioni, pronepoti suo, 20,000 libras Astenses.

1303. Augusti 26. Visiliæ.

Beatrix, filia P. Comitis Sabaudiæ Domina Fucigniaci, mandat Jordano de Bardonesca Ballivo Brianconuesii, ut de redditibus huius terræ solvat ill. viro Manfredo Saluciarum Marchioni, pronepoti ipsius Beatricis, XX millia librarum Astensium in dotem Margarethæ, filiæ Humberti Dalphini, nuptæ dicto Manfredo. Datum Visilie, die Lune post festum B. Bartholomei, A°. a Nativ. Domini M. CC. III.

Valbonnois I. 203.

919. Traditio Baroniæ Fucigniaci facta Hugoni filio Dalphini, de Mandato Beatricis, dominæ Fucigniaci, aviæ dicti Hugonis. **1304. Januar. 2. Bonæ villæ.**

Anno Dom. M°. CCC°. III°. Indict. II. die Jovis ante Epiphaniam Domini, apud Bonam Villam in magna sala Castri, coram me Notario et testibus infrascriptis ad hec vocatis et rogatis, videl. P. de Avalone, Jurisperito, D. Antonio Aynardi, D. Aymone de Lucingio, militibus, Raymundo Aynardi, Raynaudo Berengarii, et P. dom. de Morgiis, et pluribus aliis dominis, Guigo Alamandi, Dom. Vallis Bonesii, eo modo et forma quibus ill. Domina B. Dna Fucigniaci eidem dom. Guigoni per suas patentes literas mandavit et oretenus per pred. P. de Avalone reddidit et deliberavit ill. viro et potenti Dom. Hugoni, magnif. viri Dom. Humberti Dalphini Vienn. et Albon. Comitis dominique de Turre filio, terram Fucigniaci cum ejusdem terre pertinentiis et appenditiis vniuersis, exceptis mandamentis Castellionis et Salanchie, quam terram idem D. Hugo modo et forma quibus supra, ibidem et incontinenti ad requisitionem dicti D. Guigonis confessus fuit se habuisse et recepisse ab eodem D. Guigone dictam terram Fucigniaci. Et super premissis dictus D. Hugo et dictus D. Guigo petierunt

a me notario infrascripto fieri publicum instrumentum. Et Ego Stephanus Dessye, publ. Not. Aule Imper. requisitus hoc instrumentum scripsi subscripsi et signavi. *(Annus sec. styl. paschalem.)*

Valbonnois II. 85.

920. Beatrix, Dom. Fucigniaci, instituit sibi, patri et filio suis, anniversaria in claustro fratrum minorum in Gebennis. **1304. Decembris 12. Gebennis.**

Universis etc. Fr. Franciscus gardianus PP. minorum Gebenn. humilisque conventus ejusdem loci, salutem. Quum ill. Dna B. Dalphina, Dna fucigniaci multa et magna beneficia nobis olim contulerit, et specialiter pro anniversario incl. rec. Dom. P. Comitis Sabaud. patris pred. Dne, et pro anniversario Johannis Dalphini filii sui quondam, et pro suo anniversario quandam summam pecunie olim nobis dederit et modo per augmentum anniversariorum predictorum X lib. geb. adhuc nobis erogaverit, noveritis quod nos bona fide promittimus quod predicta anniversaria faciemus firmiter et ad perpetuam memoriam in posterum faciendum et habendum ea jam scripsimus in libris ecclesie diebus suis perpetuo recitanda et eciam facienda. Anniversarium Domine faciemus in festo S. Anthonii donec fuerit in humanis, et post obitum suum in die obitus sui. Anniversarium Johannis Dalphini faciemus VIII. Cal. Octobris quod antea faciebamus. Anniversarium incl. record. Dni. p. Comitis Sabaud. faciemus in die obitus sui. Et hoc nos omnes statuimus et inter nos ordinamus in perpetuum observandum. In cujus rei test. etc. Datum Gebennis, A. D. M°. CCC°. IV°. die ante festum B. Lucie feliciter.

Coll. dipl. Mallet. ex Arch. Gebenn.

921. Confessio Amedei, fratris conversi, circa quandam pecuniam habitam ex parte Beatricis Dalphinæ.

1304. Decembris 23. Gebennis.

Fr. Amedeus, Conversus de Reposatorio, confitetur coram Officiali curiæ Gebenn. nomine Capituli interrogante, se habuisse a præfato Capitulo CV lib. Gebenn. nomine et ex parte ill. Dnæ Beatricis Dalphinæ, dnæ terræ Fucigniaci, de summa pecuniæ quam dicta Beatrix habebat depositam penes dictum Capitulum in secretum eorundem. De quibus se tenuit nomine quo supra plenarie pro pagato in pecunia numerata *(sic verbotenus).* Datum in domo quam inhabitat P. de Albarosa

Notarius die Mercurii ante Nativitatem Domini A. ejusdem M°. CCC°. quarto.

Coll. dipl. Mallet. Gebenn. Ex arch. Geb.

922. **1308. Aug. 16. et Nov. 16. Monte Meliano et Monteforti.**

*Anno Dom. M°. CCC°. VIII°. Indict. VI*ᵃ*, die XVII Kal. Septembris, tractante et mediante Guillelmo Comite Gebennensi, composita fuit per pacem, guerra maxima per sexennium debellata, inter Amedeum Comitem Sabaudiæ et coadjutores suos,* in quibus inveniebantur Cives, homines et habitatores Gebennæ et Mandamenti huius civitatis-ex una parte: et Beatricem, filiam Petri Comitis Sabaudiæ, dominam Fucigniaci, et Hugonem, filium incl. record. Humberti Dalphini Vienn. valitoresque et coadjutores eorum, inter quos erant dominus Jacii et *forissiti,* vel exules, Gebennenses; cujus guerræ origo fuit, clamor Amedei Comitis, quod Beatrix alienasset proprio motu, et sine ipsius Comitis assensu, cedendo nepoti suo Hugoni, castra loca et feoda, tam in Fucigniaco, quam illa, sita a Sayssello, ultra lacum Gebennensem, usque ad Friburgum, quæ prius cesserat dicta Beatrix dicto Amedeo, et quibus ab illo fuerat reinfeodata titulo feudi, et quorum nomina, in instrumento pacis, sigillatim descripta sunt, et quæ, ut devoluta sibi feuda, repetit: e contra clamores movet Hugo in plurima castra et dominia, immo in totum Comitatum Sabaudiæ, a Petro Comite Sabaudiæ, Proavo suo quondam possessa et possessum, ut, lege hæreditatis, aviæ suæ Beatrici, dicti Petri filiæ, et per ipsam sibi ipsi competentia. Dijudicatur quæstio, mediante Comite Gebennensi, tali modo, quod Beatrix et Hugo faciant bonas et firmas donationes et quittationes Comiti Sabaudiæ, de omni jure. actione etc. quæ et quas petebant in toto Comitatu Sabaudiæ, et in castris et locis petitis quæ dictus Comes possidet: e contra teneant ut hucusque, Beatrix et Hugo, omnia illa castra, dominia et feuda, prius a Beatrice Comiti donata, titulo feudorum dicti Comitis, quæ ab illo recognoscant, et quibus ab illo investiantur: jurent vero, se nullas facturos esse alienationes de dictis feudis sine licentia Comitis. Jurant ultro Beatrix et Hugo, quod nullum in perpetuum impedimentum apponant, quominus Comes Sabaudiæ et successores ejus habeant et possideant quiete, Castrum Insulæ Gebenn. et omnia quæ habet dictus Comes apud Gebennam et in mandamento et districtu Gebennensi. Item quod ambæ partes et

valitores earum recuperent omnes res immobiles, quas possidebant tempore initii guerræ, hac pace sopitæ, videl. a sex annis nuper elapsis citra, a quocumque fuerint occupatæ. Convenitur de connubio inter Hugonem prædictum et unam e filiabus Amedei Comitis, natis ex D. Maria, ejus conjuge, scil. magis natam, quam Hugo duxerit acceptandam, et stipulantur pactiones huius matrimonii, in instrumento accurate descriptæ. Investivit sine mora, Comes Hugonem de terris, feudis et juribus illi per hanc compositionem adjudicatis, ad requisitionem Dominæ B, per suas patentes litteras: et incontinenti recognovit Hugo in feudum a comite, faciendo illi homagium et fidelitatem, prædictas res quibus investitus erat, videl. Castra et mandamenta de Fucigniaco, Bona, Bona Villa, Monthoux, Castelletum de Credo, Alingiam veterem, Lullins, feuda de Roverea, Vernier, Lullin, Jacio, et illa quæ tenent Domini de Jacio, Amedeus de Villariis, et de Montefalcone. Fit fidejussor huius pacis, Comes Gebenn. Acta sunt hæc in Castro Montismeliani, die quo supra, præsente Guillelmo Comite Gebenn. et in præsentia undecim testium, quorum primus, Bertrandus Archiepiscopus Tarentasiensis. Die XVI Kalend. Decembris, ejusdem anni et Indictionis, D. Beatrix, ad instantiam Comitis Sabaudiæ, laudavit et approbavit istas pactiones. Act. apud Montemfortem in Camera dictæ Beatricis, testibus, Guill. Comite Gebenn. et quinque aliis. Sigilla apposuerunt (post ratificationem Beatricis) Amedeus Comes Sabaudiæ, Beatrix, filia incl. rec. Dom. P. Com. Sab. Eduardus Amedei Comitis filius, Hugo Dalphini, Dom. Fucigniaci, Guill. Comes Gebennensis, et Bertrandus Archiepiscopus Tarentasiensis.

Valbonnois II. ***141.***

923. **1308. Novembris 14.**

Requisitio Beatricis, filiæ Petri Comitis Sabaudiæ, facta Amedeo Comiti Sabaudiæ, ut recipiat homagium et fidelitatem pro Baronia Fucigniaci, per manus Hugonis Dalphini filii *(nepotis)* sui, cui ipsa Beatrix dederat potestatem dictam fidelitatem faciendi. Dat. die Jovis post festum b. Martini hyem. A. D. M°. CCC°. octavo.

Invent. Faucigny, Fasc. I. N°. 55.

924. **1308. Novembris 17.**

Beatrix, fil. P. Comit. Sabaudiæ, et nepos suus Hugo Dalphini, confirmant donationem, pridie factam Amedeo

Comiti Sabaudiæ. Actum die Dominica post S. Martinum hyemalem, A. D. M°. CCC°. octavo.

Coll. dipl. Mallet. e Cartul. Sabaud. Parisiis adservato.

925. 1308.

Hugo Dalphinus, dom. Fucigniaci promittit Comiti Gebenn. Guillelmo, quem fratrem suum appellat, absolutionem a fidejussione ejus, prestita pro Domina Beatrice, domina Fuciniaci, *matre illorum*, pro MM. sexcentis et triginta sex libris X denariis. *Invent. Faucigny Fasc. I. N°. 54.*

926. Postulationes Johannis Dalphini, a Beatrice, aviâ sua.
1309. Januarii 7. Monteforti.

A. D. M°. CCC°. nono, VII[a] Indict. VII Idus Januarii. Aymo Abbas S. Antonii, Guigo Alamandi, Guido Dom. de Tullino, Nant. Aynardi, milites, Franc. dom. de Cassenatico, missi Johannis Dalphini ad Dom. Beatricem, fil. P. Comit. Sabaudiæ, Dominam Fucigniaci, aviam dicti Dalphini, requirunt ab illa, nomine nepotis sui præfati, ut cedat et tradat eisdem, pro ipso Johanne, castra Terraciæ, Montis Bonoudi et Montisfluriti. Beatrice traditionem dictorum castrorum, bona fide et justo titulo possessorum, negante, nec esse aliquid, propter quod Dalphinus ea deberet occupare asserente, commonent prædicti nuncii Dalphini eam, ut obtemperet postulationi nepotis, ad majus periculum evitandum, adjunctis multis minis, et, ex altera parte, promissiones de juribus Beatricis servandis facientes. Tandem, dicta Domina, considerans, quod hoc oportebat fieri, et mota minis quam plurimis, super his negotiis auditis, et quod voluntati Dalphini resistere non valebat, ante traditionem Castrorum prædictorum, protestationem emittit articulatam, contra injuriam sibi illatam, de vi, quâ ad traditionem cogitur, de innocentia propria erga Dalphinum nepotem suum, et contra denegationem juris in curia ipsius Dalphini, jura sua reservans etc. et finaliter protestatur, quod sit sibi salvum jus suum contra ipsum Dalphinum, quod ipsum possit habere, proponere, petere, cum tempus et locus adfuerint et quod poterit justitiam invenire.

Eidem instrumento adjungitur protestatio contra prælibatam vim, a Johanne Dalphino aviæ suæ Beatrici illatam et contra usurpationem prædictorum Castrorum, per Albertum de Thorenc, Curatum de Paers, nomine et ex parte ill. viri

Dom. Hugonis Dalphini Dom. Fucigniaci, quod dicta castra essent de jure et proprietate dicti Hugonis, sibi donata per Beatricem aviam suam, et per Humbertum Dalphinum patrem suum, qui ipsum emancipaverat super præmissis, ut donationes sibi factas valeant et habeant roboris firmitatem: et quod Dom. Beatrix possidebat dicta castra vice et nomine Hugonis. Protestatur itaque dictus Albertus, quod Hugo non consentiret traditioni dictorum Castrorum, si quam faceret Domina Beatrix: quod per talem traditionem nullum fieret præjudicium dicto Hugoni, et quod salvum sit omne jus ei competens etc. Actum apud Montemfortem in camera Beatricis, præsentibus undecim testibus, Anno et die prænotatis.

Valbonnois II. 143-144.

927. Donatio inter vivos castvorum quatuor, a Beatrice Domina Fucigniaci, facta Hugoni nepoti suo.

1309. Januarii 7. ap. Montemfortem.

Anno a nativitate Domini sumpto M°. CCC°. IX°. Indictione VII - VII Idus Januarii apud Montemfortem in castro coram me Notario et testibus infrascriptis, ill. Dom. Beatrix, filia incl.- rec. D. Petri, quond. Comitis Sabaudie, Dom. Fucigniaci, sciens, prudens et spontanea, suo proprio motu et liberali voluutate, pro se et successoribus suis dedit, cessit et concessit donatione irrevocabili inter vivos ill. viro benemerito nepoti sno D. Hugoni Dalphini, Dom°. Fucigniaci presenti stipulanti et recipienti, castra et castellanias Terracie, Montisfortis, Montisbonoudi et Montisfluriti cum omnibus eorum pertinenciis et appenditiis untversis et dominiis quecumque et qualiacumque sint et quibuscumque locis, videl. a fonte S. Johannis usque ad Buxeriam et a flumine Izare usque ad summitatem montium, sive sint fortalitia, ville, mandamenta, homines nobiles et ignobiles, feuda, retrofeuda, domus, utensilia, census, servitia, et omnia alia iura que dicta Domina habebat possidebat vel quasi. Testes, Nob. viri et discreti Domini, Basam, legum professor, Albertus de Thorens, officialis in Comit. Gebenn. et in terra Fucigniaci, P. de Avalone, Rob. Vuagnardi, Gir. de Fraynato, milites, et Ego Aymo de Clusa, Geb. Dioc. publ. Notarius. *Valbonn. II. 144.*

928. **1309. Martii 13. Thiez.**

Transactio inter Aymonem Episcopum Gebenn. et Mermodum de S. Jovio, militem, ratione depredationum a dicto

Mermodo factarum in terra de Salacio, ditionis episcopi. Approbat Episcopus, ad preces Beatricis dominæ Fucigniaci, quæ una cum *filio* (nepote) suo Hugone, domino Fucigniaci, spondent, se adstricturos dictum Mermodum, ut exequatur istud pactum. Act. ap. Thiez, die Jovis ante Dominicam Passionis, A. D. M°. CCC°. nono. *(St. natalis, anno 1305 in dioecesi Gebenn. introducti.)*

Coll. dipl. Mallet. ex Archiv. Gebenn.

929. Donatio Beatricis Dominæ et Hugonis Domini Fuciniaci bonorum de Vernet sub castro de Turre, Episcopo Gebennensi facta. **1309. Junii 18.**

Nos B. filia incl. rec. Dom. P. Comit. Sabaudie ac Domina Fucigniaci et Hugo Dalphini Dom. Fucigniaci, notum etc. quod nos donavimus et donamus R. p. in X^{to}. Dom. Aymoni Gebenn. Episcopo et successoribus suis, quicquid habemus iuris, proprietatis, usus, cursus aquarum, pascuorum vel alterius cujuslibet juris quomodolibet nuncupatur in loco dicto de Vernet sub castro de Turre ad stagnum ibidem faciendum pro suo libito voluntatis. Promittentes etc. Datum die Mercurii ante festum B. Johannis Baptiste, A. D. M°. CCC°. IX°.

Coll. dipl. Mallet. Gebenn. ex archivo Gebenn.

930. Litteræ protectoriæ Beatricis et Hugonis, dominæ et domini Fuciniaci pro bonis episcopi Gebennensis apud Salacio. **1309. Junii 18.**

Nos B. Domina Fucigniaci et Hugo Dalphini ejus filius notum etc. quod cum nos deffendere et garantire debeamus terram res et gentes Rev. patris in X^{to}. Dom. Episcopi Gebenn. que sunt apud Salacium, tenore presentium precipimus Castellanis nostris de Bona de Fucigniaco et de Castellione et eorum Locatenentibus quod ipsi dictam terram de Salacio non invadant nec invadere modo aliquo permittant pignorando seu alio modo iniuriam faciendo, sine mandato nostro et licencia speciali, et preconizari faciant in ecclesiis et in foris, et inhibeant omnibus suis subditis, penam eis debitam imponendo, ne aliquis contrarium faciat. Datum cum appensione sigillorum nostrorum, die Mercurii ante festum B. Johannis Baptiste, A. D. M°. CCC°. nono.

Coll. dipl. Mallet. ex arch. Gebenn.

931. 1309. Julii 20. Marcossey.

Permutatio bonorum inter Beatricem Dominam Fuciniaci, una cum Hugone Dalphini, domino Fucigniaci ex una parte, et Capitulum Gebennense ex altera, videl. cum nobis, dicto Capitulo, tenerentur pref. Domina et Dominus in XV Sol. annue pensionis, ratione terre de la follyousa, site in territorio de Monthoux, ac terre et decime dicte de Corberia in mandamento Bone, quas a nobis tenebant in feudum sub *censa predicta* nos ex causa dicte permutationis quittamus eisdem pred. feudum et eciam pred. pensionem. Et quia res et jura nobis concessa a dictis Domina et Domino plus valent quam dicta annua pensio, idcirco dedimus et tradimus eisdem ex causa supradicta LXXXI Lib. Gebenn. Nos vero pred. B. et Hugo e converso damus et quittamus ex causa predicta..... eidem Capitulo..... jus quod nobis competit in decimis totius parrochie de Syonzie et de Myoncie que appellantur decime novalium seu les toutes. In cujus etc. Datum apud Marcossey, XIII Kal. Augusti, A. D. M⁰. CCC⁰. IX⁰.

Coll. dipl. Mallet. ex Arch. Gebenn.

932. 1309. Septembris 8. Bonæ villæ.

Juramentum fidelitatis Hugonis Dalphini factum Amedeo Comiti Sabaudiæ in Ecclesia Bonæ villæ, cum celebretur Matrimonium Hugonis et Mariæ, filiæ Amedei Comitis e Maria Brabantina progenitæ.

Invent. Faucigny. Fasc. I. N⁰. 58. Guichenon, Pr. p. 156.

933. 1309. Septembris 9. Bonæ villæ.

Pactum matrimonii inter Hugonem Dalphini, dominum Fucigniaci, et Mariam, filiam Amedei Comitis Sabaudiæ, natam e connubio ejus cum Maria de Brabantia. Sigilla apponunt Hugo, Beatrix Dalphina avia ejus et Bertrandus Archiepiscopus Tarentasiensis. A. D. M⁰. CCC⁰. IX. Indict. VII et V Idus Sept. ap. Bonam Villam in platea retro Castrum.

Valbonnois I. 199.

934. 1309. Novembris 18.

R. Alberti, judex in terra Fucigniaci, profert sententiam inter Beatricem, dominam Fucigniaci, et Hugonem de Margencello, in favorem Beatricis, quæ consilium petierat legale de lite sua, a Nicolao de S. Germano et Henr. de Avalone, canonicis Gebenn. iuxta quorum consilium, instrumento in-

sertum, R. Alberti dedit judicium suum. Actum die Martis in Octavis b. Martini hyem. A. D. M°. CCC°. nono.

Invent. Faucigny, Fasc. I. N°. 59

935. *Obitus Beatricis, filiæ Petri Comitis Sabaudiæ.*

1310. Aprilis, int. 19 et 26.

Item. anno a nativitate Domini MCCCX°. post Pascha, obiit Illustris Domina B. Domina Fucigniaci.

Fasciculus temporum, cuius autenticum latinum adservatur in Biblioth. Gebennensi. (Communicatio dom. Mallet.)

Illustre Princesse Claude Dame de foucigny est decédée MCCCX apres Paques.

Versio gallica dicti fasciculi temporum, impressa ap. Cibrario, Storia della Monarchia di Savoja, I. II. 371. in Appendice Documentorum.

936.* *Hugo, Dominus Fucigniaci.* **1310. Junii 24.**

Concedit Capitulum Gebennense Hugoni Dalphini, Domino Fucigniaci, ut redimere possit decimas terrarum de Bioley et de Sallenchia, usque in quindecim annos contra restitutionem quadringentarum libr. Gebenn. quibus eas vendiderat dicto Capitulo. Actum in festo b. Johannis Baptistæ, A. D. M°. CCC°. decimo.

Invent. Faucigny, Fasc. IX. Tit. Sallenche, N°. 5.

937. *Gerardus de Wippens, Episcopus Basiliensis, filius quondam Vlrici de Wippens, fatetur se esse hominem Ludovici domini Waudi, ratione castri de Wippens.*

1317. Augusti 5.

Girardus D. G. Episcopus Basiliensis, dominus de Wippens recognoscit se esse hominem D. Ludovici domini Waudi, et se tenere, salva fidelitate debita Ecclesiæ Lausann. a dicto Ludovico, castrum de Wippens. Recognoscit ultro se tenere ab illo, domum fortem de Rochia, et quicquid habet apud Gomocens, Seiruz, Sales et Villam de Wippens, secundum homagium Vldrici, quondam patris sui, Petro Comiti Sabaudiæ factum, iterando verbotenus recognitiones dicti Vldrici, olim factas. Die veneris post festum Beati Petri ad vincula, Anno Dom. M°. CCC°. XVII°.

Invent. feud. Waud. Fasc. I. Cod. membran.

938. *De conventionibus in loco Bollingen, ad dirimendas lites inter communitatem de Berno et Comites Kyburgenses, testimonium Comitis de Buchegg.*

1319. Junii 30 Sine loco.

Wir Graf Heinrich von Buchegge tun kunt etc. daz wir sprechen bi vnserm eide! den wir dem Romschen Riche getan hein vnd wissen fur war, daz Graf Hartman selig von Kyburg, vnd graf Eberhart selig von Habsburg, grefin Annon man siner Tochter, vnd graf Hartman graf Eberhartz seligen sun, vnd grafe Hartman aber dez sun, mit den Burgeren von Berne gewanlich tage, si vnd ir diener an ir stat heint gewert ze Bollingen, vmb die sachen so si miteinandern ze tunde hatten. Darnach etc. etc. Vnd geschach dis morndes nach sant Peter vnd sant Paulus tage der zwölf botten do man zalte vnd von gottes geburt drizechen hundert vnd nünzechen jare.

Ex archivo Reip. Bern., Inscript. in Libris dictis : Teutsch Spruchbuch. Tom. A. fol. LXXVIII. recto. Hebdomadariam Solodor. Anno 1826. p. 347.





PROBATIONES HISTORIÆ PETRI II. COMITIS SABAUDIÆ.

21. 1094. Sept. 14. Uberti, Amedei filii, viventis lege Romana, donatio.
22. 1098. Nov. 20. Uberti Comitis, Amedei filii, ex natione viventis lege romana, donatio.
23. 1110. Mart. 13. Agnes, Petri Marchionis filia.
24. 1125. Amedeus Comes de Savoja, donat Abbatiæ Altecnmbæ.
25. Sine Anno. Mart. 20. Amedei Comitis obitns.
26. 1151. Jan. 3. Faidiva, uxor Humberti III. Comitis.
27. Sine dato. Humbertus, Comes de Sabaudia.
28. „ Humbertus, Comes de Sabaudia.
29. 1167. Aug. 17. Umbertus, Maurianæ et Savoiæ Comes et Italiæ Marchio.
30. 1170. Dec. 5. Umbertus Comes de Savoia et Marchio de Italia.
31. 1173. Pactum de Matrimonio Johannis, filii Regis Angliæ, cum Alaïde filia Humberti Comitis Sabaudiæ.
32. 1188, vel 1189, Mart. 4. Obitus Hnmberti III. Comitis Sabaudiæ.
33. 1189. April. 1. Thomas I. Comes Maurianensis donat coenobio Montis Jovis nemus de Ferrea.
34. „ Maji 7. Henricus VI. Rom. Rex, in gratiam recipit Thomam Sabaudiæ Comitem, etc.
35. „ Jun. 12. Thomas I, Comes Maurian. donat S. Johanni Maurianensi.
36. 1191. Thomas I. Maur. abolet malum abnsnm plebis in Ecclesiam Augustanam.
57. Sine dato. Statuta et privilegia civitatis Augnstæ.
38. 1193. Wilermns Comes Gebennensinm et Valdensinm.
39. 1195. Mense Aug. Thomas Comes Sabaudiæ investit Abbatem de Alcrest, de terra sita prope Chillon.
40. 1196. Nov. 30. Cessio Castri Cnrnillionis, Thomæ Comiti Maurianæ per Abbatem S. Ragneberti facta.
41. 1198. April. 23. Libertates Secnsiæ, juratæ a Thoma Comite et Nichola Comitissa, filia Comitis Gebennens.
42. 1300. Mart. 5. Thomas Comes et Amedeus filins ejus dant Abbati S. Marci, justitiam Condomiarnm.
43. 1207. Jun. 1. Concessiones Philippi Regis Rom. Thomæ Comiti factæ.
44. 1211. Oct. 18. 1212. Jan. 1 & 13. Bellum Thomæ Comitis cum Bertoldo Duce Zaringiæ.
45. 1212. Mense Martio. Charta Thomæ Comitis, pro Monasterio S. Justi.

46. 1217. April. 2. Donatio Thomæ Comitis domui Carthusiæ, præsente Amedeo primogenito ejus.
47. „ Nov. 8. Cessio Thomæ Comitis, S. Mauricio facta, præsentibus Amedeo et Humberto filiis ejus.
48. 1218. Jun. 1. Pactum matrimonii inter Hartmannum de Kyburg et Margaritam de Sabandia.
49. 1219. Jun. 5. Beatrix filia Thomæ Comitis, desponsata Raymundo Comiti Provinciæ.
50. „ Jul. 3. Tractatus Thomæ Comitis cum Episcopo Lausannensi, circa castrum Melduni.
51. „ Jul. 4. Concordia Thomæ Comitis cum Abbate Agaunensi de juribus in Bagne.
52. 1220. Donatio Amedei Episcopi Maurian. Canonicis S. Johannis facta.
53. 1221. Dec. 27. Donatio Thomæ Comitis, Margaritæ uxoris, Amedei et Umberti, filiorum, hospitali Montis Cenisii facta.
54. 1222. Jan. 9. Concambium inter Thomam Comitem et Aymonem de Ponte vitreo.
55. „ forsan 1223. Jan. 12. Ultimum vestigium vitæ Humberti filii Thomæ Comitis.
56. 1223, ex conjectura. Petrus Dux Britanniæ, Comes Richemontis.
57. 1224. Pactum Thomæ Comitis cum fratribus don Vilar.
58. „ Concordia Thomæ Comitis cum Landrico Episcopo Sedunensi.
59. 1225. Febr. 6. Thomas Comes confirmat Præposito Ulciensi Ecclesiam S. Mariæ Avillianæ.
59a. „ Thomas Comes confirmat Domni Abundantiæ possessiones suas apud Festernam.
60. „ Maji 10. Willelmus I., Comes Gebennensis, Aymo Dominus Falciniaci, Cono, Præpositus Lausann.
61. 1220. Mense Junio Foedus Thomæ Comitis cum civitatibus Genuæ et Astæ, contra Alexandriam et Vercellas.
62. 1225. Comites Kyburgi vendunt Advocatiam Lausannensem Aymoni Domino Fuciniaci.
63. 1226. Jun. 19. Cessio advocatiæ Lausannensis Willelmo Episcopo Lausann. per Aymonem Dominum Fuciniaci.
64. „ Nov. 8. Thomas Comes, vicarius Imperatoris in Lombardia.
65. „ Nov. 24. Thomas et Petrus de Sabandia, Canonici Lausannenses.

65a. 1226. Nov. 26. Thomas et Petrus de Sabaudia, Canonici Lausannenses.

65b. 1227. Maji 2. Thomas Comes, uxor et quatuor filii ejus, fidejussores Comitis Gebennensium.

66. „ Maji 5. Amedeus filius et vicarius Thomasii Comitis, vicarii et legati Imperatoris.

67. „ Dec. M. Comitissa, uxor Thomæ Comitis, et filii sui Thomas, Amedeus, Aymo.

68. 1238. Jan. 18. Margaretha, filia Amedei, filii Thomæ Comitis, desponsata Bonifacio Marchioni Montis Ferrati.

69. 1228. Jun. 17. Thomas Comes, judex, dat testimonium pro Will. de Gratapallia.

70. „ Jul. 13. Foedus Guigonis Andreæ Dalphini cum tribus civitatibus Pedemontanis contra Imperatorem et Thomam Comitem.

71. 1229. Mart. 23. April. 1—8 Mors Willelmi Episcopi Lausann. vacautia sedis, P. de Sabaudia administrator.

72. „ Petrus de Sabaudia, Præpositus Augustæ, Procurator Ecclesiæ Lausannensis

73. „ Mart. 24. Pax inter Comitem Gebennensem et Dominum Fuciniaci.

74. 1230. April. 8. Obitus Beatricis Comitissæ Sabaudiæ.

75. „ Donatio propter nuptias, Hartmanni Comitis de Kyburg, facta nxori suæ Margarethæ de Sabaudia.

76. 1231. Febr. 26. Donatio Thomæ Comitis Domui Altæcumbæ facta, ratibabita a Comitissa M. et a septem filiis suis.

77. „ Mart. 11. Bonifacius Episcopus Lausannensis.

78. 1232. Jan. 15. Concambium bonorum inter Thomam Comitem et fratres de Sallion.

79. — Concambium Thomæ Comitis cum Guigone de Sallion.

80. 1232. Mart. 3. Donatio Thomæ Comitis Abbatiæ Altæcumbæ facta, laudautibus M. Comitissa et septem filiis suis.

81. „ Mart. 4. Thomas Comes confert privilegia et libertates villæ de Chamberiaco.

82. „ Mart. 15. Venditio burgi Chamberiaci Thomæ Comiti a Berlione de Chamberiaco facta.

83. „ Coufirmatio emtionis Chamberiaci per uxorem et duos filios Thomæ Comitis.

83a. „ April. 20. Litteræ Henrici III., Regis Angliæ, comiti Sabaudiæ Thomæ I, circa jacturas, quas filius ejus in Anglia sustinuerat.

84. 1233. Mart. 7. Confirmatio Statutorum Secusiæ, per Amedeum IV. Comitem Sabaudiæ.
85. „ Maji 18. Pacificatio Aymonis de Sabaudia cum Episcopo Sedunensi.
85 a. „ Maji 18. •Notitia de pace Aymonis de Sabaudia cum Landrico Episcopo Sedunensi.
86. „ Maji 23. Amedeus Comes et Beatrix Comitissa, mater ejus, confirmant S. Petro de Novalicio donationes antecessorum suorum.
87. „ Jun. 1. Transactio inter Landricum Episcopum Sedunensem et Aymonem de Sabaudia.
88. „ Jul. 18. Amedeus Comes confirmat privilegia Montis Meliani.
89. „ Nov. 10. Donatio Amedei Comitis facta domui Montis S. Benedicti.
90. „ Donatio Aymonis de Sabaudia, Abbatiæ Alteripæ facta.
91. 1234. Febr. Testamentum Aymonis Domini Fuciniaci.
92. „ „ Testamentum Petri de Sabaudia.
93. „ Jun. 12. Amedei Comitis transactio de sustentatione fratrum suorum.
94. „ Jun. 12 Homagium Amedei de Jaiz, Petro de Sabaudia factum pro castro de Jaiz.
95. „ Jul. 21. Concordia Aymonis de Sabaudia cum fratribus suis.
96. „ Jul. 21. Concordia Amedei Comitis cum Petro et Aymone, fratribus suis, circa hereditatem paternam.
97. „ Nov. 28. Diploma Amedei Comitis in favorem Canonicorum de Ripalta.
98. 1235. Febr. 16. Pax Amedei Comitis et fratrum suorum cum Hugone Episcopo Taurinensi.
99. „ Jun. 22. Litteræ Henrici III, Regis Angliæ, Amedeo Comiti et Willelmo Electo Valentino, de desponsatione sua cum Alienora de Provincia, nepte illorum.
100. „ Sept. 23. Testamentum Amedei Comitis.
101. „ Sept. 23. Amedeus Comes, constituit locumtenentem suum, tempore absentiæ suæ, Thomam fratrem suum.
102. „ Oct. 8. Litteræ Reginæ Franciæ, Henrico III, Regi Angliæ, de desponsatione èjus cum Alienora de Provincia, sorore Reginæ.
103. „ Nov. 18. Pax fratrum de Sabaudia et foederatorum eorum cum Episcopo Taurinensi.

104. 1235. Dec. Aymo de Sabaudia confirmat donationem W. de Festerna, Ecclesiæ Abundantiæ factam.
105. „ Dec. 10. Bonifacius, Marchio Montisferrati, donat uxori suæ Margarethæ, quædam feuda.
106. „ Dec. 10. Amedeus Comes tradit generis suis quasdam terras.
107. 1236. Febr. 7. Alienora de Provincia, Regi Angliæ desponsata et coronata.
108. „ Jun. 25. Fundatio hospitalis Villænovæ per Aymonem de Sabaudia.
109. „ Jun. 25. Arbitrium inter Aymonem de Sabaudia et Abbatem Altæcristæ, de hospitali Villænovæ.
110. 1237. Maji 12. Judicium Amedei Comitis inter Petrum fratrem suum et Comitem Gebennensem.
111. „ Jul. 1. Novissima Aymonis de Sabaudia vitæ mentio.
112. „ Oct. 3. Aymo dom. Fuciniaci vetat reedificationem castri de Roa.
113. „ Dec. Aymo Dom. Montaniaci infeodat Willelmum de Endlisberg de duabus villis.
114. „ Concordia inter Reges Angliæ et Scotiæ, Willelmo Electo Valentino teste.
115. 1238. Febr. 17. Dispensatio papalis pro connubio inter Thomam de Sabaudia et Johannam Comitissam Flandriæ.
116. „ Jul. 19. Testamentum Amedei Comitis Sabaudiæ.
117. „ Dec. 8. Præceptum Regis Angliæ in favorem Thomæ de Sabaudia etc
118. 1239. Jul. 15. Renuntiatio Bonifacii Episcopi Lausannensis.
118a. — Litteræ Bonifacii Episcopi, Capitulo Lausanu. de abdicatione sua.
119. 1239. Oct. 15. Amedeus Comes concedit sorori suæ, Margarethæ Kyburgensi, castrum de Moutbeys.
120. „ Nov. 17. Protestatio capituli Lausann. contra infractionem libertatis suæ, eligendi Episcopum.
121. „ Nov. 29. Breve Gregorii IX ad Capitulum Lausannense, de eligendo Episcopo.
122. „ Dec. 3. Litteræ Episcopi Lingonensis ad Capitulum Lausannense, de electione Episcopi.
123. 1240. Febr. 24. Amedeus Comes, B. Mater, Bonifacius et Philippus fratres, donant Margarithæ Kyburgensi villam S. Mauricii de Chablasio.

124. 1240. Mart. 28. Litteræ Archiepiscopi Bisuntini, de electione Epissopi Lausannensis.

125. „ Litteræ Præpositi et partis Capituli Lausann. ad Archiepiscopum Bisuntinum et Episcopum Lingonensem, electionem Philippi de Sabaudia in Episcopum Lausann. nuntiantes.

126. — Johannes de Cossonnay nunciat Capitulo Lausanu. electionem suam in Episcopum.

127. 1240. Mense Aprilis. Bellum infra muros Lausannenses.

128. „ Maji 5. Exsequiæ Willelmi de Sabaudia, Valentiæ electi.

129. „ Junio. Sententia duorum Episcoporum de promissionibus Guigonis Dalphini, factis Cæciliæ de Baucio.

130. „ Jun. 23. Petrus de Sabaudia assumit advocatiam Ecclesiæ Paterniacensis.

130 a. „ Jul. 10. Breve Gregorii IX. de instruenda inquisitione, ratione successionis litigiosæ in sede Lausannensi.

131. „ Aug. 31. Litteræ de electione litigiosa Lausannensi, Abbatis et Prioris Athanacensis, Abbati Agaunensi perscriptæ.

132. „ Oct. 26. Litteræ delegatorum sedis apostol. ad Priorem de Valunes, de lite circa successionem in sede Lausannensi.

133. „ Nov. 2. Amedeus Comes, Thomam fratrem instituit successorum, casu quo decederet sine prole mascula.

134. „ Nov. 28. Citatio competitorum dignitatis episcopalis Lausannensis coram delegatis apostolicis.

135. „ Nov. Petri de Sabaudia litteræ reversales pro ecclesia Paterniacensi.

136. „ Rodolphus Comes Grueriæ, cedit Amedeo Comiti Sabaudiæ homagium Rodolphi de Grueria.

136 a. „ Donatio Humberti de Aschuminis Petro de Sabaudia facta.

137. 1241. Febr. 28. Rex Angliæ, ad instantiam Petri de Sabaudia, perdonat Rogero le Gras.

138. „ Maji 6. Rex Angliæ concedit Petro de Sabaudia honorem Richemundiæ, cum aliis bonis in Anglia.

139. „ Mart. Jacobus de Albona donat P. de Sabaudia castrum Albonæ.

140. 1241. Maji 28. Donatio Hartmanni Comitis de Kyburg, nxori suæ Margarethæ de Sabaudia facta.

141. „ Jun. 8. Warandia Comitis Gebennensis pro Guigone Dalphino, spectans ad matrimonium Rodulphi filii Comitis Gebenn. cum filia Alberti de Turre.

142. „ Jun. 23. Potestas Regis Angliæ data Petro de Sabaudia, attrahendi ad partes suas comites de Cabilone et de Vienna.

143. „ Jul. 9. Transactiones Comitum de Kyburg circa dotalicium Margarethæ de Sabaudia, Comitissæ senioris de Kyburg.

143a Sine dato. Index dotalicii Margarethæ de Sabaudia, Comitissæ de Kyburg.

143b. „ Spondet civitas Friburgi, se protecturam fore Margaretham Comitissam de Kyburg in possessione bonorum, ei a consorte suo collatorum.

144. 1241. Aug. 31. Transactio Regis Angliæ cum Principe Norwalliæ, Petro de Sabaudia teste.

145. „ Sept. 17. Willelmus de Stavajel cedit castrum de Stavajel in feudum ecclesiæ Lausannensi.

146. „ Sept. 25. Concessiones Regis Angliæ, Petro de Sabaudia factæ.

147. „ Sept. 30. Placitum Westmonasteriense: P. de Sabaudia testis.

148. „ Dec. 13. Amedeus Comes concedit Petro fratri suo, ut acquirat de feudis suis.

149. „ Dec. 4. Desponsatio Beatricis, filiæ P. de Sabaudia cum Guigono Dalphino.

149a. „ Dec. 4. Episcopus Gebenn. Interdicto comminatur Aymonem de Fuciniaco, si pacta de matrimonio Guigonis cum filia P. de Sabaudia violaverit.

150. 1242. Jan Sponsiones Guigonis Dalphini, de matrimonio cum Beatrice de Sabaudia.

151. „ Mart. 11. Margaretha Comitissa de Kyburg, emit bona in Richenbach.

152. „ Mense Martio. Jacobus de Albona tradit P. de Sabaudia castrum de Albona, de quo reinfeodatur.

153. „ Maji 24. Confoederatio Amedei Comitis cum G. de Challant, Vicecomite Vallis Augustanæ.

154. „ Maji 26. P. de Sabaudia agit de connubio Richardi Comitis Cornubiæ cum Sanchia de Provincia.

154a. 1242. Jul. 17. Pactum matrimonii inter Richardum Comitem Cornubiæ et Sanchiam de Provincia.
155. „ Aug. 14. Compromissum inter Bonifacium electum Bellicensem et Stephanum de Villars.
156. „ Aug. 26. De restitutione castri de Arlod, conventio P. de Sabaudia cum Comite Gebennensi.
156a. „ Oct. 16. Apocha Episcopi Gebennensis, de indemnitate sibi soluta pro damnis ecclesiæ de Thorent illatis, a P. de Sabaudia.
157. „ Oct. 29. Donatio castri de Bardo a Comite Amedeo, fratri suo Thomæ.
158. „ Nov. 10. Rex Angliæ negat Duci Britanniæ redditionem terræ Richemundiæ.
159. „ Dec. 6. P. de Sabaudia confirmat pactum matrimoniale filiæ suæ Beatricis cum Guigone Dalphino.
160. „ Dec. 7. Guigo Dalphinus impignorat duo castra pro observatione pactorum matrimonialium cum Beatrice.
161. „ Infeodatio P. de Sabaudia per Regem Angliæ, de duobus feodis.
162. 1243. Jan. 8. Litteræ Henrici Regis Aymoni de Compeys, referentes ad testimonium P. de Sabaudia.
163. „ Jan. 21. Henricus Rex interdicit Raymundo Comiti Provinciæ, adire Regem Franciæ.
164. „ Aug. 17. Henricus Rex assignat Alienoræ Reginæ dotem: teste Philippo de Sabaudia, procuratore ecclesiæ Valentinæ.
165. „ Dec. 18. Pactum matrimoniale Amedei Comitis cum Cæcilia de Baucio.
166 1244. Jan 4. Traditio bonorum de S. Genisio, Thomæ comiti Flandriæ facta a matre sua M.
167. „ Jan. 10. Henrici Regis mutuum 4000 marcarum Sterlingarum, factum socero suo, Comiti Provinciæ.
168. „ Jan. 24. Amedei Comitis recognitio dotis uxoris suæ.
169. „ Jan. 24. Amedei Comitis obligatio erga Barralem de Baucio, in gratiam filiæ ejus, uxorem Amedei.
170. „ Febr. 2. Willelmus de Bioley impignorat P. de Sabaudia castrum de Bioley, pro 1604 lib. Laus.
171. „ Febr. 19. Petrus de Geneva, et Matillidis de Lacy uxor ejus.
172. „ Apr. 25. Berchtoldus Episcopus Argentinus, infeodat Hartmannum Comitem de Kyburg de castris et bonis ecclesiæ Argentinæ a dicto Hartmanno traditis.

*

172a. 1244. Apr. 25. Episcopus Argentinus confirmat donationes Hartmanni Comitis de Kybarg, factas Margarethæ, consorti suæ.
173. „ Apr. ex conjectura. Narrationes variæ circa proelium Chillionense.
174. „ Maji 9. Homagium Rodulphi Comitis Grueriæ, Petro de Sabandia factum, de castro Grueriæ.
175. „ Maji 26. Bernardus de Sabandia.
176. „ Maji 26. Johannes Electus Laus. confert P. de Sabaudia licentiam ædificandi ecclesiam in Rotundo Monte.
176a. „ Maji. J. Electus Laus. concedit P. de Sabaudia jus intrandi quandocumque, castrum de Sartines.
177. „ Maji 29. Pax Aquianensis inter Episcopum Lausann. et fratres de Sabaudia.
178. „ Maji 29. Sponsio de homagio domini de Cossonnay, P. de Sabandia faciendo.
178a. „ Jan. 1. Bulla Innocentii IV. Papæ, in favorem P. de Sabandia.
179. „ Jun. 24. Ricardus de S. Martino cedit P. de Sabaudia castrum de S. Martino cum duabus villis, et de illis a dicto Petro reinfeodatur.
180. „ Jul. 18 sive 25. P. de Sabaudia, arbiter constitutus inter quosdam Nobiles Wandenses.
181. „ Jul. 18 sive 25. Fratres de Fruentia tradunt duo câstra P. do Sabaudia, et de eisdem reinfeodantur.
182. 1245. Febr. 18. Traditio terræ Pedemontii, Thomæ Comiti Flandriæ facta a Comite Amedeo.
183. „ Jul. 16. Iterata traditio Pedemontii, facta Thomæ a fratre suo Amedeo Comite.
184. „ Jul. 16. Concessio Regis Angliæ, facta Petro de Jeneve.
185. „ Aug. 23. Litteræ Innocentii IV Papæ, Beatrici de Provincia, de obitu consortis sui.
186. „ Sept. 20. Amedeus Comes concedit Ecclesiæ Agaunensi jus conficiendi instrumenta publica.
187. „ Sept. Fridericus Imperator pollicetur Amedeo Comiti restitutionem castri Ripolarum.
188. „ Nov. 25. Abbas et Capitulum Agauni notum faciunt homagium, P. de Sabaudia factum, Beatricis de Alingiis et filiorum ejus.
189. „ Dec. 19. Petrus de Geneva et Matillidis, uxor ejus.

190. 1245. Rex Angliæ jubet feudatarios et homines honoris Richemundiæ præstare obedientiam P. de Sabaudia.
191. 1246. Jan. 26. Amedeus IV Comes Sabaudiæ, recognoscit se tenere in feudo a Rege Angliæ, castra Avillianæ et Bardi et villas Secusiæ et Mauricii in Chablasio.
192. „ Jan. 27. Arbitrium Amedei IV inter Imperatorem Fridericum et Marchionem Montis ferrati, Bonifacium.
193. „ Maji 4. Bulla Innocentii IV pro Aymone domino Fuciniaci.
194. „ Maji 8. Ratificatio pacti, a legato Imperatoris cum fratribus de Sabaudia conventi, de restitutione castri Ripolarum.
195. „ Maji 17. Episcopus Sedunensis vendit P. de Sabaudia bona ecclesiæ Sedunensis in terra de Villicy.
196. „ Aug. 18. Bulla papalis in gratiam Aymonis domini Fuciniaci
197. „ Donatio Henrici Regis, P. de Sabaudia facta, domùs in vico le Straund, in Londonia.
198. „ Willelmi de Bioleto recognitio in feudum Petri de Sabaudia, castri de Bioley cum 4 villis.
199. „ Charta Amedei Comitis in gratiam hominum de Etroubles et de S. Remigio
200. 1247. Febr. 2. Willielmus de Bioley cedit P. de Sabaudia castrum de Bioley cum tribus villis, de quibus ab eo reinfeodatur.
201. „ Mart. 5. Exhortatio Papæ Episcopo Sedunensi insinuata, ut assistet Hartmannum Comitem de Kyburg contra Conradum filium Friderici, qui fuit Rom. Imperator.
202. „ Apr. 21. Pactum matrimonii inter Manfredum Lanceam et Beatricem, filiam Amedei Comitis, relictam Marchionis Salutiarum.
203. „ Sept. 4. Amedeus Comes Sabaudiæ, de Chablasio insuper Tonons Dominus etc.
204. „ Sept. 11. Margaretha Comitissa de Kyburg, de suis propriis denariis, emit villam de Richenbach.
205. „ Henricus Rex statuit reversionem quorundam feodorum ad P. de Sabaudia, post mortem Warneri Engaine, ea tunc tenentis.
206. „ Henricus Rex, de homagio de terra Coleb, P. de Sabaudia debito.
207. „ Castrum de Roa, feudum domini Fuciniaci.

208. 1248. Febr. 1. Mandatum Henrici Regis de captione mercium mercatorumque Flandricorum etc.
209. „ Febr. 15. Duæ concessiones Regis Angliæ, Thomæ de Sabaudia factæ.
210. „ Febr. 20. Assignationes Regis Angliæ, 500 Marcarum pro Thoma de Sabaudia, et 200 pro Amedeo Comite.
211. „ Apr. 3. Hartmanni Junioris, Comitis de Kyburg, sponsio pro Margaretha, conjuge patrui sui.
212. „ Apr. 15. Ratihabitio Henrici, Episcopi Argentinensis, donationum a Hartmanno Sen. de Kyburg, uxori suæ factarum
212a. „ Confirmatio Henrici Episcopi Argentinensis donationum Nepotum suorum et investituræ illis a prædecessore suo factæ.
213. „ Apr. 29. Petrus de Vilar donat P. de Sabaudia, bona in Torniey lo pitit, et de illis reinvestitur.
214. „ Jun. 23. Amedeus Comes promittit sigillare et observare testamentum Thomæ, fratris sui.
215. „ Jun. 26. Testamentum Thomæ de Sabaudia Comitis.
216. „ Jul. 2. Confirmatio cujusdam instrumenti Humberti et Thomæ Comitum, per Amedeum Comitem.
217. „ Oct. Fidejussio P. de Sabaudia pro Johanne Comite Burgundiæ.
218. „ Nov. 24-25. De ruina Asperi montis, vel Granerii in Sabaudia.
218a. „ Nov. Tres donationes Friderici Imperatoris, Thomæ de Sabaudia factæ, Eporediæ et terræ Canapitii.
219. „ Nov. Donatio Montis Calerii et Castri veteris a Friderico Imperatore Thomæ de Sabaudia facta.
220. „ Nov. Donatio Imperatoris, Thomæ Comiti facta, Civitatis Taurini, pontis, castelli ibidem, et locorum Caburreti, a Castriveteris, Montiscalerii et Colegii.
220a. „ Nov. Alia donatio Imperatoris Thomæ Comiti, eorundem locorum et castrorum.
221. „ Nov. Imperator obligat sese acquirere castrum Lancii, et tradere illud Thomæ Comiti.
222. „ Nov. Licentia ab Imperatore data Thomæ Comiti, ædificandi castra et loca ei donata.
223. „ Nov. Constitutio Thomæ de Sabaudia Comitis in Vicarium imperialem Pedemontii a Papia superius, per Imperatorem.

224. 1248. Spondet Imperator de traditione civitatum pedemontanarum Thomæ Comiti procuranda, conditione matrimonii Marchionissæ viduatæ Salutiarum cum Manfredo filio Imperatoris.
225. „ Dec. Concessio pedagiorum, regalium et Pascuorum Pedemontii, Thomæ Comiti facta ab Imperatore.
226. „ Dec. Licentia recuperandi expensas ratione custodiæ statuum suorum, concessa Thomæ Comiti ab Imperatore Friderico.
227. Sine dato. Investitura imperialis Thomæ de Sabandia, de civitatibus pedemontanis ei collatis.
228. 1248 Custodia terrarum Matildis, relictæ Comitis Warennæ, a Rege Angliæ, P. de Sabaudia commissa.
229. „ Hartmanni Junioris, Comitis Kyburgensis, sponsiones pro Margaretha, conjuge patrui sui.
230. 1249. Jan. Philippus de Turre vendit P. de Sabaudia turrem de Viveys.
231. „ Febr. Donatio castri Montuxoli, Thomæ Comiti facta ab Imperatore.
232. „ Mense Maii. Litteræ reversales P. de Sabaudia, Anselmo de Billens traditæ, de Podio Rotundi Montis.
233. „ Jun. 22. Sententia Amedei Comitis inter rectorem hospitalis Villæ novæ et Castellanum de Chillon.
234. „ Jun. Tria diplomata Friderici Imperatoris in gratiam Thomæ Comitis.
235. „ Prior Paterniacensis, laudante Abbate Cluniacense, confert P. de Sabaudia, advocatiam Prioratùs Paterniacensis.
236. „ Jul. 26. Ebnlo de Geneva.
237. „ Aug. 30. Licencia papalis pro physico P. de Sabaudia.
238. „ Sept. 21. Matillidis relicta Petri de Geneva.
239. „ Sept. Castrum de Fisterna, P. de Sabaudia ab Amedeo Comite infeodatum.
240. „ Oct. 2 Missio P. de Sabaudia ex parte Henrici Regis, pro treugis cum Rege Franciæ prorogandis.
241. „ Oct. 26. Custodiæ aliquot P. de Sabaudia commissæ a Rege Henrico.
242. „ Oct. 27. Absolutio pontificalis Henrici Regis a promissionibus olim factis Johannæ, filiæ comitis Pontivi, tunc reginæ Castellæ.
243. „ Nov. 4. Eblo de Geneva.

244.	1249.	Beneficia, P. de Sabaudia collata a Henrico Rege.
245.	1250.	Mart. 5. Potestas regia P. de Sabaudia et aliquot aliis commissa, pro treugis cum Francia prorogandis.
246.	„	Apr. 15. Donatio Amedei Comitis Petro fratri suo facta.
247.	„	Apr. 24. Hartmannus Comes senior Kyburgensis ratam habet acquisitiones uxoris suæ Margarethæ.
248.	„	Maji 5. Absolutio ab excommunicatione, invasorum terrarum Alberti de Turre.
248a.	„	Maji 5. Potestas Regis Angliæ pro treugis cum Rege Franciæ prorogandis, commissa Comiti Cornubiæ, Philippo et Petro de Sabaudia.
249.	„	Jun. 10. Petrus de Sabaudia et Willelmus Comes Gebenn. cum filiis ejus compromittunt in Philippum Electum Lugdunensem de litibus suis.
250.	„	Jun. 22. Innocentius IV absolvit Thomam de Sabaudia ab omnibus censuris.
251.	„	Jun. 28. Sententia arbitralis Philippi Electi Lugdun. inter P. de Sabaudia et Comitem Gebennensem, filiosque ejus.
251a.	„	Jun. 29. Jubent Comes Gebennensis filiusque suus, vassallos suos in terris P. de Sabaudia impignoratis, respondere dicto Petro, donec staret ista impignoratio.
251b.	„	Jun. 29. Mandatum Comitis Gebennensis et filii sui, Jacobo de Cossonnay, ut faciat fidelitatem P. de Sabaudia de feudis, quæ a dicto Comite tenebat.
252.	„	Jul. 21. Johannes Episcopus Lausannensis fatetur, se nihil petere in decima de Adventica.
253.	„	Jul. 23. Donationes quinque dominorum Pontis in Ogo, factæ P. de Sabaudia, et eorum reinfeodatio de bonis ei donatis.
253a.	„	Jul. 23. Donationes et reinfeodationes Willelmi et Jacobi de Ponte, Petro et a Petro de Sabaudia.
254.	„	Jul. 31. Willelmi de Corberes cessio partis suæ castri de Corberes P. de Sabaudia, qui de ea infeodat Henricum, filium dicti W.
255.	„	Aug. 16. Arbitrium P. de Sabaudia inter Capitulum Lausannense et Nobiles de Bello Monte.
256.	„	Aug. 30. Will. de Bellovidere recognoscit in feudum a P. de Sabaudia castrum de Falaverio.

257. 1250. Sept. 26. Albertus de Turre Pini mandat vassallis suis in Baygoyn, ut faciant homagium P. de Sabaudia.

258. „ Sept. Pacta P. de Sabaudia cum Alberto Domino Turris Pini, mediante Comite Viennensi.

259. „ Annulus S. Mauritii, P. de Sabaudia donatus.

260. „ Oct. Aymo, dominus Fuciniaci prohibet ædificationem castri de Rota.

261. „ Cessio castri de Falaverio P. de Sabaudia facta a Will. de Bellovidere, et reinfeodatio ejus de dicto castro.

262. 1251. Jan. 21. Henricus Rex scribit duci Brabantiæ, se non posse transigi de certo matrimonio, Petro de Sabaudia, qui hoc negotium assumpserat, adhuc morante in Burgundia.

263. „ Jan. Rodolphus de Roa sese recognoscit hominem P. de Sabaudia.

264. „ Jan. Philippus de Turre vendit P. de Sabaudia turrim Vivisci.

265. „ Febr. 2. Jaquetus de Estavaye cedit P. de Sabaudia partem suam castri de Estavaye, et eadem parte reinfeodatur a Petro.

266. „ Febr 14. Amedei Comitis Sabaudiæ cessio villæ de Bergoin, Petro, fratri suo.

267. „ Febr. 17. Innocentius IV prohibet Abbatissam S. Petri Lugdun. abalienare feodum baroniæ Turris Pini.

268. „ Febr. Gerrus de Maso facit fidelitatem P. de Sabaudia.

269. „ Martii 19. Nullitas sponsionum Henrici Regis cum Johanna Pontivi iterum pronunciata, auctoritate apostolica.

270. „ Apr. 15. Amedeus Comes donat Petro fratri suo castrum Dentesiaci.

271. „ Apr. 16. Concedit Amedeus Comes, P. fratri suo, facultatem acquirendi in territorio de Bergoin.

271 a. „ Maji 1. Amedeus Comes dat P. fratri suo jus suum in Dentesiaco.

272. „ Maji 8. Concedit Thomas de Sabaudia, ut percipiatur pedagium de Burgundia apud S. Genisium.

273. „ Maji 23. Breve Innocentii IV ad Episcopum Novariæ, ut absolvat Thomam de Sabaudia ab excommunicatione 1251.

274. 1251. ante diem Junii 2. Homagium Uldrici domini de Aarberg, P. de Sabaudia factum pro castris de Arcunciaco et de Illcus.

275. „ Junii 2. Juramentum hominum Ulrici de Aarberg in dominiis de Arcunciaco et de Illeus P. de Sabaudia præstitum.

276. „ Jul. 3. Promittit Th. de Sabaudia Episcopo Taurinensi restitutionem bonorum illi ablatorum, tempore quo faciebat partes Imperatoris.

277. „ Jul. 5. Amedeus Comes donat P. fratri suo, partem suam castri Dentesiaci.

278. „ Aug. 20. Aymo, dominus Fuciniaci cedit, specie dotis, P. et Agneti de Sabaudia, omnes terras suas, excepta dote Beatricis, filiæ suæ.

279. „ Oct. 6. Jacobus, filius Jordani de Domo Mureuchi, recognoscit feudum quoddam a P. de Sabaudia.

280. „ Oct. 8. P. de Sabaudia mandat Philippo fratri suo, ut capiat Friburgenses et res ipsorum in terris suis.

281. „ Nov. 11. Innocentius IV mandat Archiepiscopo Tarentasiæ, ne patiatur turbari Thomam de Sabaudia in possessione Taurini etc.

282. „ Nov. 11. Willelmus de Rupe et Alberc promittit fidelitatem P. de Sabaudia pro Arguntia et Illens.

283. „ Nov. 16. Obligatio Willelmi Comitis Gebennensis erga Rodolphum filium suum pro 7000 sol. et 20 lib.

284. „ Nov. 23. Promissio Leonetæ, hæredis de Jaiz, se non accepturam fore conjugem, nisi de assensu P. de Sabaudia et Philippi electi Lugdunensis.

285. „ Nov. 28. Aymo de la Sarra et Rich. de Bellomonte relinquunt quædam feoda P. de Sabaudia.

286. „ Nov. 28. Declarat Aymo, dom. de Sarrata, se tenere a P. de Sabaudia castrum de Bellomonte ratione feudi.

286a. „ Nov. 28. Aymo de Sarrata cedit P. de Sabaudia feodum Ricardi de Bellomonte.

286b. „ Nov. 30. Petrus de Turre, miles Sedunensis, scribit P. de Sabaudia se guerpisse feodum, quod tenebat ab illo Petrus de Willeris.

287. „ Nov. Willelmus de Endelisberg vendit P. de Sabaudia duo Molendina in aqua Glana.

287a. „ Potestas Henrici Regis pro P. de Sabaudia, mutuandi ad usum Regis 5000 Marcas Sterl.

288. 1251. Transactio P. de Sabaudia cum quibusdam Mercatautibns Pisanis.

289. Sine dato. Intercessio Hartmanni senioris et Margarethæ de Kyburg pro Friburgensibus, penes P. de Sabaudia.

290. 1252. Jan. Sponsiones Simonis de Joinville, conjugis Leonæ de Jaiz, cum fratribus de Sabaudia.

291. „ Mart. 4. Walcherus de Biolon se confitetur hominem ligium P. de Sabaudia.

292. „ Apr. 22. Amedeus Comes componit discordiam inter H. Comitissam, Philippum electum Lugdun. et Uldricum mistralem Villænovæ.

293. „ Maji 3. Conventio Amedei Comitis cum Vldrico Mistrali Villænovæ.

293a. „ Maji 18. Amedeus Comes confirmat libertates Villænovæ Chillionis.

294. „ Maji 21. Innocentius IV absolvit Amedeum Comitem ab excommunicatione.

295. 296. 297. 298. 299. 299a. 1252. Maji 22. Octo donationes Willelmi Rom. Regis, Thomæ de Sabaudia factæ, eorundem bonorum et castrorum, quæ Thomas jampridem a Friderico Imperatore acceperat, cum mandatis ad Episcopos, Comites et populos locorum donatorum, ut recognoscant dictum Thomam pro domino.

300. 1252. Maji 22. Willelmus Rom. Rex rogat omnes fideles Imperii, ut juvent Thomam de Sabaudia contra Astenses, Karienses, Albenses etc.

301. „ Jul. 20. Innocentius IV redarguit Bonifacio Archiepiscopo Cantuar. spoliationem prioratùs S. Trinitatis, de ecclesia Bixle, jubetque restitutionem.

302. „ Jul. 20. Conventiones inter Thomam de Sabaudia et Commune Astensium.

303. „ Aug. 3. Bulla Innocentii IV Regi Angliæ directa, ut procuret Ricardum fratrem suum, acceptare regnum Siciliæ.

304. „ Aug. 29. Bulla Innocentii, qua solvit iterum Henricum Regem a promissione matrimoniali, olim Johannæ Pontivi facta, et confirmat matrimonium ejus cum Alienora de Provincia.

305. „ Sept. 28. Agnes domina Fuciniaci donat omnes possessiones suas conjugi suo P. de Sabaudia.

306. 1252. Sept. 19. Testamentum Amedei IV, Comitis Sabaudiæ.
307. „ Sept. 28. Jacobus de Domo Murenchi fatetur, se tenere in feudum a P. de Sabaudia bona diversa.
308. „ Oct. 14 Hartmannus Jun. Comes de Kyburg remittit locum de Sulz Margaretbæ, uxori patrui sui.
309. „ Nov. 6. Litteræ Willelmi II, Comitis Gebennensis ad Amedeum Comitem Sabaudiæ.
309a. „ Willelmus II. Comes Gebennensis et Domus ejus.
310. „ Nov. 9. Willelmi Comitis Gebennensis Testamentum.
311. „ Nov. 25. Obitus Willelmi II Comitis Gebennensis.
312. „ Dec Homagium Jacobi Flamens, P. de Sabaudia factum.
313. „ Matrimonium Balduini de Insula, factum per P. de Sabaudia.
314. „ Escaetum honoris Richemundiæ, de libertate P. de Sabaudia.
315. „ Henricus Rex concedit P. de Sabaudia liberam Warennam in dominiis suis, et manerium Wendour.
316. 1253. Jan. 8. Liberi Willelmi Comitis Gebennensis.
317. „ Jan. 28. Innocentius IV ratas habet donationes Willelmi Rom. Regis, Thomæ de Sabaudia factas
318. „ Jan 28. Innocentius IV confirmat donationem Civitatis Taurini, a Willelmo Imperatore Thomæ de Sabaudia factam.
319. „ Jan. 30. Innocentii IV confirmatio donationis a Willelmo Rom. Rege Thomæ de Sabaudia factæ, undecim locorum et castrorum in Pedemontio.
320. „ Febr. 4. Innocentii IV donatio, Thomæ de Sabaudia facta, 6000 librarum.
321. „ Febr. 9. Innocentius IV confirmat donationem terræ Canapitii, a Willelmo Rege Rom. Thomæ de Sabaudia factam.
322. „ Apr. 18. Sponsiones P. de Sabaudia, comitandi Regem Angliæ in Terram Sanctam, et Henrici Regis de subsidiis illi administrandis.
323. „ Apr. 18. Rex Heuricus, circa idem negotium.
324. „ Apr 18. Rex Henricus, circa idem negotium.
324a. „ Apr. 22. Protectorium Beatricis Dalphinæ pro possessionibus relictæ Guillelmi Comitis Gebennensis, avunculi dictæ Beatricis.

325. 1253. Apr. 27. Pax inter Johannem Episcopum Lausannensem et Aymonem dom. Fuciniaci.

326. „ Majo. Corroboratio Magnæ Chartæ Angliæ, Petro de Sabaudia consentiente.

327. Sine dato. Protectorium Amedei Comitis pro domo b. Jorii juxta Duyn.

328. 1253. Maji 22. Promissio Thomæ de Sabaudia, Cæciliæ Comitissæ Sabaudiæ facta.

329. „ Maji 24. Testamentum Amedei IV Comitis Sabaudiæ.

330. „ Maji 24. Amedeus Comes donat castrum Montis Meliani Cæciliæ uxori suæ.

331. „ Maji 28. Amedei Comitis Codicillum.

332. „ Jun 8. Ultimum Codicillum Amedei Comitis.

333. „ Jun. Mandat Amedeus Comes aliquot Nobilibus, facere homagium Philippo electo Lugdunensi.

334. „ Jul 2. Henrici Regis, in Wasconiam proficiscentis, provisiones de regimine Regni.

335. „ Jul. 12. Henricus Rex assignat Thomæ de Sabaudia 500 marcas per annum.

336. „ Jul. 13. Thomas de Sabaudia Comes, remittit Jacobo de Quart et sociis suis, damna sibi illata.

337. „ Jul. 13. Obitus et Sepultura Amedei IV Comitis.

338. „ Jul. 26. Consensus Henrici Regis, connubio Willelmi de Vescy præbitus.

339. „ Aug. 24. Confirmatio privilegiorum Civitatis Augustæ.

340. „ Oct. 1. Testamentum Beatrisiæ uxoris Thomæ de Sabaudia.

341. „ Oct. 7. Custodia terrarum Will. de Vescy defuncti collata P. de Sabaudia a Rege Angliæ.

342. „ Oct. 7. Dec. 15. Litteræ Henrici Regis Comiti Ricardo fratri suo, de eodem negotio.

343. „ Nov. 12. Placitum in Lincoln.

344. „ Nov. 24. Innocentii IV bulla in gratiam Agnetis, uxoris P. de Sabaudia.

345. „ Dec. 2. Escaberg Silva, Margarethæ Comitissæ de Kyburg assignata.

346. „ Concessiones Regis Angliæ, P. de Sabaudia factæ.

347. „ Rex Henricus concedit P. de Sabaudia 500 libras.

348. „ Henricus Rex concedit P. de Sabaudia custodiam terrarum quond. Geroldi de Preudergast.

349. 1253. Concedit H. Rex, P. de Sabaudia, quod si nasceretur ei hæres masculus, competat Petro conferre custodiam terrarum suarum et ipsius hæredis cuicumque sibi placuerit.
350. „ H. Regis protectorium pro P. de Sabaudia ab Anglia absente.
351. 1254. Jan. 20. Placitum coram Consilio Regis.
352. „ Febr. 8. Foedus Regum Angliæ et Castellæ.
353. „ Febr. 14. Henricus Rex tradit Edwardo, primogenito suo, Hiberniam.
354. „ Febr. 14. H Regis litteræ de terris Edwardo filio suo traditis. P. de Sabaudia perscriptæ.
355. „ Febr. 28. Petrus Selidor impignorat P. de Sabaudia pro 6 lib. Laus. bona sua in parrochia de Villa.
356. „ Mart. 2 Circa custodiam terrarum W. de Vescy, P de Sabaudia commissam.
357. „ Mart. 14 Concessio regni Siciliæ, facta Edmundo, filio Regis Angliæ, nomine Papæ.
358. „ Mart. 24. Alienora regina et Ricardus Comes Cornubiæ, infeodant Ebuloni de Montibus manerium Putteney.
359. „ Mart. 31. Foedus Regum Angliæ et Castellæ.
360. „ Apr. 27. Bermundus de Monte Joveto recognoscit in feudum a P. de Sabaudia pedagium Montis Joveti.
361. „ Maji 14. Innocentii IV confirmatio donationis Regni Siciliæ factæ Edmundo filio regis Angliæ.
362. „ Maji 22. Innocentii IV Breve ad Petrum de Sabaudia.
363. „ Maji 31. Innocentius IV confirmat donationem Thomæ de Sabaudia factam ab Edmundo, filio Henrici regis, principatûs Capuæ.
364. „ Maji 31. Innocentii IV bulla ad H. Regem, contra commutationem voti adeundi Terram Sanctam in expeditionem Siculam.
365. „ Majo. Willelme de Waleres reconnoît les droits des hommes de Waleres selon les mandemens de P. de Savoye.
366. „ Jun. 5. Concambium transactum inter Hartmannum sen. Comitem de Kyburg, et Abbatem S. Johannis.
367. „ Jun. 5. Beatrix, uxor Thomæ comitis, confirmat testamentum suum.

368. 1254. Jun 9. Innocentii IV breve ad Thomam de Sabaudia, de principatu Capuæ.
369. „ Jun. 30. Furnus de Thierrens invadiatus P. de Sabaudia
370. „ Jul. 20. Assignatio dotis Alienoræ, sponsæ Edwardi filii Regis Angliæ.
371. „ Jul. 29. Innocentii IV bulla confirmatoria pacti inter Thomam de Sabaudia et Margaretham Flandriæ Comitissam.
372. „ Sept. 9. Henrici Regis mandatum majori et probis hominibus de Bajona.
373. „ Oct. 3. Concessio principatus Capuæ, Thomæ de Sabaudia facta.
374. „ Oct. 9. Thomas de Sabaudia, de Comitatu Capuæ infeodatus.
375. „ Oct. 11. Quatuor confirmationes H. regis, donationum et concessionum, Edwardo primogenito suo factarum.
376. „ Nov. 2. Willelmus Rom. Rex cavet civitati Bernensi de alienatione ab Imperio quacunque.
377. „ Nov. 19. Homagium Aquini Judei, P. de Sabaudia factum.
378. „ Nov. 19. Aliud Homagium Aquini, P. de Sabaudia factum.
379. „ Nov. 29. Homagium Henrici, Willelmi quond. Comitis Gebennensis filii, P. de Sabaudia præstitum.
380. „ Nov. Solto de Poipia fatetur, se tenere de feudo P. de Sabaudia, quod perceperat è testamento fratris sui Biellonis.
381. „ Dec. 10. Homagium ligium Benedicti Judei, P. de Sabaudia.
382. „ Dec. 28. Homagium præstitum P. de Sabaudia ab Aymone domino Montaniaci.
383. „ Difficultates inter Episcopum Taurini et Thomam de Sabaudia circa tria Castra.
384. „ Rex Angliæ confert P. de Sabaudia custodiam loci de Alnewyk.
385. „ Assignatio Joh. de Gatesden per H. Regem, ut recipiat recognitiones debitas P. de Sabaudia.
386. 1255. Febr. 16. Sententia arbitralis inter Thomam de Sabaudia, Bonifacii Comitis tutorem et P. de Sabaudia.

387. 1255. Febr. 16. Sententia arbitralis inter Thomam de Sabaudia, Bonifacii Comitis tutorem, et Philippum Electum Lugdunensem.

387a. „ Febr. 25. Compromissum inter homines ligios P. de Sabaudia et Friburgenses, in arbitros.

388. „ Mart. 17. Alexnnder IV P M. delegat duos Episcopos ad compescendas dissensiones inter Th. de Sabaudia et Episcopum Taurinensem.

389. „ Mart 19. Palasuel, feudum ligium, P. de Sabaudia indominicatum.

390. „ Mart 19. Circa feudum de Gibicour, a P. de Sabaudia recognoscendum.

391. „ Mart. 21. Litteræ circulares Wilhelmi Rom Regis ad principes Imperii, de creatione Adolphi Comitis de Waldeck in justitiarium generalem Imperii.

392. 1255—1256. Martio. Homagium Rodulphi Comitis Grueriæ, P. de Sabaudia præstitum, de dominiis sitis supra Tinam.

393. „ Apr. 11. Probat P. de Sabaudia donationem a matre sua factam sorori ipsius B. Comitissæ Provinciæ.

394. „ Apr. Recognitio Uldrici de S. Martino, castri Castellionis supra Cronai, in feudum P. de Sabaudia.

395. „ Apr. Willelmus de Turre vendit P. de Sabaudia bona sua in Drongineus.

396. „ Apr. 20. Homagium Vanini apothecarii Lausannensis, P. de Sabaudia præstitum.

396a. „ Maji 6. Audomarus Allamandi impignorat Thomæ de Sabaudia, Castrum Camberiaci.

397. „ Maji 7. Litteræ Adolphi, Comitis de Waldeck, Procuratoris generalis Imperii, P. de Sabaudia perscriptæ, jussu Regis Rom. ut suscipiat protectionem civitatum Bernæ, Mureti et Hasli contra Comitem de Kyburg.

398. „ Maji 16. Solutio voti Henrici III Regis Angliæ adeundi Terram Sanctam.

399. „ Maji 20. Cessio feudi Turris Pini, facta abbatissæ S. Petri Lugdun. a dominis de Turre, patre et filio.

400. „ Maji 20 P. de Sabaudia recognoscit se tenere in feudum Turrim de Pino ab abbatissa S. Petri Lugdun.

401. „ Maji 23. P. de Sabaudia concedit mercatoribus de Ast, salvum conductum per terras suas.

402. 1255. Majo. Civitas Muratensis invocat protectionem P. de Sabaudia.
403. „ Majo. Willelmus de Fruentia cedit P. de Sabaudia jura sua iu turre de Viveis.
404. „ Majo. Stephauus de Rossillioue Castellanus P. de Sabaudia in Gebennis, pollicetur Philippo electo Lugdun. tradere castrum Gebeunarum dicto Philippo, casu mortis P. de Sabaudia.
405. „ Majo. Jacobus de Soloimen (s. Dolomieu) confitetur, se esse hominem P. de Sabaudia.
406. „ Majo. Aymarus et Hugo Michailli, confitentur teuere in feudum a P. de Sabaudia, bona in mandamento de Bencaysen.
407. „ Jun. 8. Testamentum Petri de Sabaudia.
408. „ Jun. Petrus de Ollcres vendit P. de Sabaudia, prædium juxta Muratum.
409. „ Aug. 9. Litteræ Johannis Comitis Burgundiæ et Salinensium, Petro et Philippo de Sabaudia.
410. „ Aug. 17 Heuricus Rex, cousuleute P. de Sabaudia, revocat Edwardum filium suum a Wasconia.
410a. „ Aug. 17. H. Rex, P. de Sabaudia, de revocando filio a Wasconia in Hiberniam.
411. „ Aug. 23. Concambium iuter Guerricum dom. de Albona, consentientibus matre et fratre, et P. de Sabaudia.
412. „ Aug. 31. Ulricus de Wippingen, Advocatus de Berno.
413. „ Aug. 31. Thomas de Sabaudia Alpes transit cum exercitu
414. „ Sept. 9. Th. de Sabaudia coufirmatio concessionis iu gratiam Thomæ de Aquabella.
415. „ Sept. 14. Ulricus de Wippingeu, Advocatus Bernensis.
416. „ Oct. 19. Informatio de cessione Beatricis de Fuciniaco, dominæ de Thoire et Villars.
416a. „ Oct. Donatio Th. de Sabaudia, Pontio Sablero facta.
417. „ Nov. 3. Wilhelmi Rom. Regis privilegium de non alienando ab Imperio, locis Murati, Grasburg et Laupen concessum.
418. „ Nov. 15. Martinus de Bagnes cedit P. de Sabaudia duos nothos Hugonis de Grandimonte, Castellani de Chillon.

419. 1255. Post 23. Nov. et 27. Mart. 1256. Matthæi Paris. relatio oppugnationis Taurini, et Bulla Alexandri IV. in gratiam Thomæ de Sabaudia a Taurinensibus capti.
420. „ Potestas Regis Angliæ, stipendiandi milites, P. de Sabaudia collata
420a. „ P. de Sabaudia et Simon Comes Legriæ investiuntur potestate prorogandi pacta cum Rege Franciæ.
421. „ H. Rex confert P. de Sabaudia maneria de Dunnington et Biunington.
421a. „ H. Rex investit P. de Sabaudia de manerio Chesterhunte et de Mercato Swafham.
422. Sine dato 1255 ex conjectura. Ulricus de Wipens confitetur se hominem ligium P. de Sabaudia.
423. 1256. Jan. 19. Obitus Amedei Episcopi Maurianensis.
423a. „ Jan. 20. H. Regis litteræ credentiæ ad Regem Franciæ pro P. de Monteforti.
423b. „ Jan. 24. Potestas H. Regis pro Johanne Maunsell.
424. „ Febr. 1. Cessio Petri Bover, filii Comitis Burgundiæ, P. de Sabaudia facta, feudorum, quæ tenebat dictus Bover a quond. Aymone, dom. Fuciniaci.
425. „ Donatio Johannæ, relictæ de Ecublens, P. de Sabaudia facta.
426. „ Febr. 12. Homagium Jacobi de Cossonnay, P. de Sabaudia præstitum, et reinfeodatio, de 80 libr. terræ.
427. Sine dato. H. Rex, circa electionem Ricardi fratris sui in Regem Romanorum.
428. 1256. Mart. 27. H. Regis apologia coram Alexandro IV. P. M. de mora sua in solvendo pretio regni Siciliæ filio suo collati.
429. „ Apr. 29 Gratia H. Regis, Briano de Ringeshal facta, ad instantiam P. de Sabaudia.
430. „ Maji 26. Testamentum Philippi de Sabaudia, Electi Lugdunensis.
431. „ Jul. 9. Dies, qua H. Comes Junior de Kiburc villam Berna primitus intravit.
432. „ Aug. 18. Testimonium Bogenarii pro Hartmanno jun. Comite de Kiburg et P. de Sabaudia.
433. „ Nov. 5 et 27. Conventiones inter Th de Sabaudia comitem, captivum, et Communia Astense et Taurinense.
434. „ Sept. 27. Alexander IV prorogat Henrico Regi terminum solvendæ pecuniæ et mittendæ militiæ,

434a. 1256. Oct. 9. **Ebalus de Montibus cedit prædium Bonne** P. de Sabaudia.
435. „ Nov. 29. Homagium Amedei de Oron, factum P. de Sabsudia.
436. „ Dec. 14. Ulricus de Wippingen, advocatus Bernensis.
437. „ De jurisdictione infra manerium Wrangle, disceptatio inter Comitissam de Lincoln et P. de Sabaudia.
438. 1257. Jan. 1. Henricus Rex ratam habet pacem inter Beatricem Comitissam Provinciæ et Carolum Andegaviensem.
439. „ Jan. 1. Henrici Regis litteræ Beatrici de Provincia, circa tædia ei illata a genero suo Carolo Andegaviensi.
440. „ Jan. 17. H. Regis litteræ Episcopo Herefordensi, de negotiis cum Rege Castellæ et de fratre regis in Regem Alemanniæ eligendo.
441. „ Jan. Pax inter Simonem dom. de Gex et Rodolphum Comitem Gebennesii.
442. „ Febr. 5. H. Rex cedit P. de Sabsudia quater millia marcarum, sibi debita a quond. Comite Provinciæ.
443. „ Febr. 5. Rex donat P de Sabaudia 4000 Marcas.
443a. „ Febr. 14. Conventio de liberatione Thomæ de Sabaudia, inter Commune de Ast et Marchionem de Carreto, duosque alios potestate instructos.
444. „ Febr. 18. Pacta Thomæ de Sabaudia captivi, cum Taurinensibus.
445. „ Febr. 28. Hypotheca Rodolphi Comitis Grueriæ et Petri filii sui, facta P. de Sabaudia.
446. „ Febr. 28. R. Comes de Grueria, et P. filius ejus, promittunt P. de Sabaudia warandiam pro Hypotheca assignata.
447. „ Mart. 24. De donationibus Hartmanni senioris, Comitis de Kyburgo, Margarethæ uxori factis.
448. „ Apr. 8. Epitaphium Beatricis, Comitissæ Sabaudiæ.
448a. „ Apr. 30. Maji 1. Acta venditionis advocatiæ Vivisci, a Comite Grueriæ P. de Sabaudia factæ.
449. „ Maji 3. Permutatio inter Comitissam Sabaudiæ (B, vel C. vel S.) et Priorem Burgeti.
450. „ Maji 15. Regina Angliæ et P. de Sabaudia dant Regi 6000 marcas pro custodia terrarum Rob. de Ferrar.

*

450a. 1257. Ratihabitio H. Regis, venditionis custodiæ terrarum Roberti de Ferrars.

451. „ Maji 29. Communiacum, P. de Sabaudia cessum a Monasterio S. Mauricii.

452. „ Maji 31. Pax Thomæ de Sabaudia captivi, cum Civitate Astensi.

453. „ Jun. 3. Traditio Castrorum Thomæ Comitis Astensibus, in securitatem pactorum.

454. „ Jun. 6. Salvus conductus Johannis de Brienna per Angliam, datus ad preces P. de Sabaudia.

455. „ Jun. 22. Potestas H. Regis, tractandi cum Rege Franciæ, de consilio P. de Sabaudia data.

455a. „ Jun. 22. H. Rex scribit Ricardo Rom. Regi, se commisisse potestatem tribus legatis, ad tractandum de pace cum Rege Franciæ.

456. „ Jun. 25. Pactum de traditione aliquot castrorum Astensibus per Thomam Comitem pro liberatione sua.

457. „ Jun. 26. Edmundi, pro Rege Siciliæ sese gerentis, procurationes, collatæ P. de Sabaudia et tribus aliis, ad tractandum cum Papa de conditionibus a papa sibi et H. Regi impositis etc.

458. „ Jun 26. Manifestum Regis Angliæ, circa negotiationes cum Curia Romana ineundas, ratione regni Siciliæ.

459. „ Jun. 26. Litteræ credentiæ H. Regis pro legatis ad sedem Apostolicam a filio Edmundo missis.

460. „ Instructio H. Regis, data procuratoribus suis, Comiti Leicestriæ et P. de Sabaudia.

461. „ Jun. 29. H. Regis litteræ ad Papam pro quatuor legatis, renunciationem Edmundi in coronam Siciliæ deferentibus.

462. „ Jun. 28. Potestas Regis pro Comite Leicestriæ et P. de Sabaudia, ad tractandum cum Papa de renunciatione Edmundi et de moderatione conditionum.

463. „ Jun. Potestas Regis, Comiti Leicestriæ et P. de Sabaudia data, tractandi de dictis negotiis.

464. „ Jul. 5. H. Rex transmittit duobus legatis suis, chartam donationis regni Siciliæ, cum instructionibus.

464a. „ Protectorium regium pro P. de Sabaudia et bonis ejus in Anglia, donec reverteretur e partibus transmarinis.

465.	1257.	Jul. 18. Iterata sponsio Abbatiæ S. Mauricii Agaun. tradendi P. de Sabaudia, domum et jura de Commuguy, et possessiones apud S. Lupum et Versoyam.
466.	„	Jul. 20. Legatio H. Regis in Scotiam, ad sedandas dissensiones ibi obortas.
467.	„	Jul. 24. Thomas de Rossillion, Clericus P. de Sabaudia.
467 a	„	Missio Thomæ de Rossillion, Clerici P. de Sabaudia
468.	„	Sept. 29. Concambium bonorum de Commugny, inter Abbatem S. Mauricii et P. de Sabaudia.
469.	„	Sept. 29. P. de Sabaudia jubet Castellanum de Chillon, ut solvat Monasterio Agaunensi pretium villæ de Commuguy.
470.	„	Oct. 1. Abbas et Conventus S. Mauricii rogant Episcopum Gebenn. ut confirmat permutationem Communiaci.
471.	„	Oct. Aymonis (de Grandisono) Episcopi Gebenn. ratihabitio permutationis Communiaci.
472.	„	Nov. 7. Licentia Episcopi Lausann. data P. de Bioley faciendi homagium P. de Sabaudia.
473.	„	Nov. 17. Pactum Thomæ de Sabaudia cum Astensibus.
474.	„	Dec. 13. Hugonetus de Dorcho recognoscit feudum suum de Dorcha, Petro de Sabaudia.
475.	„	Dec. 17. Litteræ Abbatis S. Justi Secusini, tunc obsidis in vinculis Astensium, Philippo Electo Lugdunensi, pro liberatione obstagiorum.
476.	„	Rex Angliæ liberat P. de Sabaudia et familiam illius a vectigale passagii in portubus Regni.
476 a.	„	Rex Angliæ concedit P. de Sabaudia libertates pro mercatoribus nundinarum S. Botulphi.
477.	„	P. de Sabaudia confert potestatem percipiendi a Rege Franciæ 4000 marcas, Meynetto Spinæ.
478.	1258.	Jan. 18. Alexandri IV confirmatio permutationis factæ inter Abbatiam Agaunensem et P. de Sabaudia.
479.	„	Mart. 8. Charta Henrici III Regis, teste P. de Sabaudia.
480.	„	Apr. 14. Ricardus Rom. Rex pollicetur Thomæ de Sabaudia subsidia contra Taurinenses.
481.	„	Aprile. Homagium Joffredi de Miolano factum Bonifacio de Sabaudia.

482. 1258. Maji 2. Concessiones Henrici III Regis, proceribus Angliæ factæ.
483. „ Maji 2. Henrici III Regis, promissiones reformandi Regni.
484. „ Maji 8. Potestas de firmandis trengis cum Rege Franciæ, a Henrico III data quinque procerihus, inter quos Petrus de Sabaudia.
485. „ Maji 30. Exhortatur papa Henricum Regem, ut solvat 4500 marcas Sterlingorum, debitas ratione regni Siciliæ, filio ejus concessi.
486. „ Jul. 5. Salvus conductus H. Regis datus quatuor fratribus suis uterinis.
487. „ post Jul. 18. Litteræ communitatis Angliæ ad Papam, de facto Siciliæ et contra fratres uterinos Regis.
488. „ Jul. 28. Henricus rex requirit Archiepiscopum Tarantasiensem, ut suscipiat legationem ad curiam Romanam.
489. „ Aug. 1. Henricus III Rex, nunciat Alexandro IV pacem conditam cum Rege Franciæ.
490. „ Aug. 4. Henricus Rex confert potestatem pacandi discordias in Scotia, Comiti Legriæ et P. de Sabaudia.
491. „ Oct. 18. Charta circularis H. Regis (anglica) ad comitatus Angliæ et Hiberniæ, de reformando statu regni per proceres ejusdem.
492. „ Oct. 18. Henricus Rex promittit se deinceps acturum omnia per assensum magnatum, de consilio suo electorum. Charta gallica.
493. „ Nov. 6. Henrici Regis litteræ de Scotia pacanda.
494. „ Nov. 28. Giraudus de Turre et Willelmeta uxor ejus, pro 16 lib. impignorant P. de Sabaudia aliquot homines ligios suos.
495. „ s. 1259. Rodolphus de Roerei cedit P. de Sabaudia quosdam census annuos ratione hypothecæ.
496. 1259. Jan. 10. Donatio Episcopi Lausannensis loci de S. Liberio Petro de Sabaudia.
497. „ Jan. 22. Aymo de Rovorea impignorat P. de Sabaudia pro 160 lib. Gebenn. quicquid possidebat in Valle Alpium.
498. „ Jan. 22. Mandatum Aymonis de Rovorea feudatariis suis in Valle Alpium, ut recognoscant P. de Sabaudia.

499. 1259. Jan 23. Henricus Rex hortatur fratrem suum, Regem Rom. ut præstet juramentum a seipso et filiis suis jam præstitum.

500. „ Febr. 7. Hypotheca Willelmi de Anciaco, bonorum suorum juxta Glicinie, P. de Sabaudia, pro 45 lib. Gebenn.

501. „ Febr. 25. P. de Sabaudia iterat Brunæ abbatissæ S. Petri Lugdun homagium de dominio Turris Pini.

502. „ Mart 3. Concessio Henrici III Eudoni de Hertford, facta ad instantiam P. de Sabaudia.

503. „ Mart. 10. P. de Sabaudia, delegatus ad tractandum cum Rege Franciæ, unà cum quinque aliis.

504. „ Potestas ad tractandum cum Rege Franciæ, a Rege Angliæ collata P. de Sabaudia et quatuor sociis.

504 a. „ Delegatio P. de Sabaudia cum quatuor sociis, ad sopiendam discordiam Regis cum Comite Leicestriæ.

505. „ Mart. 21. Willelmus et Gerardus de Compeys impignorant P. de Sabaudia, quidquid possident in Urine et Giaco in Valle Alpium.

506. „ Apr. 3 Petrus li Bruida, famulus de Chillon, vendit P. de Sabaudia, pratum situm juxta Villam novam.

507. „ Maji 12. Testamentum Ebali, filii quond. Humberti Comitis Gebennensis.

507 a. „ Maji 12. Ebalus Gebennensis donat omnia jura sua in Comitatum Gebennesii, P. de Sabaudia.

508. „ Maji 12. Declaratio tertia Ebali de Gebennesio, quâ instituit hæredem suum P. de Sabaudia.

509. „ Maji 30. Pax inter Reges Angliæ et Franciæ.

510. „ Maji 24. Potestas Henrici Regis tractandi de matrimonio filiæ suæ Beatricis cum Johanne filio Ducis Britanniæ, data Reginæ Franciæ, P. de Sabaudia et duobus ejus sociis

511. „ Maji 24. Gratiarum litteræ Henrici Regis, Archiepiscopis Ebredun. et Tarantas. et duobus magistris, pro servitiis sibi præstitis in Curia Romana, ubi egerant procuratores ejus.

512. „ Maji 28. Promissio hominum de Châtelargent, quod operam darent, ut constituat sese Gont. de Grazan in curia Comitis Sabaudiæ.

513. „ Majo. Joh. Mistralis de S. Brancherio vendit ad manus P. de Sabaudia, 8 sol. census annui.

513a. 1259. Majo. Jacobus de Lygdes vendit ad manus P. de Sabaudia 4 sol. census annui.
513b. „ Majo. Ruffus de Lygdes vendit ad manus P. de Sabaudia, 40 sextarios siliginis et 20 sol. census annui.
514. „ Jun. 6. Willelmus de Crouay, consentientibus uxore et liberis, vendit P. de Sabaudia decimam de Crouay.
515. „ Jun. 14. Willielmus de Alingiis impignorat P. de Sabaudia quicquid possidebat in mandamento Alingii novi
516. „ Jun. 17. Declaratio nunciorum Regis Angliæ de jurata ab illis et procuratoribus Regis Franciæ pace inter ambos Reges condita.
517. „ Jun. 24. P. de Sabaudia donat Beatrici Comitissæ Provinciæ, sorori suæ, Castrum Scalarum.
518. „ Jun. 26. Potestas H. Regis, collata quatuor delegatis, renunciandi regno Siciliæ, nominibus Henrici Regis et Edmundi filii ejus.
519. „ Jun. 29. Foedus Episcopi Constantiensis et Abbatis S. Galli pro defensione Hartmanni sen. Comitis de Kyburg, et Margarethæ uxoris ejus.
520. „ Julio. Martinus de Samoin vendit P. de Sabaudia, quicquid percipiebat bladi in Sesteres.
521. „ Oct. 13. Ratihabitio Prælatorum et Baronum Angliæ, pacti Regum Angliæ et Franciæ circa tres Episcopatus.
522. „ Oct. 18. Litteræ H. Regis, Duci Britanniæ de Comitatu Richemundiæ illi restituendo.
523. „ Oct 18. Litteræ patentes Regis H. super restitutione Comitatus Richemundiæ.
524. „ Oct. 21. Litteræ Henrici Regis Angliæ, Ludovico IX Regi Franciæ.
525. „ Oct. Manifestum Regis Franciæ, de compositione pacis cum Rege Angliæ.
526. „ Dec. 11. Ricardi Rom. Regis donatio loci Contaminæ, Petro de Sabaudia facta.
527. „ Dec. 13. Johannis, Ducis Britanniæ renunciatio Comitatui Richemundiæ.
528. „ Potestas P. de Sabandia, proficiscentis ab Anglia, collata Reginæ Alienoræ.
529. „ Negotia varia, P. de Sabaudia commissa a Rege Angliæ.

530. 1259. Missio P. de Sabaudia, et aliquot aliorum ad expediendas negotiationes jam inceptas inter Reges Angliæ et Franciæ.
531. „ Jan. 5 vel 12. Litteræ Regis Franciæ, Regi Angliæ, de filia Henrici Regis, nupta filio ducis Britanniæ.
532. „ Febr. 26. Homagium iteratum P. de Sabaudia, abbatissæ S. Petri Lugdun. pro Baronia Turris Pini.
533. „ Mart. 6. De Johanne, filio ducis Britanniæ et de Comitatu Richemundiæ.
534. „ Martio Petrus de Servion vendit P. de Sabandia advocatiam loci de Servion.
535. 1260. Apr. 16. Donatio villæ S. Liberii, ab Episcopo Lausann. facta P. de Sabaudia, a Capitulo Laus. confirmatur.
536. „ Apr. 26. Judicatum arbitrale inter P. de Sabaudia et Amedeum de Montebeligardo, Dom. Montisfalconis (Charta gallica).
537. „ Maji 7. Nicolaus de Montibus vendit P. de Sabandia, septum infra castrum de Montibus situm.
538. „ Maji 19. Sententia arbitralis inter Rodolphum Comitem Gebennesii et P. de Sabaudia, circa castrum de Charosse.
539. „ Maji 19. Compromissum in P. de Sabaudia, superarbitrum inter plures Nobiles litigantes.
540. „ Maji 19. Compositio ejusdem litis, per arbitros, et superarbitrum P. de Sabaudia.
541. „ Maji 27. Johannes Episcopus Lausann cedit P. de Sabaudia mercatum villæ Yverduni.
542. „ Jun. 10. Arbitrium Episcopi Lausann. aliorumque arbitrorum, inter P. de Sabaudia et Joh. de Roa.
543. „ Jun. 18. Epitome pacis inter Communia Astæ et Carii conditæ.
544. „ Jul. 2. Henricus Episcopus Sedunensis, impignorat P. de Sabandia tria Castra.
545. „ Jul. 5. Mandatum Amedei, dom. Montisfalconis, aliquot vassallis suis, ut recognoscant P. de Sabaudia, cui vendiderat locum de Everdona.
546. „ Jul. 21. Compromissum P. de Sabaudia et Episcopi Sedunensis in arbitros.
547. „ Aug. 10. Episcopus Lausann. cedit P. de Sabaudia medietatem jurisdictionis temporalis in civitate et infra bannos Lausannæ.

548. 1260. Sept. 5. Permutationes inter Henricum Episcopum Sedunensem et P. de Sabaudia.
549. „ Sept. 17. Pacta Petri de Sabaudia cum dominis de Strætlingen et de Kien.
550. „ Sept. 17. Fidejussio Aymonis de Montaniaco, Werneri de Kien et Wilhelmi de Albocastro pro Dominis de Strætlingen. erga P. de Sabaudia.
551. „ Sept. 17. Henricus de Quina et Bona, uxor ejus, promittunt P. de Sabaudia, juvare eum in valle de Frutingen.
552. „ Sept. 20. Tres domini de Strætlingen, Aymo dom. Montaniaci, et Henricus de Kien, fidejussores Werneri de Kien erga P. de Sabaudia.
552a. „ Sept. 25. Iterata confirmatio Capituli Laus. donationis villæ S. Liberii, ab Episcopo Laus. factæ P. de Sabaudia.
553. „ Sept. 27. Promissiones fidejussoriæ hominum de Frutingen factæ P. de Sabaudia, pro domino eorum, Henrico de Chiena.
554. „ Sept. Episcopus et Capitulum de Seduno promittunt observare permutationes factas cum P. de Sabaudia.
555. „ Sept. Obligatio Episcopi et Capituli de Seduno, erga P. de Sabaudia, procurandi a Sede Apostolica litteras confirmatorias permutationum factarum.
556. „ Sept. Episcopi Sedunensis excommunicationes solutæ.
557. „ Oct. 13. Henricus, Ricardi, Rom. Regis filius, Senescallus Angliæ.
558. „ Oct. Henricus Episcopus Sedun. mandat Capitulo Lausann. se permutasse cum P. de Sabaudia, quidquid possederat a Morgia aqua inferius.
559. „ Nov. 8. Donatio Beatricis Comitissæ Provinciæ, castri Scalarum, facta Hospitali S. Johannis.
560. „ Nov. 16. Pactum Regis Angliæ cum Rege Scotiæ, genero suo, de partu Margarethæ, Reginæ Scotiæ, in Anglia expectando.
560a. 1261. Febr. 3. Martinus de Samoins vendit P. de Sabaudia jurisdictionem hominum quorundam in Mandamento Salanchiæ.
561. „ Mart. 27. Impignoratio castri de Belloforte, Petro de Sabaudia per Willelmum de Belloforte.
561a. „ Maji 10. Discordia inter Henricum Episcopum Gebennæ, et Simonem Leonetumque de Jayz, composita.

562. 1261. Maji 10. De legalitate matrimonii Beatricis, filiæ P. de Sabaudia, cum Gnigone Dalphino.
563. „ Maji 12. Willelmus de Belloforte mandat Petro, fratri suo, nt tradat P. de Sabaudia castra sua de Belloforte et de Lucia.
563a. „ Maji 12. Mandat Willelmns de Belloforte vassallis suis de Belloforte et de Lucia, ut recognoscant P. de Sabaudia ad tempus hypothecæ illi factæ.
564. „ Jnn. 17. Indemnitas, a Henrico Rege concessa Johanni de Britannia, pro Comitatu Richemundiæ.
565. „ Jun. 23. Guerricus de Albona remittit P. de Sabaudia et uxori ejus Agneti omne jus querelæ seu petitionis, quod sibi competere posset.
566. „ Nov. 1. Approbatio apostolica permutationis peractæ inter Episcopum Sedunensem et P. de Sabaudia.
566a. „ Nov. 6. Jocalia Regis Angliæ impignorata Reginæ Franciæ.
567. „ Statuit H. Rex de redditibus et exitibns Comitatus Richemundiæ, casu murtis P. de Sabaudia.
568. 1262. Jan. 1. Rex Angliæ petit a Papa Urbano IV. absolutionem a quodam juramento.
569. „ Jan. 1. Litteræ Henrici Regis ad Cardinales, apologeticæ pro Joh. Mansell.
570. „ Febr. 2. Computum Aymonis, Salterii de Branzon, receptoris de Saillon, a 2 Febr. 1261 ad 2 Febr. 1262.
570a. „ Sine dato. Computum ejusdem Salterii de veteri blado etc.
571. „ Febr 6. Litteræ anonymi ad Henricum Regem, de promotione Cardinalium etc.
572. „ Febr. 25. Absolvit Urbanus IV. P. M. Regem et Reginam Angliæ et filium eorum a juramentis de observatione quorundam statutorum.
573. „ Mart. 25. Concedit H. Rex P. de Sabaudia, ut leget terras suas cuicunque voluerit. Confirmat illi possessionem honoris Richemundiæ.
574. „ Maji 23. Rodolfus de Ecublens vendit P. de Sabaudia possessiones suas de Vilar Rabot, Riefrens, Somensier, Syvrie et Chabanne.
575. „ Jul. 25. Recognitio trium fratrum Galloz, in favorem Beatricis, relictæ Thomæ de Sabaudia.

576. 1262. Sept. 9. Recognitio Rodolphi Comitis Gebennensis erga Bonifacinm, filium A. Com. Sabaudiæ.

577. „ Sept. 13. H. Rex jnbet facere seisinam feudorum Comitis de Devon, Baldewyni de Insula, defunctri.

578. „ Oct. 4. H. Rex concedit Margarethæ relictæ Baldewyni de Iusula, quædam maneria.

579. „ Oct. 6. De Matrimonio Alberti Ducis Brunswicensis cum sorore Marchionis Montisferrati.

580. „ Oct. 9. Promittunt Episcopus et Capitnlnm Sedun., observare permutationes pactas cum P. de Sabaudia.

581. „ Oct. 12. H. Rex assignat Pbilippo, Electo Lugdun. 1000 Marcas argenti annnas.

582. „ Oct. 16. Apocha Henrici, Episcopi Gebenn. Petro de Sabaudia data, pro 16 lib. Gebenn.

583. „ Oct. 17. Testamentum Agnetis, uxoris P. de Sabaudia.

584. „ Oct. 23. Agnes, Dom. Fuciniaci, declarat, P. de Sabandia ædificare fecisse locum de Tusiugio.

585. „ Constitutio villæ de Tusingio.

586. „ Nov. 16. Testamentum Aguetis de Fuciniaco, uxoris P. de Sabaudia, secundum.

587. „ Nov. 16. Donatio inter vivos castri Fuciniaci, Petro de Sabaudia facta ab Agnete, uxore sua.

588. „ Dec. Homagium Willelmi de Ponte, P. de Sabandia factum.

589. „ Henricus Rex confirmat donationem Petro de Sabaudia factam, honoris de Hastiugs, etc.

590. „ Protectorinm H. Regis, pro bonis P. de Sabandia donec reverteretur in Angliam etc.

591. „ Ratihabitio satisfactionis factæ P. de Sabaudia a Commnnitate Clarenciæ, pro receptione quornndum spoliatorum.

592. 1263. Jan. 23. Humbertus de Longa Cnmba promittit se recogniturum P. de Sabaudia dominum suum ligium pro domo de Longa Cumba.

593. „ Febr. 23. Willelmus de Lncinge vendit P. et Agneti de Sabaudia, domum de Fuciniaco.

594. „ Apr. 22. Humbertns de Couruillon vendit P. de Sabaudia qnidquid habehat iu Maudamento de Seyssel.

595. 1263. Maji 23. Apocha quorundam privatorum, P. de Sabaudia data, de pretio decimarum de Pert et de Cosingia.

596. „ Maji 28. Amaudricus, dom. Castri Jurensis et filii sui, donant P. de Sabaudia, villas de Corcelles, de Baves, de Balma, et Clusam Jurensem, et de eis ab illo reinfeodantur.

597. „ Maji 28. Promissiones Dominorum Castri Jurensis, P. de Sabaudiæ factæ, de feudo castri Jurensis post mortem Comitis Cabilonensis.

598. „ Jun. 7. Agnes, uxor P. de Sabaudia, declarat, dictum maritum suum ædificasse multas constructiones, in terris Fuciniaci, cum gravbius expensis, de quibus emendæ ei contingerent.

599. „ Jun. 8. Uldricus Ferras vendit P. de Sabaudia molendinum de Missi in Villie.

600. „ Jun. 11. Aymo de S. Johanne de Hervisio jurat, se esse hominem ligium Comitis Sabaudiæ (non nuncupati) pro bonis suis in parrochia S. Johannis de Hervisio et Desertorum.

600a. „ Jun. 11. Recognitio Jacobi Chaband, se esse hominem ligium Comitis Sabaudiæ, pro bonis suis juxta Sonnas et Puget.

601. „ Jun. 11. Homagium Aymonis de Sassello, factum Comiti Sabaudiæ pro possessionibus suis.

602. „ Jun. 11. Homagium Aymonis, dom. Chamberiaci, Comiti Sabaudiæ factum, pro domo sua Chamberiaci veteris.

603. „ Jun. 11. Recognitio Joffredi Selvanis erga Comitem Sabaudiæ, se tenere sub homagio ejus, bona in Mistralia de Tuile et in aliis locis.

604. „ Jun. 11. Homagium P. Comiti Sabaudiæ præstitum, per Rodolphum de Intermontibus, de castris Montisbelli et Intermontium.

605. „ Jun. 16. Homagia Geraudi et Benedicti de Sabaudia, facta Petro Comiti Sabaudiæ.

606. „ Junio. Transactio Cæciliæ Comitissæ Sabaudiæ viduatæ, cum Petro Comite Sabaudiæ, ratione castri Montismeliani, dotalicii sui.

607. „ Junio. Recognitiones et fidelitates factæ Petro Comiti Sabaudiæ et Marchioni in Italia per Roletum de Hervisiis, Vionnetum de Chamosset, Amedeum de Ty-

gno, Antoninm et Thomam de Bottonet, Wullielmum de Allingio, Guidonem de Rupecula etc.

607a. „ Junio. Homagia Geraudi et Benedicti de Sabaudia, facta Comiti Petro, Marchioni in Italia.

608. „ Junio. Petrus de Hyens vendit Petro Comiti Sabaudiæ dimidiam prædii de Montmeltan in territorio de Hyens.

609. „ Jul 3. Uldricus de Wippens cedit Petro Comiti Sabaudiæ domum fortem Rochiæ in Hogo in feudum.

610. „ Jul. 11. Jacobi de Monte Joveti submissio judicio Comitis Sabaudiæ.

611. „ Jul. 17 Stephanus de S. Desiderio quittat quædam bona, dominæ B. relictæ Thomæ de Sabaudiæ.

612. „ Jul. 23. Duellum judiciale indictum Jacobo Montis Joveti.

612a. „ Jul. 23. Jacobus Montis Joveti duellum vitat contumax.

613. „ Jul. 24. Pedaginm Columnæ Jovis a Comite Petro adquisitum.

613a. „ Jul 24. Jacobus de Quarto vendit Petro Comiti Sabaudiæ. pedagium Montis Jovis.

614. „ Jul. 27. Theloneum Montis Jovis a Comite Petro adquisitum.

614a. „ Jul. 27. P. Comes Sabaudiæ transfert in Iblonem de Augusta et in Willelmum Montis Joveti, jura Jacobi de Monte Joveti in castrum Montis Joveti.

615. „ Jul. 28. Urbanus IV. Papa abolet donationes prædecessorum suorum de regno Siciliæ factas Edmundo, filio Henrici III Regis Angliæ.

616. „ Jul. 31. Confirmatio privilegiorum Episcopi et Ecclesiæ Augustensis per Comitem P.

617. „ Aug. 2. Jacobus et Jaqueminus de Porta Augusta submittunt se curiæ Comitis Sabaudiæ.

617a. „ Aug. 3. Aymo, Vicecomes Augustensis, obligat P. Comiti Vicecomitatum suum, etc.

618. „ Aug. 10. Judicium de juribus Senescalliæ Fuciniaci, inter Comitem Comitissamque Sabaudiæ, dominos Fuciniaci, et Willelmum de Lucinge, Senescallum Fuciniaci.

619. „ Aug. 19. Rodolphi, Comitis Gebennesii, homagium, P. Comiti Sabaudiæ factum.

620. 1263. Aug. 25. Beatrix Comitissa Provinciæ, renunciat Philippo fratri suo, omnia jura sua in Comitatum Sabaudiæ.
621. „ Aug. 31. Concambium inter Agnetem relictam, filiosque quondam Petri de Grandisono, et Petrum Comitem Sabaudiæ.
622. „ Sept. 2. Concessio P. Comitis, facta Isabellæ relictæ Johannis Faure de Melduno.
623. „ Sept. 2. Concessio P. Comitis, facta Uldrico de Burgo, burgensi de Melduno.
624. „ Sept. 3. Obitus Hartmanni, Comitis Junioris de Kyburg.
625. Sine dato. Auxilium Petri Comitis Sabaudiæ a burgensibus Nantuaci imploratum.
626. „ Oct. 17. Petrus Comes Sabaudiæ, a Ricardo Rom. Rege investitus de Comitatu Sabaudiæ et de ducatibus Chablasii et Augustæ.
627. „ Oct. 17. Ricardus, Rom. Rex, investit Petrum Comitem Sabaudiæ, de feudis imperialibus, quondam Hartmanni Jun. Comitis Kyburgi, et, hoc defuncto, Imperio devolutis.
628. „ Oct. 17. Ricardus, Rom. Rex, reservata declarat jura Hartmanni Sen. Comitis de Kyburg.
629. „ Oct. Rodolphus de Ayent vendit ad manus P. Comitis, castrum et mandamentum de Sayson.
630. „ Oct. 28. Petrus Baralis, burgensis Secusiæ vendit ad manus P. Comitis, bona sua juxta Avillianam.
631. „ Oct. Petrus de Hyens vendit ad manus P. Comitis, quidquid habebat apud Montmetlant.
632. „ Nov. 3. Berlio et Bruno de Burgund vendunt P. Comiti jura et redditus suos in Burgund facta.
633. „ Nov. 28. Cessio duorum hominum P. Comiti per Girardum de Rover, pretio 16 lib. Gebenn.
633a. „ Nov. Willelmus de Polin vendit P. Comiti turrem et curiam juxta palatium rotundum in civitate Augustana.
634. „ Dec. 13. Compromissum baronum regni Angliæ in Ludovicum Regem Franciæ, de discordiis inter ipsos et Henricum Regem obortis.
635. „ Dec. 16. Compromissum Regis Angliæ in Regem Franciæ, de discordiis suis cum Baronibus Regni.

635 a. 1264. Jan. 12. Absente ab Anglia Petro Comite Sabaudiæ, commendat Henricus Rex bona ejus Wychardo de Charrun et Joh. de la Red.

636. „ Jan. 14. Testamentum primum Beatricis, relictæ Raymundi Comitis Provinciæ.

637. „ Jan. 23. Dictum arbitrale Ludovici IX Regis Franciæ inter Regem et Barones Angliæ.

638. „ Febr. 14. Henricus Rex assignat uxorem suam, P. Comitem Sabaudiæ et Joh. Mansell, ad recipiendos denarios sibi a Rege Franciæ debitos.

638 a. „ Febr. 14. H. Rex assignat reginam, Comitem P. et Joh. Mansell ad recipienda jocalia sua impignorata.

639. „ Febr. 22. Testamentum Beatricis Comitissæ Provinciæ novissimum.

640. „ Martio. Conditiones sub quibus Bonifacio, Archiepiscopo Canturiæ, conceditur reverti in Angliam.

641. „ Ante 14 Maji. Mandata regis, custodibus terrarum Petri Comitis Sabaudiæ, de assumendis bonis rebellium in dictis terris, ad manus Regis.

642. „ Maji 15. Foedus inter Willelmum Marchionem Montisferrati et Bertramum Goyetum, vices gerentem Caroli Andegaviensis, Comitis Provinciæ.

643. „ Jun. 10. Hartmannus sen. Comes de Kyburg resignat Regi Rom. feuda plura imperialia, ut concedantur Margarethæ, consorti suæ.

644. „ Junio vel Julio. Litteræ P. Comitis Sabaudiæ Mag^ro Arnaldo, de arcessendis militibus, de ordinanda administratione, et de muniendis castris suis, tempore absentiæ suæ a patria.

645. „ Jul. 26. Litteræ Regis Henrici captivi, civibus Bajonæ.

646. „ Aug. 6. P. Comes cavet Episcopo Gebennensi, ne illi emergat damnum de juribus a se acquisitis in civitatem Gebennæ.

647. „ Aug. 17. Obligatio P. Comitis pro Lothario Beinencasa de Lib. 96. sol. 13. den. 4. Parisiensibus.

648. „ Aug. 17. Instructiones Petri Comitis e Francia Flandriave, Will^o. Varnerii in patriam perscriptæ.

649. „ Sept. 9. Recognitiones P. Comitis pecuniæ mutuo receptæ a nonnullis mercatoribus

650. „ Sept. 16. Dispositiones P. Comitis pro defensione Vallesiæ contra Episcopum Sedunensem.

651. 1264. Sept. 16. Litteræ P. Comitis in favorem Cæciliæ Comitissæ Sabandiæ.
652. „ Sept. 16. P. Comes jubet cingi muris locum dictum Rupeculæ.
653. „ Sept. 18. Recognitio Hugonis de Bressiaco, feudorum in Mauriana et ap Boczesel, a P. Comite sibi concessorum.
654. „ Sept. 22. Domini de Cossonnay et de Prangins negant, se habere jus aliquid in Cuminiaco.
655. „ Sept. 27. Rescriptum P. Comitis circa fidelitatem et homagium dom. de Bellojoco.
656. „ Sept. 30. Assignationes stipendiorum nobilium et militum, quos Comes P. secum duxerat seu arcessiverat in Flandriam.
657. „ Sept. Testamentum Petri Comitis Sabandiæ.
658. „ Sept. Mandatum Episcopi Lausann. Castellano et burgensibus Yverduni, ut celebrentur Nundinæ annuæ in die S. Michaelis in villa Yverduni.
659. „ Litteræ P. Comitis, de homagio Domini de Beaujeu.
660. „ Litteræ P. Comitis de fidelitate dominorum castri Jurensis.
661. „ Mandatum P. Comitis Magistro Harnaldo, ut fiat justitia Aymoni de Rovorea.
662. „ Assignationes pecuniariæ P. Comitis, e castris Flandricis.
663. „ Intentiones secretæ P. Comitis in civitatem Gebennarum.
664. „ Oct. 9. Fidejussio P. Comitis pro Regina Angliæ et filio suo Edwardo, de 2500 Marcis Arg.
665. „ Oct. 11. Testamenti Bonifacii, Archiepiscopi Cantuariensis, Epitome.
666. „ Custodia possessionum Petri de Sabandia per totam Angliam commissa Comiti Gloucestriæ.
666a. „ Custodia castri de Lewes et possessionum J. de Warenna, W. de Valentia et P. de Sabaudia commissa Johanni de Abernun.
667. „ Nov. 4. Carolus, Comes Provinciæ, vindicat a Marchione Salutiarum Buscam et Vallem Sturanam.
668. „ Nov. 18. Litteræ Regis H. (captivi) P. Comiti, de juribus Regis in partibus transmarinis non alienandis.
669. „ Nov. 27. Obitus Hartmanni Senioris Comitis de Kyburg.

670. 1264. Dec. 11. Testimonia de homagiis dominorum Bellijoci, Sabaudiæ Comitibns præstitis.

671. Ad annum 1264 spectans. Constumier du Pays de Vuaud etc. Fragmentum legis provincialis Waudi.

672. Catalogus locorum Petro de Sabaudia per Angliam concessorum etc.

673. Excerpta locorum libri feudorum nuncupati Testa de Nevill, ad historiam Petri Comitis Sabaudiæ spectantium.

674. Elencbns possessionnm et fendornm Petri Comitis Sabaudiæ in Anglia.

675. Loca, ad P. Comitem spectantia, e Calendario rotulorum patentum, in Turre Londinensi, extracta.

676. Excerpta ex „Abbreviatione Rotulorum Originalium in Curia Scaccarii," ad P. de Sabaudia spectantia.

677. Excerpta locorum spectantium ad historiam P. Comitis Sabaudiæ, e „Rotulis Hundredorum."

678. Excerpta e libro dicto „Placita de Quo Warranto," in turri Londinensi.

679. 1265. Jan. 30. Fratres et Nepos de Palatio vendunt P. Comiti, qnatuor cellas in civitate Augustana.

680. „ Febr. 13. Apocha Reginæ Angliæ, data majori, communi et hominibus prioris S. Georgii de Olerone de 124 lib. sibi promissis.

681. „ Febr. 14. Litteræ reversales Alienoræ Reginæ, communi S. Georgii de Olerone datæ, qnod illæ 340 lib. Pietavienses sibi datæ, non ex debito sed volnntate spontanea sint nnmeratæ.

682. „ Mart. 19. Citatio Petri Comitis, Johannis de Warenna et Hugonis le Bigod coram parlamento.

683. „ Apr. 8. Thomas (III) de Sabaudia qnittat Comitissæ Margarethæ de Qniburg amendam fratrum Montbeis, pro occisione Gnill. de Columberio, servitoris dicti Thomæ.

684. „ Apr. 9. Pacificatio Astensium cum Ludovico Rege Franciæ et fratribus de Sabaudia.

685. „ Maji 23. Tractatus Petri Comitis Sabaudiæ cnm Astensibus.

685a. „ Maji 23. Clausula confirmatoria Petri Comitis, Tractatus sui cnm Astensibus.

685b. „ Maji 23. Secnndæ litteræ P. Comitis datæ Astensibus.

686. 1265. Maji 27. Homagium Rodolphi Comitis Novicastri, dom. de Nidau, Petro Comiti præstitum, de dominiis de Cerliaco, de Hyrlant et de Hanes.

687. „ Majo. Lex municipalis communis Aquiani.

688. „ Majo. Stephani de Rossillione, Castellani Gebennensis, promissio tradendi castri Gebennensis in mauus Philippi electi Lugdun., si præmoriretur Petrus comes dicto Philippo.

689. „ Aug. 20. Excerpta e computo Humberti de Balma, castellani Avillianæ, de exitu ipsius Castellaniæ a 26. Aug. 1264 ad eundem diem auni sequentis.

690. „ Aug 20. Computus Humberti de Balma, Castellani Secusiensis, de exitibus ejusdem Castellaniæ a 20 Aug. 1264 ad 20 Aug. 1265.

691. „ Augusto. Concambium Præpositi Montis Jovis cum P. Comite, juris patronatus S. Lupi, possessionumque Monasterii apud Versoyam, contra patronatum ecclesiæ S. Liberii.

692. „ Aug. 31. Filii quond. Amandrici, dom. Castri Jurensis, iterant donationem patris sui, Petro Comiti Sabaudiæ factam, villarum Curcellarum, Baves et Balmæ, et Clusæ Jurensis.

693. „ Sept 17. Bonorum Petri Sabaudiæ Comitis in Anglia restitutio.

694. „ Sept. 17. H. Rex abrogat collationem thesaurariæ Eboracensis, Comiti Leicetsriæ prius factam.

695. „ Oct. 9. Eubalus de Montibus donat Petro Comiti prædium Bona subtus Genoglier, et de eo reinfeodatur.

696. „ Oct. 23. Relatio Wiffredi, Abbatis Habundantini de missione sua ad Comitem de Habsburg.

697. „ Oct. 27. Promittunt Domini de Estavayaco P. Comiti, quod nullum damnum ei de castro de Fons inferatur in bello suo cum Comite de Habsburg.

698. „ Henricus et Johannes, domini castri Jurensis, promittunt P. Comiti, se post mortem Comitis Cabilonensis, non recognituros aliumquemque de castro Jurensi, nisi de voluntate ejus.

699. „ Assisæ captæ Anno 49 Henrici III in Lincoln.

699a. „ ex conjectura. Fragmentum chartæ, de petitionibus Margarithæ de Sabaudia, relictæ Hartmanni senioris Comitis de Kyburg.

*

700. 1265. Testimonium Chronici germanici pervetusti de bello Rodolphi Comitis de Habsburg cum Petro Comite Sabaudiæ.

700 a. „ ex conjectura. Epitome computi cujusdam Salterii, non nuncupati, de blado apportato de Villa nova in Vallesiam.

701. 1266. Jan. 26. Hugonetus de Morestello vendit P. Comiti quicquid possederat in Mandamento de Euraison.

702. „ Febr. 1. Bertoldus Beivros recognoscit in feodum a P. Comite quandam grangiam prope Lausannam.

703. „ Febr. 2. Ratihabitio Episcopi Gebennensis, permutationum factarum inter P. Comitem et Monasterium S. Mauritii, possessionum de Commugny, Versoya et S. Lupo.

704. „ Febr. 2. Ludov. Major et Henricus filius ejus, faciunt fidelitatem ligiam P. Comiti.

705. „ Febr. 27. Compromissum et induciæ unius anni inter P. Comitem et Episcopum Sedunensem.

706. „ Apr. 10. Pax per sententiam arbitralem facta inter Philippum Electum Lugdun. et Guigonem Dalphinum.

707. „ Apr. 13. Conventio inter P. Comitem et Willelmum de Arlod, ratione fidelitatis a dicto Willelmo prædicto Comiti præstitæ.

708. „ Maji 6. Henricus Rex, de ablatione Comitatus Richemundiæ a Petro Comite, et de translatione hujus Comitatus in Ducem Britanniæ.

709. „ Maji 20. Inquisitio de controversia inter P. Comitem et Antonium de Miolans.

710. „ Maji 31. Ebali de Montibus cessio juris sui in decima de Berri, P. Comiti, qui eum reinvestit de dicta decima.

711. „ Aug. 20. Computus Humberti de Balma de exitibus Castellaniæ Avillianæ a 20 Augusti 1265 usque ad 20 Aug. 1266.

712. „ Sept. 29. Foedus P. Comitis cum Vldrico domino de Bremgarten.

713. „ Sept. 29. Excerpta e computo Humberti de Balma de exitibus castellaniæ Rippollarum, a festo b. Michaelis anni 1265 usque ad idem festum anni 1266.

714. „ Oct. 22. Inquisitio de usurpationibus Petri dom. de Camera, vicecomitis Maurianæ.

714a. 1266. Oct. 30. Concessiones P. Comitis factæ Willelmo Sarriod, in valle Augustana.
715. „ Nov. 4. Henricus Rex, de nuptiis Alberti Ducis Brunswicensis cum Alaisia de Monteferrato.
716. „ Nov. Albertus Dux Brunswyk ducit Atesiam de Monteferrato in uxorem.
717. „ Nov. 7. Assignatio H. Regis, 1000 marcarum facta Alberto Duci Brunswicensi.
718. „ Nov. 25. Rodolphus dom. de Stretilingen, ante Ecclesiam de Berno, promittit et jurat juvare P. Comitem, quamdiu Bernam teneret dictus Comes.
719. „ Nov. 29. Concambium inter P. Comitem ac Priores de Tonon et de Bellevaux.
720. „ Sententia P. de Solerio, judicis P. Comitis, in gratiam abbatis S. Mauritii.
721. 1267. Jan. 11. Amedeus et Roletus de Scalis faciunt fidelitatem P. Comiti.
721 a. „ Febr. 5. Petri Comitis confirmatio venditionis castri de Introd in Valle Augustana.
722. „ Febr. 2. Epitome computi Jacobi de Leddes, castellani de Sallion et custodis de Chamosson, de redditibus castellaniæ suæ, a festo purificationis b. M. 1266, ad idem festum 1267.
722 a. „ Febr. 2. Epitome Computi Aymonis de Herdes, perceptoris de Contesio, a festo purificationis b. Mariæ 1266 usque ad idem festum anni 1267.
723. „ Febr. 23. Homagium ligium Petri de Cruce, præstitum P. Comiti.
724. „ Mart. 28. Permutationes bonorum inter P. Comitem et Aimonem dom. de Blonay.
725. „ Mart. 29. Aimo dom. de Blonai cedit P. Comiti jus suum in mercato S. Pauli.
726. „ Apà. 8. Lis inter prioratum Romani Monasterii et Nichol. de Montibus, ad homines de Mollens spectans.
727. „ Apr. 11. Homagium ligium Willelmi domini Montaniaci de castro Montaniaci, et de dependentiis ejus, Petro Comiti Sabaudiæ præstitum.
728. „ Maji 1. Homines ligii 87 domini Montagniaci laudant homagium dicti domini sui, P. Comiti factum.
729. „ Maji 7. Humbertus et Guillielmus de Bellacomba, faciunt homagium Petro Comiti, de bonis suis in

Corcellis, in Bona, Comba de Escharabota et Longa Comba.

730. 1267. Maji 8. Computus Andreæ de Gresiaco, Mistralis Mauriannæ a Verna superius, a die 16. Nov. 1266 usque ad diem 8 Maji 1267.

731. „ Jun. 24. Extractum e computo P. de Gerbays, mistralis Novaliciæ a festo b. Johannis Baptistæ 1266 usque ad idem festum 1267.

732. „ Jun. 27. Fragmenta testamenti Guigonis Dalphini, Comitis Viennensis.

733. „ Aug. 4. Ebalus et Henricus fratres de Bioley, impignorant fratribus de S. Martino, locos de Bioley, Corevont, Opens et Orsens, laudante P. Comite Sabaudiæ.

734. „ Aug. 6. Breve Clementis IV Papæ, de restitutionibus Ecclesiæ Taurinensi faciendis.

735. „ Aug. 18. Mandatum Aymonis de Blonay Rainaldo de Estavayel, ut recognoscat jura Comitis Sabaudiæ in castrum de Fons.

735 a. „ Aug. 18. Testatur Episcopus Lausannensis, Aymonem de Bloniaco transtulisse jura sua in mandamento de Fons, in P. Comitem Sabaudiæ.

736. „ Aug. 20. Excerpta e computo Humberti de Balma, Castellani Avillianæ, Ripularum et Secusiæ, de exitibus castellaniæ Secusinæ a die 20 Aug. 1266 ad 20 Aug. 1267.

736 a. „ Aug. 20. Excerpta Humberti de Balma de exitibus Castellaniæ Avillianæ, a 20 Aug. 1266 ad eundem diem anni 1267.

737. „ Aug. 23. Concordia Petri Comitis et Agnetis Comitissæ cum Henrico Episcopo Gebennensi, de lite inter eos oborta.

737 a. „ Aug. 23. Approbatio Episcopi Gebenn. transactionum P. Comitis cum monasteriis S Mauritii et Montis Jovis, circa ecclesias S. Liberii, Communiaci et S. Lupi.

738. „ Aug. Agatha relicta Ottonis Aragon, vendit P. Comiti, casale in Paterniaco.

739. „ Sept. 8. Pax Margarethæ Comitissæ viduatæ de Kyburg, cum Rodolfo Comite de Habsburg.

740. 1267. Sept. 11. Aymo, filius dom Willelmi de Prangins, facit donationem P. Comiti, feodi Johannis de Greilli, hucusque a dicto Aymone recogniti.
740a. „ Sept. 20. Excerpta Computi H de Balma, Castellani Ripollarum a festo S. Michaelis 1266 ad idem festum anni 1267.
741. „ Dec. 18. Procuratio Episcopi et Capituli Taurinensium ad prosequendas actiones suas in curia Romana contra Petrum Comitem et liberos quond. Thomæ fratris sui
741a. „ Escaeta terrarum P. de Sabaudia apud Homward.
742. „ Petri de Sabaudia, Friburgenses aggressuri, Litteræ ad Archiepiscopum Tarantasiæ, in favorem Petri de Aquablanca.
742. — ... Fragmentum Catalogi Episcoporum Sedunensium.
743. — Statuta P. Comitis, de administratione juris publici, de causidicis et de Notariis
744. 1264-65-66 vel 1267. Maji 24 vel 29. Obitus Rodoplhi Comitis Gebennesii.
745. 1268. Jan. 19. De donationibus Amedei IV Comitis, Cæciliæ Comitissæ factis.
746. „ Febr. 2. Computus Petri de Sassons Castellani Contesii.
746a. „ Febr. 2. Computus Aymonis de Herdea, de exitibus Contesii.
746b. „ Febr. 2. Aymonis Episcopi Gebennensis, ratihabitio permutationis castri de Commugni, factæ inter Abbatem Agaunensem et P. Comitem
747. „ Johannis Episcopi Lausann. concessio fundationis coenobii Filiarum Dei.
748. „ Aprilis 22. Placitum coram Rege Angliæ apud Westmonasterium
749. „ Maji 7. Testamentum Petri Comitis Sabaudiæ.
750. „ Maji 10. De dote filiæ Thomæ II de Sabaudia Comitis.
751. „ Maji 11. Codicillum Testamenti Petri Comitis primum.
751a. „ Maji 14. Codicillum Testamenti Petri Comitis Secundum.
752. „ Maji 16-17. OBITUS PETRI COMITIS SABAUDIÆ.
753. „ Maji 26. Homagium Petri domini de Beaufort, præstitum Agneti dominæ Fuciniaci.
754. „ Junii 1. Breve Clementis IV Papæ, de citatione Beatricis relictæ Thomæ II de Sabaudia Comitis, et

liberorum ejus, ratione litis eorum cum Episcopo Taurinensi.

755. 1268. Junii 3. Rex Angliæ committit Eduardo, primogenito suo, custodiam omnium bonorum quondam Petri Comitis Sabaudiæ, sitorum in regno Angliæ.

756. „ Junii 16. Homagium Antelmi de Miolans, factum Philippo Comiti Sabaudiæ.

757. „ Junii 24. E Computo P. de Gerbays, mistralis Novaliciæ.

758. „ Mense Junio Permutatio inter Philippum Comitem et Hugonem de Paleysuez, ballivum Waudi, Turris de Viveys contra istam de Codulfrin.

759. „ Mense Junio. Judicium episcopale, repellens protestationem P. de Morens contra fundationem coenobii Filiarum Dei.

760. „ Julii 15. De donis Petri Comitis Sabaudiæ, Alienoræ Reginæ Angliæ factis.

761. „ Julii 16. De Comitatu Richemundiæ.

762. „ Julii 17, 18, 19, 20, 21. De lite inter Episcopum Taurinensem et relictam liberosque Thomæ II de Sabaudia.

763. „ Julii 20. Circa traditionem castri Richemundiæ, Johanni de Britannia

764. „ Aug 9. Testamentum Agnetis, dominæ Fuciniaci, relictæ Petri Comitis Sabaudiæ.

764a. „ Aug. 11. Obitus Agnetis, Comitissæ Sabaudiæ.

765. „ Aug. 12. Pactum Philippi Comitis Sabaudiæ, cum Beatrice domina Thoriæ, filiisque suis, contra Beatricem, filiam quond. Petri Comitis Sabaudiæ.

766. „ Aug. 15. Computus Guill. Sarrios, Castellani Castri Argenti.

767. „ Aug. 20. Ratio Humb. de Balma, Castellani Avillianæ, de exitibus istius Castellaniæ pro anno 1268.

768. „ Aug. 20. Ratio Humb. de Balma de exitibus Secusiæ et Ripolarum pro 1268.

769 „ Sept. 9. Pactum Philippi Comitis Sabaudiæ cum Universitate Bernensium, circa protectionem dictæ Communitatis.

770. „ Sept. 10. Recognitio P. de Beaufort, se tenere terram de Beaufort et villam Luciæ, a hærede quond. Agnetis dominæ Fuciniaci, sub homagio ligio.

---

771. 1268. Sept. 17 ad Oct. 12. Transacta coram sede apostolica circa litem inter Episcopum Taurinensem et relictam liberosque Thomæ II de Sabaudia.

772. „ Sept. 29. E Computo Humberti de Balma Castellani Ripollarum, a festo B Michaelis 1267 ad idem festum anni 1268.

773. „ Oct. 23. Contrat de Mariage de Pierre Bovero fils de Jehan Cuens de Bourgougne, avec Bietrix (Contesson) fille ca en arriere de Amedee Conte de Savoye.

773a. „ Oct. 24 Donatio Beatricis, uxoris Petri dicti Bover, filii Comitis Burgundiæ.

794. „ Oct 24. Cæcilia, relicta Amedei Comitis Sabandiæ cedit, titulo donationis inter vivos, Philippo, tunc Comiti Sabaudiæ, omnes rationes sibi devolutas ex hereditate Bonifacii, quond. Comitis Sabaudiæ, filii sui.

775. „ Nov. 8. Prior et Conventus Paterniacensis concedunt Philippo Comiti Advocatiam dicti Monasterii.

776. „ Nov. 14. Remissiones vicissim factæ inter Philippum Sabaudiæ Comitem et Henricum Episcopum Seduuensem, permutationum ejusdem Episcopi cum Petro quond. Sabaudiæ Comite pactarum.

777. „ Nov. 25. Extracta è computo Guarnerii de Bosellis, Mistralis Maurienнæ superioris, a 1 die Augusti usque ad festum b. Katerinæ, anni 1268.

778. „ Mense Novembris Prior et Capitulum Monasterii Paterniaci committunt Advocatiam hujus Ecclesiæ Philippo Comiti Sabaudiæ.

779. „ Donum Petri Comitis Sabaudiæ, militi de Ferrato, poetæ, factum.

780. 1269. Jan. 21. Pacificatio inter Philippum Comitem Sabaudiæ et Guigonem Dalphinum.

781. „ Jan. 22. Querelæ Guigonis Dalphini, de induciis violatis, contra Philippum Comitem, arbitraliter sopitæ.

782. „ Jan. 28. Willelmus de Wippens filius quond. Vldrici donat Philippo Comiti castrum de Verdchatel.

783. „ Jan 28. Willelmus, dom. de Wippens, recognoscit in feodum a Comite Sabaudiæ, castrum Rochiæ in Hogo.

784. „ Martii 6. Henricus Angliæ rex, scribit Gastoni Vicecomiti Bearnensi, de Matrimonio Henrici de Alemannia

filii Ricardi Regis Rom., et Constantiæ, filiæ dicti Gastonis.

785. 1269. Martii 20. Judicium Johannis de Castellare Judicis Comitis Sabaudiæ, inter Beatricem relictam Thomæ II de Sabaudia et Rod de Camberiaco.

786. „ Julii 15. Walterus Episcopus Argentinensis, laudat donationes quond. Hartmanni senioris, Comitis Kyburg. Margarithæ de Sabaudia, uxori suæ factas.

786a. „ Nov. 15. Transactio de liberatione Beatricis Dalphine et filii ejus Johannis, e vinculis Beatricis de Fuciniaco, relictæ Stephani domini de Thoria.

787. „ Tributum Caorsinorum, Bernam adeuntium, fisco Comitis Sabaudiæ persolutum.

788. 1270. Jan 28. Obligatio Monasterii Wettingensis erga Margaritham, relictam Hartmanni Comitis Kyburgensis.

789. „ Mense Jan. Donatio Beatricis Dalphinæ 25 librata-rum terræ in locis Bayoies, Corcellis et Suchiez, facta Amedeo domino Montisfalconis.

790. „ Febr. 13. Compromissum Beatricis Dominæ Thoriæ et filiorum suorum ex una, et Beatricis Dalphinæ ex altera parte, in Philippum Comitem, de lite vertente inter ambas Beatrices.

791. „ Mense Febr. Promissio Beatricis de Thoria, submissionis suæ arbitrio Philippi Comitis.

792. „ Mense Febr. Sponsio illorum de Thoria, de emendandis sumptibus Philippo Comiti emersuris ex arbitrio inter illos et Dalphinam.

793. „ Mense Martio. Excerpta e rotulo pedagii Villæ novæ prope Chillon annorum 1269 et 1270.

794. „ Jun. 19. Decessus Bonifacii, Archiepiscopi Cantuariæ.

794a. „ Julii 14. Epitaphium Bonifacii de Sabaudia, Archiepiscopi Cantuariæ.

795. „ In Augusto. Foedus inter fratres Thomam et Amedeum de Sabaudia, et Beatricem Dalphinam.

796. „ Sept. 29. Excerpta e computis Humberti de Balma, Castellani Ripolarum, Avillianæ et Secusiæ, a festo S. Michaelis 1268 ad idem festum anni 1270.

797. „ Nov. 2. Charta Henrici Regis Angliæ, de honoribus Aquilæ et Hasting, a quondam Petro Comite, filiis Thomæ fratris sui, per testamentum suum legatis.

798. 1271. Januario. Duæ procrasinationes compromissi initi in arbitrium Philippi comitis, interjectæ a Domino de Thoria et filiis suis.

799. „ Febr. 25. Remissio castri Cusinii in manus Philippi comitis, jussu Beatricis Dalphinæ.

800. „ Mart. 13. Carolus Siciliæ rex, nunciat Edwardo primogenito Regis Angliæ, Henricum, Ricardi Rom. Regis filium, nequiter occisum fuisse a fratribus Montisfortis.

801. „ Apr. 16. Foedus inter Bernenses et Friburgenses.

802. „ Apr. 18. Declaratio Bernensium ad Friburgenses, circa terminum foederis eorum cum Philippo comite.

803. „ Augusti 1. Compromissum Beatricis Dalphinæ ex una, et fratrum de Thoria ex altera, in arbitrium de lite eorum, in manus Eadmundi, nati Regis Angliæ, et Philippi comitis Sabaudiæ.

804. „ Aug. 3. Sententia arbitralis inter Beatricem Dalphinam et dominam de Thoria.

805. „ s. die. Fidejussores executionis sententiæ arbitralis, ab utraque parte constituti.

806. „ s. die. Assignationes Beatricis Dalphinæ, pro executione sententiæ latæ.

807. „ Oct. 15. Beatrix Dalphina cavet Odoni Alamandi de emendandis damnis illei eventualiter irrogandis e fidejussione sua.

808. „ Dec. 11. Universitas de Vapinco (Gap) recognoscit, consulatum suum esse de feudo liberorum quond. Guigonis Dalphini.

809. 1272. Jan 18. Pactum de tutela gerenda Johannis pupilli Dalphini, inter Beatricem matrem ejus, et Robertum ducem Burgundiæ.

810. „ Aug. 23. Foedus burgensium habitatorumque Muratensium cum Philippo comite.

811. „ Mense Augusto. Lettre reversale de Philippe cuens de Savoe et B. sa niepce, fille de Pierres ca en arrieres, que la cession faite par dicte dame B. au Cuens Philippe n'aye vigueur que jusqu'au décès du comte.

811. „ Nov. 16 Obitus Henrici III. Regis Angliæ.

812. 1273. Apr. 1. Bulla excommunicationis Gregorii X. P. M. contra Guidonem de Monteforti, occisorem Henrici, filii Ricardi, Rom. Regis.

813. 1273. Apr. 2. Pactum matrimonii Beatricis Dalphinæ cum Gastone vicecomite Bearnensi.
814. „ Mense Maji. Epitome testamenti Adalasiæ, relictæ Alberti dom. de Turre et de Coloniaco.
815. „ Junii 25. Phillippus comes Sabaudiæ, recognoscit, se recepisse in feudum ab Edwardo Rege Angliæ, castra Avillianæ et Bardi, et villas Secusiæ et S. Mauricii in Chablasio, et de illeis fecisse homagium dicto Regi.
816. „ Aug. 31. Humbertus, dom. de Turre, promittit Beatrici comitissæ et dominæ Fuciniaci, quod, post mortem Philippi comitis Sabaudiæ, statim faciet homagium ipsæ Beatrici et Gastoni, marito ejus, de feudis, pro quibus prædecessor suus fecerat homagium quond. Petro comiti Sabaudiæ.
817. „ Sept. 1. Pactum matrimoniale inter Humbertum dom. de Turre, et Annam filiam quond. Guigonis Dalphini et Beatricis dominæ Fuciniaci.
818. „ Sept. 4. Necrologium Margarethæ, quond. comitissæ de Kyburg.
818a. 1274. Aug. 19. Coronatio Edwardi I Regis Angliæ.
819. „ Oct. 23. Pactum Beatricis, dominæ Fuciniaci cum Aymone Episcopo Gebennensi, de jurisdictione in Bona.
820. „ Nov. 11. Edwardus I, Rex Angliæ, confirmat Philippo com. Sab. solutionem annuam 200 marcarum argenti pro homagio præsito de quatuor feudis Sabaudicis.
821. „ Nov. 11. Edwardus Rex statuit, istas 200 marcas argenti, quas assignaverat quond. Henricus Rex annuatim solvendas Amedeo comiti Sab. etiam in futurum solvendas fore pro homagiis de IV feodis Sabaudicis, Philippo comiti et heredibus ejus.
822. „ Philippus comes donat coenobio filiarum Dei apud Rotundum montem censum annuum decem solidorum.
823. 1275. Maji 21-23. Decessus et sepultura Cæciliæ comitissæ, relictæ Amedei IV comitis.
824. „ Julii 19. Alienora Regina Angliæ confert in consanguineos suos, filios Thomæ II, castra sibi pertinentia Petræ Castelli et Montisfalconis.
825. „ Augusti 6. Apocha Edwardi Regis Angliæ pro Philippo comite, de 1000 marchis argenti.

826.	1276	in Augusto. Beatrix, domina Fuciniaci, concedit Capitulo Gebennensi jus escaetæ quarundam terrarum in territorio Viniaci.
827.	1277.	Aug. 1. Obitus Alesiæ (Contesson) filiæ Thomæ II de Sabaudia comitis.
828.	"	Nov. 5. Homagium Jacobi de Bugey, factum Beatrici dominæ Fuciniaci, pro dominio Rochefort in terra Bugey.
829.	"	Nov. 15. Epitome litterarum Regis Angliæ Regi Franciæ, de negotiis Gastonis vicecomitis Bierniæ.
830.	"	In Nov. Divisio dominiorum quond. Aymonis, dom. Montaniaci inter filios ejus.
831.	1278.	Febr. 4. Leonetæ, dominæ de Jaz, recognitio plurium feudorum erga Beatricem, dominam Fuciniaci, consentiente filio suo, P. de Joinville.
832.	"	Oct. 23. Leoneta, domina de Jaz, jubet Petrum, dom. Castellionis Michalliæ, facere Homagium Humberto de Turre et Beatrici, comitissæ Viennensi.
833.	"	in Nov. Testamenti Alicis comitissæ palatinæ Burgundiæ, uxoris Philippi comitis, epitome.
834.	"	Martii 1 vel 8. Decessus Alicis, comitissæ palatinæ Burgundiæ et comitissæ Sabaudiæ.
835.	1279.	Apr. 4. Litteræ Edwardi Regis, de matrimonio Constantiæ Bearnensis, relictæ Henrici de Alemannia cum Eduardo Genenne.
836.	"	Apr. 22 vel 29. Homagium Petri dom. Castellionis Michalliæ præstitum Beatrici dominæ Fuciniaci.
837.	"	Apr. 28. Edwardus Rex ignoscit Gastoni vicecomiti Bearnensi, offensas suas.
838.	"	Oct. 19. Beatrix, filia P. comitis Sabaudia, spondet deductiones de 6000 ℔ Vienn. sibi debitis a Leoneta domina de Gayx et filiis ejus.
839.	"	Mense Dec. Sententia arbitralis inter dominam Fuciniaci et Capitulum Gebennense.
840.	1280.	Apr. 28. Promissio Beatricis dominæ Fuciniaci, servare indemnem Aynardum de Turre, dominum Vignayci, de fidejussione ejus inita erga dom. Montislupelli.
841.	"	Julii 28. Recognitio Petri de Porta, aliquot hominum et bonorum loci Cletarum, in feoda Aymonis comitis Gebennesii.

842. 1281. Febr. 18. Edwardi Regis Angliæ, litteræ 4, de pace restauranda inter Rodolphum Rom. Regem et comitem Sabaudiæ.

843. „ Junii 24 Reductio castri Bucurionis in manus Ecclesiæ Gratianopolitanæ.

844. 1282. Apr. 30. Obitus Thomæ (III) de Sabaudia.

845. „ Junii 2. Confoederatio inter Beatricem, dominam Fuciniaci, Johannem Dalphinum, filium ejus, Amedeum comitem Gebennesii et Robertum Episcopum Gebennæ.

845a. „ Junii 3, Mandatum B. dominæ Fuciniaci, debentibus fidelitatem quond. Petro comiti Sabaudiæ, ratione impignorationis Gebennensis, ut transferant fidelitates suas in comitem Gebennesii, ratione hypothecæ solutæ.

845b. 1285. Jun. 2. Castrum comitum Gebennesii in potestate comitis Sabaudiæ.

846. 1282. Sept. 24. Obitus Johannis Dalphini, filii Beatricis dominæ Fuciniaci.

847. „ Sept. 24 Beatrix, domina Fuciniaci, donat Johanni, primogenito Annæ, filiæ suæ et Humberti, dom. de Turre, jura et dominia, sibi ex herediiate paterna et materna contingentia.

848. 1283. Jun. 4. Initium obsidionis Paterniaci, per Rodolphum Rom. Regem.

849. „ Jul. 8 (vel 9). Obitus Beatricis Comitissæ, relictæ quond. Thomæ II de Sabaudia comitis.

850. „ Dec. 27. Rodolphus Rom. Rex remittit Moratensibus indignationem suam de adhæsione eorum comiti Sabaudiæ, et de resistentia sibi, Regi, facta.

851. „ Dec. 27. Pax inter Rodolphum Regem et Philippum comitem Sabaudiæ.

852. „ Dec. 27. Rodolphus Rex recipit in gratiam suam villam et burgenses Paterniaci.

853. „ Dec. 29. Rodolphus Rex confitetur, se habuisse juxta pacem factam, Muratum et Contaminam in potestate sua.

854. „ Mense Dec. Rodolphus Rex expugnat Paterniacum.

855. „ Libertates honoris de Richmond commissæ Johanni de Britannia.

856. 1284. Febr. 4. Rodolphus Rex Robertum ducem Burgundiæ investit de juribus, illei ex morte Johannis Dalphini competentibus in Dalphinatu.

857. „ Maii 11. Concordia inter dominam Fuciniaci et Capitulum Gebennense.

858. „ Maii 13. Conventio inter dominam Fuciniaci et Capitulum Gebennense.

859. „ Oct. 23. Epitome dispositionis Philippi comitis Sabaudiæ circa successionem suam.

860. „ Dec. 18 Compositio litis inter Gastonem Bearnensem, Beatricemque uxorem ejus, ex una parte, et Humbertum de Turre Pini Annamque uxorem ejusdem, ex altera.

861. 1285. Apr. 9. Hypotheca Gastonis vicecomitis Bearnensis, facta Beatrici, uxori suæ, pro 2000 lib. turonensibus, 400 lib. Vienn. et 200 Marcis argenti, sibi a dicta uxore mutuatis.

862. „ Aug. 10. Potestas Philippi comitis, Edwardo Regi Angliæ et Alienoræ matri illejus data, ordinandi et complendi, cujus ad salutem animæ suæ opus fuerit, etc.

863. „ Aug. 14. Petrus de Jaiz, consentiente matre Leoneta, facit homagium Amedeo de Sabaudia.

864. „ Sept. 11. Ratihabitio transactionum Beatricis, filiæ Petri quond. comitis Sabaudiæ cum A. comite Gebennesii, per Gastonem Bearnensem conjugem dictæ Beatricis.

865. „ Oct. 16. Decessus et Necrologium Philippi comitis Sabaudiæ.

866. 1286. Jan. 1. Petrus dom. de Jaiz et Leoneta, mater ejus, faciunt homagium Amedeo V comiti Sabaudiæ pro feodis de Jaiz.

867. „ Jan. 14. Judicium arbitrale inter heredes Philippi comitis, Amedeum et Ludovicum, circa successionem dicti comitis.

868. „ Apr. 12. Gratiæ Edwardo I Angliæ Regi actæ ab Amedeo comite Sabaudiæ.

869. „ Jul. 5. Apocha Amedei comitis, Edwardo Regi data, de CCC marcis Sterlingorum, sibi solutis, ratione quatuor feudorum Sabaudicorum Regis Angliæ.

870. 1286. Julii 30. Permutationes inter Beatricem, filiam quond. Petri comitis Sabaudiæ, et generum et filiam suos Humbertum Dalphinum et Annam.

871. 1287. Nov. 10. Beatrix, filia P. comitis Sab. donat Humberto, genero suo, 10,000 libras, sibi ab eo debitas, titulo dotis.

872. „ Nov. 20. Compromissum in Edwardum Regem Angliæ, inter Beatricem fil. P. comitis et Amedeum comitem Sabaudiæ.

873. „ Nov. 22. Homagium dominorum Turris Pini, comitibus Sabaudiæ debitum, ab Amedeo comite requisitum, a Humberto Dalphino negatum, ab arbitris huic imponitur, sed ab amedeo ad dies vitæ ei condonatur.

874. „ Nov. 22. Humberti Dalphini litteræ reversales Amedeo comiti datæ, de remisso Humberto homagio ad dies vitæ pro Turre Pini.

875. „ Nov. 28. Guillelmus Episcopus Gebennensis poscit ab Amedeo comite Sab. restitutionem castri in Insula Gebennensi, a dicto comite vacante sella episcopali occupati.

876. „ Dec. 30. Iterata summonitio Guillelmi Episcopi ad Amedeum comitem, reddendi castri in insula Ecclesiæ Gebennensi.

877. 1289. Aprilis. Beatrix, filia P. comitis, requirit Amedeum comitem, ut dirimatur per judicium arbitrale, lis inter eos oborta, de homagio dominorum de Prangins.

878. „ Maji 17. Summonitio Beatricis fil. P. comitis, Ludovico dom. de Jaiz directa, ut faciat sibi homagium ligium debitum.

879. „ Mense Aug. Summonitio Amedei Comitis, Beatrici dominæ Fuciniaci facta, ut præstet sibi homagium debitum de feodis suis in Tarantasia sitis.

879a. „ Mense Aug. Responsum dilatorium Beatricis, fil. P. de Sab. Amedeo comiti datum, circa homagium requisitum de feudis in Tarantasia.

880. „ Nov. 13 et 20. Iteratæ summonitiones Episcopi Gebennensis Amedeo comiti Sab. factæ, ut extradat castrum in insula Gebennensi.

881. „ Dec. 9. Annæ Dalphinæ, consentiente Humberto conjuge, cessio totius Dalphinatus nec non comitatus

Viennensis et Albonis, Johanni filio suo, a patre emancipato.

882. 1290. Jan. 11. Sententia excommunicationis Episcopi Gebenn. lata juxta decretum Concilii Viennensis, contra illos, qui castrum insulæ in Gebenna olim invasere

883. „ Apr. 26. Obitus Gastonis Vicecomitis Bearnensis.

884. „ Maji 11. Rogerius Bernardus, comes Fuxi, vicecomes Bearni, gener Gastonis defuncti, promittit Regi Angliæ homagium pro vicecomitatu Bearniæ.

885. „ Nov. 28. Obitus Eleonoræ, reginæ Angliæ, uxoris Edwardi I Regis.

886. 1291. Apr. 1. Præbenda b. Mariæ Magdalenæ fundata a Nicholao de Bersatoribus, Episcopo Augustano.

887. „ Junii 25. Obitus Alienoræ de Provincia, Reginæ Angliæ, relictæ Henrici III Regis.

888. „ Aug. 9. Pactum inter civitatem Bernensem et Amedeum comitem, de protectione assumenda a dicto Amedeo, loco imperii, prædictæ communitatis.

889. „ Aug. 9. Amedei comitis acceptatio protectionis civitatis Bernensis.

890. „ Aug. 14. Amedeus comes concedit communitati de Murato, libertatem eligendi sibi Scultetum annis singulis.

891. „ Inter 19 Aug. et 26 Sept. Supplicatio Capituli Gebennensis ad Episcopum suum, Guillelmum de Confluentibus, ratione hostilitatum a Humberto Dalphino et Amedeo comite Gebennesii, Episcopo, Capitulo et Communitati illatarum.

891 a. „ Sept. 26. Sententia excommunicationis Episcopi Gebenn. contra Humbertum Dalphinum: Bellum inter ipsos, Beatrice, domina Fuciniaci opem ferente Humberto genero suo.

892. „ Oct. 21. Aggravatio excommunicationis, Humberto Dalphino inflictæ ab Episcopo Gebennensi.

893. 1292. Febr. 23. Obitus Beatricis, filiæ Amedei com. Sabandiæ.

893 a. „ Apr. 12. Fundatio domus Carthusiæ Melani, per Beatricem dominam Fuciniaci.

894. „ Jul. 13. Corroboratio donationis Humberti et Annæ Dalphinorum, Johanni filio eorum factæ, totius Dalphinatus et comitatus Viennensis et Alboncnsis.

895. 1293. Maji 26. Donatio Beatricis Magnæ Dalphinæ, facta Amedeo comiti Sab. plurium bonorum et castrorum Faciniacensium, reservato usufructu ad dies vitæ, et de bonis donatis reinfeodatio.

896. „ Maji 27. Commutatio homagiorum inter comitem Sabaudiæ ex una, et Humbertum Dalphinum et Beatricem dom. Faciniaci, ex altera parte.

897. „ Junii 12. Amedeus comes Sab. declarat, Beatricem dominam Faciniaci sibi fecisse homagium de feodis faciniacensibus sibi donatis.

898. „ Julii 17. Pacificatio Guillelmi Episcopi Gebenn. cum civibus Gebennensibus, interveniente Sabandiæ comite.

899. 1294. Apr. 29. Traditio feodorum faciniacensium Beatricis, filiæ P. comitis, facta Amedeo comiti Sab.

900. „ Maji 28. Obitus Sibyllæ, comitissæ Sabaudiæ, conjugis Amedei comitis.

901. 1296. Jan. 1. Amedeus com. Sabaudiæ declarat, Beatricem dom. Faciniaci sibi tradidisse, quicquid juris ei competebat, in castro et mandamento Versoyæ.

902. „ Febr. 12. Compositio litis inter Martinum Episcopum Gebenn. et Beatricem filiam P. comitis Sabaudiæ, circa limites Faciniaci et mandamenti de Salaz.

903. „ Sept. 15. Donatio Beatricis, dominæ Faciniaci, totius terræ Faciniaci, Humberto genero suo, ad opus unius liberorum ejus, quem ipsa Beatrix magis optaverit.

904. 1297. Martii 13. Rodolphus comes Novicastri dominus de Nidowa recognoscit in feodum a Ludovico de Sabaudia, domino Waudi, castrum Cerliaci, quod antea tenuerat a comite Philippo de Sabaudia.

905. „ Martii 16. Sponsiones et potestates Edwardi I R. Angliæ, de connubio filiæ suæ Johannæ cum Amedeo comite Sabaudiæ.

906. „ Martii 22. Rodolphus comes Novicastri, dom. de Nydowa recognoscit se tenere in feodum a Ludovico de Sabaudia, domino Waudi, castrum Cerliaci, quod prius tenuerat a comitibus Sabaudiæ, Petro et Philippo.

907. 1298. Febr. 3. Humbertus Dalphinus et Anna Dalphina investiunt Hugonem filium emancipatum suum, de Castro Bonondi.
908. „ Mart. 4. Permutatio hominum et homagiorum inter Beatricem fil. P. comitis Sab. et Guillelmum Episcopum Gratianopolitanum.
909. „ Apr. 2. Ligue de Humbera Daufins etc. et Anne Daufine etc. et Johans lour aymes fiz, avec lour tante Leone de Gez et son fil Guillaume.
910. „ Sept. 28. Infeodation de Jehans de Monbeliart Seignour de Montfaucon par Biautrix dame de Fucigney, de ce qu'elle tenoit à Bayores, a Corceiles, a Suchie et dou chastel et de la ville d'Yverdun.
911. 1299. Apr. 22. Edward Roi d'Engleterre, charge son ame cosin Ame counte de Sauvoye, Jehan de Bar et Othes de Grauntzon — de nègocier la paix avec le Roi de France.
912. „ Junii 5. Edward Roi de Angleterre a assignetz pur treter... sur les busognes, lui et li Roi de France (undecim plenipotentiarios, inter quos) Amaden de Sauvoie, Otez de Grauntzon, Gerard de Vyspeins.
913. „ Aug. 3. Compositio apud Mustroill, inter Reges Angliæ et Franciæ.
914. „ Nov. 16 vel 17. Assisæ coram Rege Angliæ, Relaxatio Amedei comitis feodorum de Aquila et Coateseia.
915. 1301. Mart. 16. F. de Lucingiis Præpositus Gebennensis, recognoscit esse de feudis Episcopi Gebennensis, bona quæ ipse tenet in terra de Salaz
916. 1302. Febr. 5. Beatrix domina Fuciniaci, laudat assetamentum Girardi de Greysier.
917. „ Julii 26. Beatrix domina Fuciniaci, approbat homagium Roberti Vuagnard, factum Episcopo Gebennensi.
918. 1303. Aug. 26. Circa nuptias Margaretbæ, filiæ Humberti et Annæ Dalphinorum, cum Manfredo, marchione Salutiarum: assignatio dotis ex parte Beatricis dom. Fuciniaci.
919. 1304. Jan. 2. Traditio baroniæ Fucigniaci, facta de mandato Beatricis, dominæ Fucigniaci, Hugoni, filio Humberti et Annæ, Dalphinorum.
920. „ Dec. 12. Beatrix, dom. Fucigniaci, statuit sibi, patri et filio suis, Anniversaria in Gebenna.

921. 1304. Dec. 23. Confitetur Fr. Amedeus conversus Reposatorii, se habere ex parte Beatricis, dominæ Fucigniaci, 15 lib. Gebenn.

922. 1308. Aug. 16 et Nov. 16. Pax inter Amedeum com. Sab. et adjutores ejus ex una parte, et Beatricem Dalphinam, unâ cum Hugone Dalphini filio, et coadjutoribus eorum ex altera.

923. „ Nov. 14. Requisitio Beatricis, filiæ P. com Sab. facta Amedeo comiti Sabaudiæ, circa fidelitatem a Hugone faciendam, de dominio Fucigniacense.

924. „ Nov. 17. Beatrix, fil. Petri comitis, et nepos ejus Hugo, confirmant donationem factam Amedeo comiti.

925. „ Hugo dom. Fuciniaci promittit Willelmo comiti Gebennesii, absolutionem a fidejussione inita pro avia sua Beatrice.

926. 1309. Jan. 7. Quinque missi Johannis Dalphini ad Beatricem aviam suam, postulant ab illa traditionem trium castrorum.

927. „ Jan. 7. Donatio inter vivos castrorum quatuor, a Beatrice, domina Fuciniaci, facta Hugoni Dalphino nepoti suo.

928. „ Martii 13. Transactio inter Aymonem (de Quarto) Episcopum Gebennæ, et Mermodum de S. Jorio terminata mediantibus Beatrice et Hugone, dominis Fuciniacensibus.

929. „ Junii 18. Donatio Beatricis et Hugonis, dominorum Fuciniaceusium, Episcopo Gebennensi facta, jurum suorum et cursùs aquarum in loco dicto de Vernet.

930. „ Junii 18. Beatrix et Hugo, Domini Fuciniacenses, interdicunt castellanis suis de Bona in Fuciniaco, invadere terram de Salacio, Episcopo Gebennensi pertinentem.

931. „ Julii 20. Permutatio bonorum inter dominos Fuciniacenses et Capitulum Gebennense.

932. „ Sept. 9. Pactum matrimonii inter Hugonem dom. Fuciniaci et Mariam filiam Amedei comitis Sabaudiæ.

933. „ Sept. 8. Homagium Hugonis Dalphini factum Amedeo comiti, et matrimonium Hugonis cum filia comitis Maria.

934. „ Nov. 18. Sententia judicis in Fuciniaco, inter Beatricem dominam et Hugonem de Margencello.

935. 1310. Apr. inter 19 et 26. Obitus Beatricis, magnæ Dalphinæ, dominæ Faciniaci, filiæ Petri comitis Sabaudiæ.

936. „ Junii 24. Concedit Capitulum Gebennense Hugoni Dalphino, domino Faciniacensi, ut redimere possit decimas de Bioley et de Sallenchia.

937. 1317. Augusti 5. Gerardus Episcopus Basiliensis, dom. de Wippens, recognoscit se tenere in feudum a Ludovico de Sabaudia, domino Waudi, castrum de Wippens.

938. 1319. Junii 30. Testimonium comitis de Buchegg, de conventionibus in loco Bollingen, pro dirimendis litibus inter communitatem de Berno et comites de Kyburg.


ERRATA.

Pag.

3. L. 3, lege *mansis* pro mausis.
12. L. 9, *natali* p. natalis.
15. L. 1, *incarn* p. incam.
15. Ch. 36. Linea sursum numeranda 9, *tertia pars* p. tertiam partem.
17. L. 5, *domui* p. domni.
23. Ch. 50. L. 14, *Voltens* p. Volteus.
23. Ch. 51. L. 4, *Landrico* p. Laudrico.
25. Ch. 59, In fine, adde allegatum : *Guichen. prob. 59.*
26. L. 1, *Willelmus II* p. Willelmus I.
28. L. 4, deleatur punctum post vocem «*rubea.*»
29. Ch. 65 a L. 3, *MCCXXVI* p. MCCVXVI.
30. Ch. 67. L. 1, deleatur nomen *Thomas* post «*filii sui.*»
33. In fine. Omissum est allegatum Chartæ 75 : *Autenticum in Archivo Monasterii Wellingensis.*
34. L. 15, Numerus Chartæ *77* p. 78, et *1232* p. 1231.
34. Ch. 78. L. 9, *A. Dom.* p. a Dom.
35. L. 7, *Thomas* p. Thoma, et L. 8, *Meyrieu* p. Meyricus.
39. L. 6, *recensentur* p. recensuntur.
40. Ch. 91. L. 2, *Mse* p. Msc.
46. L. 12, *absolutus* p. obsclutus; L. 18, *ostagia* p. ostagio.
54. Ch. 108. L. ante penult. post *militibus*, ponatur semikolon.
54. Ch. 109. L 4, *A D. M. CC. XXXVI. VII Kal. Julii* p. MCCXXXVI. Kal. Julii.
55. Ch. 110. L. 2, *Maji 13* p. Maji 12.
55. Ch. 110. L. 13, post *legitur*, *semikolon* p. puncto.
57. Ch. 117. L. 4, *Hardel* p. Hardal.
58. Ch. 120. L. 6. Excidat: (*vel potius XIV*).


Pag.
59. L. 9, ambo Kommata hujus Lineæ, deleantur.
65. L. 23, *ultra* p. ultro.
67. L. surs. num 19, (Nov. 19) p. (Nov. 12).
67. L. s. n. 4, *comminentur* p. comminuetur.
69. Ch. 136. L. 7, *de* Gruerta p. e Gruerta.
70. L. 4, **absoluit** p. *abotuit*.
73. L. s. n. *semetipsum* p. sesemetipsum.
86. Ch. 152. L. 8, *et* p at.
90. L. penult. Anno *regni* Hen. p. Anno Hen.
97. L. penult. **Curtis** p. *Curti*.
104. L. s. n. *Rex* p. Bex.
107. Ch. 196. L. 8, *eum* p. cum.
109. Ch. 205. L. 5, *quæ fuerunt* p. que fuit.
112. Ch. 215. L. 1, *1248* p. 1288.
118. L. s. n. 3 et 2, *ejusdem Chartæ* p. eadem Charta.
120. Ch. 233. L. 9, deleatur secunda vox «salvis».
122. Ch. 241. L. antepenult. *Lesignan* p. Lesignau.
123. L. 8, *Turris* p. Turis.
125. L. 4, *Melianum* p. Mellanum; L. 5, *Sabaudiæ* p. Sabaudia.
127. Ch. 250. L. 4, *potuerit* p. poterit.
136. L. 19, *scheaux* p. scheaux.
136. L. s. n. 4, *seals* p. sceals.
151. Ch. 286 b. L. S, *Petrus* p. Petro, et *miles* p. militi.
151. Ch. 287 a. L. 3, *Marcharum* p. Marchas.
154. L. s. n. 3, *et* p. e.
170. Ch. 326. L. 2, *consentiente* p. cooperante.
171. Ch. 330. L. ult. *Mat.* p. Mas.
173. L. 11, *Abbatiæ* p. Abcatiæ.
180. Ch. 360. L. 1, *1254* p. 1256.
182. Ch. 369. L. 1, *invadiatus* p. infeodatus.
193. L. 2, *recognoscendum* p. recognoscendo.
195. L. 11, *scil.* p. scil'; L. 19, *Richardi* p. Rishardi, et L. 27, *vendit* p. vendit.
196. L. 3, *Provinciæ* p. Provinalæ.
207. Ch. 414. L. 7, *MCCLVI* p. MDDLVI. (Tribuatur Ch. 414 potius anno 1267, sec. stylum annunciationis, et locetur inter Ch. 441 et 442.)
208. Ch. 427. L. 6, *devoti* p. devotum.
208. Ch. 427. L. 7, *dilecti* p. dilectum.
212. L. 9, *trosselli* p. Hosselli.

Pag.
215. Ch. 235. L. 2. post «*ligium*» adde: *P. de Sabaudia.*
220. L. 16, *nunquam* p. nnquam.
221. L. ultima, *mutuatæ* p. mutuætis.
233. L. 15, *XXVIII* p. XXXVIII.
234. Ch. 464. L. 11, Post «*Artaldus*», locetur *Punctum.*
238. Ch. 476a. L. 1, *Angliæ* p. Anglia.
242. L. penult. *XLII* p. XLV.
246.*) *Ebredunensem* p. Ebredunensi.
248. L. 8, *Clar'* p. Giar.
257. L. 8. *Cenomanniæ* p. Cinomanniæ.
258. L. 19, *Dato* p. Datnm.
263. L. penult. *Tous* p. Tons.
267. L. s. n. 8, *ou* p. on.
268. Ch. 531. L. 1, *Litteræ* p. Littera.
271. Ch. 538. L. 4, ***1260*** p. 1160.
274. L. s. n. 17, *hominum* p. hominem.
279. L. s. n. 5, *Cresto* p. Cresco.
284. L. s. n. 5 et 4, *Johanne filio et nepote* p. Johannem filinm et nepotem.
286. L. s. n. 3, ***1260*** p. 1266.
288. L. s. n. 6, *Mense* p. Monse.
292. Ch. 567. L. 1, ***1261*** *ante* 28. *Octobris* p. 1251.
295. L. 5, *XXVI* p. XXXVI.
299. Ch. 585. L. 2, *villæ* p. ville.
301. L. penult. *XI Kal. Junii* p. IX Kal. Maji.
305. L. s. n. 9, post «hominnm», *Komma:* post «quam» ponatnr «*domum.*»
308. L. 11, *Secusianarum* p. Secusianorum.
308. L. 18, post «fidelitatem» excidat *punctum.*
311. Ch 625, L. 2, deleatur ***1263***; L. 4, *Cocci* p. Cocei.
324. Ch. 642. L. s. n. 6, *Beculus* p. Recnlns.
324. Ch. 644. L. s. n. 8, *arcessendis* p. accersendis.
327. L. s. n. 5, *receptæ* p. recepta.
330. L. s. n. 3, *desideret* p. desiderot.
336. L. 15, *bechireisia* p. bechireisin.
343. L. 13. Omittatur Punctnm post «*Dat* »
346. L. s. n. 10, *Esleus* p. Esiens.
351. L. s. n. 7, *duo* p. dno.
360. L. s. n. 8, *impressa* p. impressis.
360. L. s. n. 11, *Sabaudiæ* p. Sabaudia.



Pag.
371. L. penult. *MCCLXV°* p. MCCLXIII°.
376. L. s. n. 5, Excidat Komma post *«ratione.»*
382. Ch. 690. L. 1, *Computus* p. Computum.
389. L. s. n. 16, *fischeta* p. ficsheta.
396. L. 16, *voluit* p. noluit.
402. L. s. n. 8, *Chablasii* p. Chablarii.
405. L. s. n. 9. Adde: circa hanc determinationem temporis, v. ampliora, T. III. p. 89. Nota 6.
406. L. s. n. 15, *Computus* p. Computum.
411. L. 10, *Expensæ* p. Expensa.
413. L. 21, Excidat punctum post «Anassiaci», et L. 23, illud ante «canon.»
427. L. s. n. 5, *Munitionum* p. Munitionem.
431. L. s. n. 8, *Maineto* p. Mameto.
436. L. 15, *ante* p. ante, et L. 26, *Comitum* p. Comitem.
438. L. 16, *Testes* p. Testem.
439. L. s. n. 7, *III die* p. IIII die.
443. L. s. n. 10, *Cosmieu* p. Cosimieu.
447. L. 7, *Scultetus* p. Scuietus.
459. L. 6, *Province* p. proxime.
461. L. penult. deleatur «addita.»
466. Ch. 816. L. penult. *MCCLXXIII* p. MCCLXXXIII.
468. L. 7, *(Northampton)* p. (Norwich).
477. L. 3, *feudo* p. feudi.
482. Ch. 849. L. 3, *MCCLXXXIII* p. MCCXXXIII.
487. L. 5, *castri veteris* p. castris veteri.
494. L. 13, *comitatui* p. comitatus.
496. L. 1, Transferendum Komma, «Comitatuum» sequens, post vocem «Comite.»
496. Ch. 882. L. penult. *d'archeol.* p. d'archeos.
496. L. s. n. 4, *11 Maji* p. 12 Maji.
500. L. 13, *N°. 833* p. Nr. 533.
510. Ch. 897. L. penult. *M°. CC°. XCIII°.* p. M°. CC°. XCI°.
515. L. antepenult. post Februarii, appone *(st. paschal.).*
520. L. s. n. 5, *Hugo* p. Huge.
525. Ch. 927. L. 14, *universis* p. universis.
525. L. ultima, *S. Jorio* p. S. Jovio.




559703


Cartoleria e Legatoria
FOGLI
FIRENZE - Via Borgo la Croce, 16





